
image
not
available

PROMPTVARIVM SACRARVM ANTIQVITATVM Tricassinæ diœcesis.

In quo præter Seriem historicam Tricassinorum præsulum, origines præcipuarum ecclesiarum, vitæ etiam Sanctorum qui in eadem diœcesi floruerunt, promiscue continentur.


Auctore seu collectore NICOLAO CAMVZAT Tricassino.



AVGVSTÆ TRECARVM.

Apud NATALEM MOREAV qui dicitur le Coq, in vico diuæ Mariæ, sub signo Galli.

1610



CANDIDO Lectori. S.



Liquot ab hinc annos, ex quo bellici tumultus, & turbulenti intestinorum preliorum fluctus, qui Galliæ regnum octo pæne lustris vexarunt, agitarunt, omni crudelitate raptarunt, & tantum non funditus euerterunt, diuino annuente numine tandem aliquando conquieuerunt resederuntque: politioris literaturæ & elegantioris doctrinæ homines, cum ardentissimis ciuilium bellorum incendijs,

quamplurima antiquitatis monumenta, quæ vel in bibliothecis, vel archiuis & chartophylacijs ecclesiarum & cœnobiorum asseruabantur, magna ex parte distracta, & misere discerpta ac disperdita fuisse intelligerent: vtili plane & posteris maxime profuturo studio, pretiosa analecta quæ ex tanto naufragio & librorum clade superfuerant, fidelissime & ingenti labore collegerunt, & prælo typisq; mandanda curauerunt, vnde factum est, vt hodie non minore voluptate quam fructu, complures optimæ notæ authorum codices antea penitus ignotos, sedula manu perueluamus, innumerisque vetustissimis & illustribus documentis potiamur, quæ æterna obliuione sepulta iacuissent, nisi vigili eorum cura è situ eruta fuissent, & velut intermortua reuixissent. Nec hoc tamen arrogantius à me dictum in eum finem à quo-

quam existimari velim, vt cum summis illis non protritæ eruditionis viris me componam, quos non nisi per somnium referre possum, ad quorum nomina ceu numina exurgo: quos deniq; longè sequor, quorumq; vestigia libentissime exosculor. dicam tamen ingenuè & vere dicam, me, in hoc (qualecumq; est) opusculo, quod in lucem emitto, pari cum illis studio, & communi desiderio publicæ vtilitati, patriæque parenti charissimæ inseruiendi, pro virium mearum modulo affectum fuisse: & sanè aliquid amplius præstare ferebat animus, si veteris memoriæ tabellæ, & monumenta ampliora, vbe ioraque suppeditata fuissent, quæ studiose anxieque, non vestigijs tantum, sed totis cubilibus perscrutatus sum, lustratis meis nec exiguis sumptibus & impensis compluribus cœnobijs, perquisitisque in eorum armarijs vbi aditus mihi patuit

quæ meo argumento & proposito conso-na esse & idonea existimabam: quod si voto meo non responderit euentus, hoc saltem me plurimum solatur, nihil à me studij, nihil curæ, nihil industriæ ac vigilantiæ prætermissum, vt éa quæ institueram, optatum sortirentur exitum. Sed vnum lectorem rogatum velim, vt confusum, mixtum & perturbatum rerum quæ in hac nostra opella memorantur, & collectaneorum ordinem, æqui bonique consulat, non enim omnia simul, sed alio atque alio tempore, monumenta ex quibus opusculum contextum est, habere potui, quod mihi melioris ordinis rectiorisq; dispositionis rationem omnem exemit. Preterea ne titulis & publicis hypomnematis perlegendis tædio & nausea afficiatur, illa enim integra inserui, vt hac ratione iacturæ prototyporum occurrerem, quæ ijsdem casibus contin-

gere posset, quibus consimilia acta & instrumenta nobis in æternum erepta fuerunt, gratissima tamen & forsan necessaria ijs, qui per amœnos historiæ campos libentissimè spatiantur, quosq; lux illa vitæ, testis temporum, vitæ memoriæ, nuntia vetustatis, mirifice pascit & delectat. Bene vale, candide Lector, & conatibus nostris, ne dicam laboribus faue, & his vtere. Augustæ Trecorum Calend. Ianuarij Anno 1610.

N. CAMVZAT. Trecassinæ Ecclesiæ Canonicus.

Confecto & absoluto hoc promptuario, venit in manus meas, codex M. S. cœnobij Arremarēsis, sequentem Trecensium episcoporum catalogum continens, qui vulgatis syllabis non consentit, in quibus plures episcopi comprehenduntur: sed quædam nomina in illos irrepsisse, mihi facile persuaserim vt Pauli quem Tricastinum episcopum verius dixeris, Fredeberti (rectius Frodoberti) & Osulphi, qui meo quidem iudicio, perperam inter dictos præsules recensentur. Frodobertus enim iure expungendus videtur qui cum abbas Cellensis fuerit & nominatissimus à quibusdam elenchorum concinnatoribus, re non satis exacte perpensa, in dictorum præsulum ordine est collocatus, sicut & ipse Paulus dum ex Tricastino episcopo, ipsum Tricassinum effecerunt, nominis cognatione decepti & delusi, quod sæpe accidit. Bertulphus autem dicebatur & Osulphus, ipsaq; vocabula coniunctim non seorsim legenda: sicque extritis Paulo & Frodoberto, Bertulphoque & Osulpho coniunctis, reliquus erit Bertulphus binominis. dicti autem catalogi talis est titulus & series.

NOMINA EPISCOPORUM Trecassinæ vrbis.

1. *Amator.*	4. *Eraclius.*
2. *Obtatinus.*	5. *Melanus*
3. *Leo.*	6. *Aurelianus*

7. *Vrsio*	30. *Adelgarius*
8. *S. Lupus*	31. *Bertulfus*
9. *Camilianus*	32. *Helias*
10. *Vincentius*	33. *Adelbertus*
11. *Ambrosius*	34. *Prudentius*
12. *Calemannus*	35. *Folcricus*
13 *Agretius*	36. *Otulfus*
14. *Item Lupus*	37. *Bodo*
15. *Euodius*	38. *Ricueus*
16 *Modegisilus*	39. *Otbertus*
17. *Rannegisilus*	40. *Ansersus*
18. *Leuconius*	41. *Vualo*
19. *Bertoaldus*	42. *Adricus*
20. *Abbo*	43. *Milo*
21. *Vuaidelmarus*	44. *Manasses*
22. *Vulfeudus*	45. *Rainaldus*
23. *Raganbertus*	46. *Frotmundus*
24. *Aldebertus*	47. *Hugo*
25. *Gautcerius*	48. *Hugo*
26. *Arduinus*	49 *Philippus*
27. *Censardus*	50. *Raynaudus*
28. *Bobinus*	51. *Atto*
29. *Amingus*	52. *Henricus*

Quæ sequuntur recentioribus notis exarata sunt.

Mathæus	*Garnerius*
Manasses	*Herueus* qui obijt an.
Bartholomeus	Do. 1223. 5. non. Iu-

lij & tumulatus fuit in die translationis S. Martini, anno episcopatus sui 16. & sepultus est in ecclesia sua ante altare B. & gloriosæ semper virginis Mariæ tempore Rollandi qui fuit 21. abbas huius loci *

*l. cœnobij Arremarensis.

DE DIVERSA NOMI-
nis Trecensis vrbis scriptura eiusque appellatione.



Ostremam me his scriptionibus manum imposuisse arbitrabar, cum in mentem venit vocabuli vrbis nostræ: nam qui se emaculatius, emendatiusque scribere profitentur vrbem Tricassinam illam semper appellitant: quæ scribendi ratio & orthographia, ab acerimo illo antiquitatis vindice Petro Pithœo propugnatur, qui in aduersarijs suis subseciuis, integro capite de ea disceptat, & passim Tricassinam nuncupat: quinetiam ad huius ortographiæ certiorem fidem faciendam, duas antiquas inscriptiones, aliaque vetusta monumenta in medium adducit: ego ipse pariter in his collectaneis, etiam in prima libri pagina, eandem scripturam vsurpaui. Verum tacitus præterire nequeo, me complures antiquos titulos & chirographos codices, quos hac de causa consului, perspexisse, in quibus identidem vocitatur, vrbs Trecassina non Tricassina, Trecæ, Trecassies, Augusta Trecassinorum, Augusta Trecarum sed crebrius Augusta Trecorum, quod me aliquomodo inducit & compellit, vt eandem denominationem siue scripturam deinceps amplectar, præsertim cum nuperrime monitus fuerim, in musæo D. P. Petauij Se-


Pith. aduers. lib. 2. cap. 1.

uatoris Parisiens. vt integerrimi sic doctissimi, plurima extare numismata Gallica, sub regibus primæ & secundæ stirpis seu familiæ procusa, quorum inscriptio Trecas continet, quæ dicti nominis firma probatio est, cuique non putem quemquam merito posse aduersari: huius nihilominus denominationis arbitrium eruditioribus relinquo, qui maturius de ea statuent, cum magna sit antiquarum scripturarum varietas. Sed his addendum quod indigenæ & populares, traditione quadam ab auis ad posteros transfusa, dictam vrbem, Trecassinam appellatam vulgo asseuerant, à tribus arcibus, siue castellis, quæ in eadem quondam extitere, quod certe minime reijciendum videtur, quoniam adhuc duo ex ipsis castellis extant, quorum alterum partim subrutum, noxiorum publicæ custodiæ destinatum est: alterum integrum permansit, quod dictæ vrbis palatium siue prætorium: Tertij vero nulla plane vestigia ruinæ subsunt. Et eò maximè spectare videtur, quod Aimoinus monachus, vbi agit de Synodo Trecis habita anno 878. à Ioanne octauo summo pontifice, refert eumdem, in ipsa Synodo corona imperatoria Ludouicum balbum insigniuisse, eaque cæremonia peracta lautissimo & maxime opipare instructo conuiuio pontificem ab imperatore in eius domo exceptum fuisse, quæ extra dictam vrbem sita erat, vt inde facillime colligitur, quod

Aimo. lib. 5. cap. 37.

ipſe Aimoinus ſubijcit, poſt dictum ſolemne epulum memoratum pontificem Trecas remiſſum: illa autem domus forſan ea eſt, quæ nunc prætorium dicitur, quæque à Comitibus Campanis poſtea inſtaurata & ampliata eſt, & tunc murorum ipſius vrbis ambitu minime cingebatur: niſi etiam malimus dicere dictam domum, regale aliquod palatium fuiſſe funditus poſtmodum caſu aliquo diſiectum & euulſum, & aliud à duobus caſtellis ſeu arcibus de quibus actum eſt, vt tres tandem arces inueniantur, & ex ipſis, prædictæ vrbis Trecaſſinæ nomen formetur.





VITA S. FRODOBERTI COENOBII CELLÆ PROPE TRECAS ORDINIS

S. Benedicti primi Abbatis, hactenus inedita: ex veteri menbraneo Codice M. S. per NICOLAVM CAMVZAT *Tricassinum syncere exscripta.*



FVit vir vitæ valde venerabilis egregiæ ac pretiosæ memoriæ Frodobertus, quem singulari fide & probitate sanctissimum, ciue felicissimo diuinitus cumulata, Trecacensis oppidi tellus effudit. Parentibus quidem mediocribus ortum, sed incomparabili mentis nitore clarissimum. Quippe qui inter ipsa iam teneræ ætatis primordia, vas electionis manifestissime designatus, in infantis pectore, spiritalem ac perfectissi-

mum agebat virum, annorum exiguitatem, ſanctitatis & gratiæ dote compenſans. Diligentius ſane temporis ſerie reuoluta, ſub rege Francorum Clodoueo Dagoberti filio, itemq; Clotario iunjore eiuſdem Clodouei filio, hic ipſe Sacerdos pretioſus & Abbas eximius deprehenditur floruiſſe. Cum apud præfatam vrbem Trecaſſinam, Ragnegiſilus pontifex, vicem apoſtolicam miniſtraret. Fuit autem idem Ragnegiſilus natione Aquitanus, ſeptimus decimus iamdictæ ciuitatis epiſcopus, de quo fertur inter cætera, quod baſilicam B. Sauinæ virginis in fundo ſui iuris conſtruxerit, Eccleſiam cui præſidebat hæredem inſtituens, in quaq; honorifice ſepultus iacet. Vixit autem B. Frodobertus ſub quinq; ſuæ ciuitatis Epiſcopis, vſq; ad Abbonem, qui viceſimus primus eiuſdem vrbis pontifex extitiſſe cognoſcitur. Verum vt ad rerum ordinem recurramus, confeſtim vt ætas pertulit, prædicti pontificis Ragnegiſili ſcholis, parentum ſtudio mancipatur. Ibi ſanctis ſtudijs enutritus, quid fidei, quid probitatis, iam in ſemetipſo prætulerit, explicari non poteſt. Deniq; amore cœleſtis patriæ impenſe flagrans, quidquid in diuinis lectionibus intellectu capere poterat, mox ad effectum ſancti operis inſtantiſſime tranſferebat. Itaque indefeſſo ſtudio, puriſſima ſcripturarum fluenta frequentans, interioris hominis faciem, quaſi adhibito quodam ſplendidiſſimo ſpeculo componebat, ſcelus-

que reputabat permaximum, si vel parum quiddam legeret, quod non e vestigio efficaciter adimpleret: illud secum & frequentius & familiarius replicans, non auditores tantum legis apud Deum, sed factores potius iustificari. Tum vero cerneres eum, priorum sibi patrum exempla certatim ęmulanda proponentem, vixq; discernere sufficeres in quo virtutum genere perfectius emicaret. Atq; vt se totum Deo rationabilem victimam & spirituale mactaret holocaustum, ad vsum se continuæ orationis applicuit, quietisque impatiens apostolicum præceptum quo sine intermissione orandum docet, à seipso importunius exigebat. Ieiunij vero obseruantiam, non tam frequens quam continuus exercebat, doctus auctoritate dominica, hoc *duplici* pugnandi genere, nefandissimum illud *dæmonum genus* posse depelli. Huiusmodi armaturam, iam tum in diuinæ militiæ scolis nouus Christi miles assumpserat, & cæleste nuper professus tyrocinium, sese ad debellandas spirituales nequitias circunspectius præparabat. Interea his tam sanctis tamq; optimis studijs, non defuere liuida hostis callidi tentamenta, futuræ enim in eo sanctitatis excellentiam, humanæ salutis aduersarius iam in annis puerilibus inuidebat, vnde sicut ipso postmodum referente compertum est, dum pro discendo psalterio scholam expeteret, crebro se diabolus eius aspectibus ingerebat, pauidos per naturam

animos ingenti minarum & formidinis arte concutiens. Verum puer diuini ingenij, dęmonicæ fraudis & versutiæ non ignarus, salutaris signi clypeo, non minus frontem, quam pectus armabat, deumq; sibi adiutorem inuocans, argumenta inimici calida viriliter proterebat. Iamq; tempus aderat, vt lucerna quæ sub modij latibulis eatenus fuerat occultata, sydereæ claritatis in populo iubar infunderet. Namq; vt cuius esset apud deum meriti, longe lateq; clarescceret, sibi placitam puerilis innocentiæ puritatem, superna dispositio dignata est miraculo declarare. Contigit itaq; matrem eius oculorum suffragio destitutam luminis dispendium incurrisse, cumq; longam in cęcitaté noctem trahens, vitam mœrore consumeret, die quadam filium inter amplexus demulcens obsecrat, vt manu sua crucis signum super oculos eius exprimeret: Quod cum ille abnueret, mater vero importunius perurgeret, tandem materna permotus instantia inuocato domino, salutiferum signum super oculos genitricis expressit, illico cedentibus tenebris, lux amica reuertitur & paruuli merito filij magnum matri beneficiũ cumulatur. Hoc confestim miraculum percuncta vulgatum, vniuersos quidem stupore perculit, quosdam vero etiam ad sanctæ vitæ imitationem ardentius incitauit. Exin prænominatus pontifex, egregiam in adolescente animi puritatem, & pręcelsam virtu-

tis efficaciam contemplatus, diuinis eum ministerijs, impoſito clericatus officio mancipauit. Poſt hęc charitatis ſolicitudine, & diuini lucri ſtudio animatus, ad Luxouium cœnobium, ſpiritalis profectus gratia dirigere inſtituit, vt religioſorum imitatione allectus, & ipſe in virtutibus creſceret, & regioni ſuæ poſtmodum, ſanctitatis ac perfectionis exempla lucidiſſima reportaret. Pręerat tunc ei cœnobio Vualbertus Abbas, vir & religione inclytus & ſanctitatis opinione famoſus. Quo cum ex pręcepto pontificis perueniſſet, à ſanctis illius loci patribus, grata exultatione ſuſcipitur, atque in congregationis contubernium deputatur. Cuius animi candor & præclara ſimplicitas, breui cunctis innotuit. Mirabantur omnes in iuuene humilitatem eximiam, abſtinētiam incomparabilem, patientiam ſingularem, quodque cæleſtibus ſemper intentus deſideriis, vitam angelicam inter homines proferebat. Erat eo tempore prænominatum Luxouienſe cœnobium in gallicis regionibus pæne ſingulare, tam in religionis apice, quam etiam in perfectione doctrinæ. Qua ex cauſa plurimi quibus in vtramuis partem proficiendi feruor inerat, ad eundem locum certantibus ſtudijs nudiq; confluebant. Quo ergo tempore B. Frodobertus inibi morabatur, vir apoſtolicus Bertoaldus Lingonicæ vrbis epiſcopus, quendam ex cœnobio S. Sequani, abbatem Teudolenũ nomine, erudi-

tionis gratia illuc destinare curauit. Ad cuius diuersorium B. Frodobertus frequentius accedebat, vt assolet ætas iuuencula, coæuorum sibi familiaritates ardentius applicare, Ille autem tanta in viro dei animi puritate comperta, curiosa leuitate impulsus, sedulo explorare cœpit, vtrum ea simplicitas ex fonte manaret intimæ puritatis, an sicut nonnullis familiare est, subdolam mentem simulata innocentia palliaret. Ob hanc rem, tam ab ipso, quam a quibusdam loci fratribus, ludibrijs crebro fatigabatur ineptis, cum tamen ille nulli contradiceret, neminem læderet, sed nec læsus vicem referret. Ita enim vitam instituerat suam, vt illatas iniurias patientia vinceret, illud dauidicum frequentius replicans, vt iumentum factus sum apud te. Itaq; simplicitatem infucatam mundanæ semper astutiæ præferebat, eligens ludibrijs stultus effici seculo, vt posset sapiens esse in deo. Vna igitur dierum, cum se ad præfati Teudoleni hospitium contulisset, ille ludibrij simul & experimenti gratia rogauit eum, vt ad cuiusdam fratris in monasterio cellulam pergens, circinum ad se deportaret, asserens vsum illius sibi esse necessarium in scribendo. Ille dicto citius gressum rapuit, atque ad designatum fratrem rapido cursu peruenit: qui & simplicitatis eius conscius, & ludibrij ob quod directus fuerat non ignarus, medium molæ collo eius imposuit, vtque id ad diuersorum Teudoleni quam ci-

tiſſime ferret, obnixius imperauit. Nihil ille cunctatus, exceptum onus ferebat ęquanimiter quamquam ita lapidis pondere grauaretur, vt vix alternis paſſibus promoueret inceſſum. Inter hæc reuerendiſſimum virum Vualbertum abbatem obuium habuit, cui hoc ipſum à nonullis fratribus iam fuerat nuntiatum. Cernens igitur venerabilis abbas, ouem Chriſti manſuetiſſimam, iniuſto faſce grauari, altius ingemuit, & huius afflictioni, & illorum condolens leuitati. Moxque vehementius increpatum, impoſitum onus humeris deijcere imperat, cauſamque perquirit diligentius, qua ſe tantopere fatigaret. At vir ſummæ innocentiæ, ſcribendi vſibus aſſerit eſſe neceſſariũ quod ferebat circinum dicens quod ex præcepto Teudoleni, ad cuiuſdam fratris cellulam deportaret. Cum enim eſſet omnimode aſtutiæ expers, *quid eſſet* circinus penitus ignorabat, hoc tantum eſſe exiſtimans, quod impoſitum collo ferebat. Tandem abbas ſimpliciſſimum viri animum conſpicatus, pietatis intuitu erumpit in lachrymas, accitiſq; eis qui ſanctum virum tanta crudelitate fatigare præſumpſerant, acrius ſolito increpat, ac pro facti temeritate, debitæ ſatisfactionis pænitudinem indicit. Hiſq; ita correptis, cæteri deinceps fratris iniurijs temperarunt. O virum Angelicæ puritatis participem, & ſaluatoris noſtri imitatione fælicem, qui ſicut ouis ad victimam ductus eſt,

& cum male tractaretur non aperuit os suũ. Fidenter dixerim inquam, præceptis euangelicis singnlariter parens, percutientem se, non repercuteret, atq; mille passus à quolibet angariatus, duo milia vltro properaret. Vtque amplius inferam, si quis eum ad supplicium protraheret, pœnalem ei crucem imposuisset, sponte susciperet, mansuetisq; ferens in humeris, Christum Dominum sequeretur. Annis post hæc pluribus interiectis, ad vrbem Trecassium pro episcopi sui desiderio, & parentum visitatione, cum quibusdam fratribus remeauit. Aliquot sane diebus apud præfatum suæ vrbis antistitem commoratus, redeundi vnde venerat licentiam postulabat. At pontifex saniori vsus consilio tantum ac talem virum à se dimittere non sibi fore integrum arbitratus, violenta hunc authoritate retinuit. Sancto igitur quadragesimæ tempore accedente, in secretiore se cellula condens, cum orationis & vigiliarum instantia, acerrimis se cœpit ieiunijs coarctare. Cum enim semper incomparabili abstinentiæ virtute polleret, his tum diebus austeriorem sibi carnis macerationem corporis sui hostis indixerat, adeo vt plures cõtinuosque dies absq; vllius cibi adminiculo consummaret. Deniq; annorum curriculo recurrente, dum se duabus vel tribus quadragesimis huiusmodi crudelitate conficeret, hæc vitæ illius institutio, ad notitiam defertur pontificis, nec defuere ma-

leuoli, qui ſanctitatem eius inuido dente carpentes, dicerent eum, aut latenter edere, aut corpus ſuum inedia velle perimere. Proxima igitur imminente quadrageſima, pontifex talium curioſus, intra porticum eccleſiæ cellulam ei conſtituit, in qua ſolitæ deuotionis officio, abſtinentiæ tempora conſummaret. Sæpius namque cellam ex improuiſo penetrabat epiſcopus, certius cupiens experiri quanto ferueret ſtudio ſanctitatis, quantáq; in virtute adſtinétiæ ſuperna pietas illi gratiam miniſtraret. Moxq; criminatorum fallacia patuit, & ſanctæ conuerſationis eius ſinceritas, epiſcopali curioſitate probata refulſit. Quodq; antea ſimulationi deputabatur, ad diuinæ laudis tranſiit incrementum. Ex eo tempore fama beatitudinis eius, longe lateq; perſonuit, adeo vt ex remotioribus quoq; locis, infirmantium ad eum cateruæ confluerent, ſanctitatis eius merito, ſoſpitatis beneficia repoſcentes. At vir Deo dignus, in humilitatis arce perſiſtere cupiens, nil de ſe præſumere, nil vnquam paſſus eſt ſuis viribus aſſignare. Oleum tantummodo benedicens, ſuper ægrotos Chriſti nomen obnixius inuocabat, quo peruncti, receptis viribus votorum compotes ad propria remeabant. Iam vero in effugandis dæmonibus, ea virtutis præſtantia præpollebat, vt cuicumq; energumeno in fronte vel pectore ſignum crucis imprimeret, mox eius compellente imperio malignus ſpiritus effu-

gatus abiret. Iure enim tanta ei poteſtas in expulſione dæmonum applaudebat, vt eis fiducialiter imperaret qui totum ſe diuinorũ ſubmiſerat obedientiæ præceptorum. Erat mos viro ſanctiſſimo, vt ſi quando cum diſcipulis colloquium familiare inſerebat, quæ à ſe clam geſta fuerant, ædificationis vel exempli gratia eis narraret, bona ſcilicet opera ſua non arroganter oſtentans, ſed ſapienter & humiliter manifeſtans, vt & diuina laus per ipſum imo in ipſo creſceret, & audientium animos ad ſanctæ imitationis ſtudium informaret. Quantum enim fauoris vel iactantiæ refugus fuerit, cultus vitæ ſolitariæ declarauit. Deniq; humanæ conuerſationis ardens vitare collegia, ſollicita ſecum frequentius mente voluebat, quonam loco ſuæ profeſſioni ac propoſito, opórtunum habitaculum collocaret. Et quamquam plurimi nobilium regionis, ſanctitati eius familiariſſime cohærerẽt, ineptum tamen duxit a quoquam eorum partem agri vel prædij poſtulare, non ſibi ſolum ſed etiam poſteris conſulens, ne religioſa fraternitas quam ipſe in ſacro habitu aggregare cupiebat, à quolibet ſecularium pro loco ſuæ habitationis, quidinquietudinis vel moleſtiæ pateretur. Quocirca diuino aſpirante conſilio regiam profectus ad aulam, munificentia Clodouei illuſtris quondam regis Francorum, locum quendam paluſtrem in ſuburbio Trecaſſinæ vrbis obtinuit, qui antiquo ritu *Inſula Germa-*

nica vocabatur. Deinceps vero post decessum Clodouei, filium eius Clotarium secundo anno regni eius expetens, annuente venerabili Batilde Regina, eiusdem Clotarij matre, super præfato loco, priuilegium regiæ authoritatis denuo meruit adipisci, quod quia in archiuis cœnobij nostri vsq; hodie continetur, hic quidem inserere superfluum duximus, quoniam legere cuiq; volenti, in promptu adesse fatemur. Erat autem locus idem partium quidem fisci, tamen vt dictum est paludibus refluens ac crebra lacunarum eruptione scaturiens, arbustisq; refertus syluestribus, bestiarum potius ac serpentum, quam hominum frequentiæ competebat. His itaq; regum auctoritatibus instructus, quodq; est maximum superno auxilio roboratus, horribiles loci squalores expetijt, dataq; principali opera, virgultis erutis, lacubusq; siccatis, spatium habitationis congruum præparauit. Ibi cellula oratorioq; Frodobertus constructo, cum paucis primo quidem fratribus solitarius vixit diuinæ contemplationi deditus, & angelicis semper actionibus occupatus. Inclytus ergo Frodobertus iam tunc cœpit amplificare sibi suisq; concessum habitationis locum, patrimonij sui quæcumque quæ fuerunt prædia possessionesq; ex integro in cõmune inibi contradens, & quæstum copiosum, seruorum, ancillarum, agrorum præterea & vinearum sub testamẽtis quæ hactenus habẽtur dato pretio instantissime acqui-

An. Sal. 664. iuxta Tilium in Chron.

rens. Sed & mox parentes illius viri beati, largiſſimas ei rerum gazarumq; ſuarum condonauerunt portiones, inſtrumentis ex lege rite perfectis. Proceſſu vero temporis, locus idem religioſorum frequentia in robur incrementi conualuit, nobiliumq; eo cõfluentium largitate ditatus, rerum ac poſſeſſionum terminos dilatauit, Sed & congregationis monaſticæ numerus in dies copioſe ſuccreſcẽs, nobile ac famoſum reddidit vſquequaq; cœnobium. Nec illud prætereundum, quod ex eiuſdem loci cœnobitis B. Frodoberti vitam inſtitutionemq; ſequentibus, quam plures poſtmodum in vrbe Trecaſſium extitere pontifices, inter quos Aldobertus vir ſummi ingenij & præcipuæ ſanctitatis. Itemq; Bobinus natione Aquitanus, quorum vterq; ipſi loco ingentia commoda contulere, intraextraque quibus poſſibile fuit amplificãdo modis, ſicq; in plenitudine bonorum operum diem vltimum cõſummantes, intra ſepta baſilicæ eiuſdem monaſterij nobilem ſortiti ſunt ſepulturam. Quibus ita digeſtis rerum geſtarum ordinem repetamus. Florebat in ſancto viro ſpiritualium profectuum indeficiens gratia non exemplis ſolum & moribus, ſed etiam miraculorum ſplendore ſolemni commendata. In quo quanta fuerit largitas, quantaque affluentia charitatis, vna ipſaque ſimplici relatione conſtabit. Contigit eum, quodam tempore in puellarum cœnobio quod B. Quintini martyris nomi-

Ab ipſo Bobino, cellæ cœnobiũ, Cella Bobini denominatum eſt.

Eccleſia S.

ni consecratum intraque vrbem situm est, duo vini vascula triginta ferme modiorum capacia commendasse quod locus idem, ei esset familiarissimus, ac speciali charitatis glutino copulatus eiusque eruditioni ac regimini peculiariter mancipatus. Nam cum pro suæ sanctitatis merito ab omnibus principali reuerentia coleretur, id sibi quisque summum deputabat bonum, si eius familiaritati vel mediocriter coniungi meruisset. Vtque in omnibus & apud omnes sese affectuosius ageret, deque omnibus incunctanter prȩsumeret, cunctis gratissimum & peroptabile erat. Cumque illuc sæpe charitatis officio, ad sumendum poculum plurimos cõuocaret, die quadam apotechariam solito cellam ingressus, pauimenti faciem vini exuberantia reperit superfusam, veritusque ne forte vasculi incontinentia liquoris dispendium prouenisset, fratrem qui secum forte venerat os superioris meatus inspicere prȩcepit, quo facto mirum dictu quod est, vinum superne redundans aspicitur, satisque aperte constitit quod tanto hauriebat propensius charitas, tanto benigna creatoris largitas, hausta profusius reformabat. Eius nimirum hoc factum creditur pietate, qui cum nos misericordes esse iubeat & dare indigentibus vt nobis quoque plurima dentur in qua tamen mensura tribuimus in eadem nobis remetiẽdum nihilominus repromittit. Est enim manus diuina non larga solum, ve-

Quintini Trecensis olim fuit puellarum cœnobium, nunc vero est priorat° a cœnobio Molismẽsi ord. Benedictini dependẽs, & per monachum eiusdem ordin. haberi & deseruiri solitus.

rumetiam diues & proflua. Nec metuendum ne forte largitatem ſequatur inopia, quoniam vt ait apoſtolus, Qui ſeminat in benedictionibus &c. Quique adminiſtrat ſemen ſeminanti, & panem ad manducandum præſtabit, ei multiplicabit incrementa frugum iuſtitiæ noſtræ. Familiare fuit præterea viro dei, ſupernam patriam infatigabiliter ſitienti, ſacra loca deuotius circuire, ſanctorumque martyrum vel confeſſorum feſtiuitates ſi quando reuoluto anni circulo recurriſſent, debita cum veneratione ſuſcipere, Nam illud ſibi ſpecialiter indixerat, vt ſacrorum dierum ferias peculiari quadam obſeruatione tractaret, vt putares cum ipſis iam martyribus commori, nec iam terrenæ molis vſibus detineri. Ita quondam adueniente ſplendidiſſima ſolemnitate B. Quintini martyris pretioſi, à monaſterij ipſius Abbatiſſa Rocula nomine cæteriſque ſanctimonialibus religionis gratia inuitatus eſt, vt officijs diunæ celebritatis vir ſanctiſſimus intereſſet, tantęque feſtiuitatis gaudia, ſanctitatis ac meritorum ſublimium lampade illuſtraret, nam excepta deuotione erga ſanctos incomparabili, etiam illud eum ſacra loca feſtis diebus frequentare cogebat, quod eis ſpirituale regimen adhibebat, nec diſtulit quin veniret, deuotarum deo ſanctimonialium deſideria reputans non debere fruſtrari. Expleto igitur ſacrarum vigiliarum officio veſpertino, vulgique multitudine ad

nota diuersoria redeunte, vir sanctus in ecclesia perstitit, seque ipsum secretis orationibus mancipans, spirituales excubias exercebat. At præfata abbatissa, quid sanctus vir gereret non nimium curiosa, cum quibusdam sanctimonialibus in basilica se occultans, egregiam orationis instantiam, compunctionisque illius largissimam vbertatem sedulo cum sororibus mirabatur. Mox saluti humanæ contrarius, fœliciumque operum quam maxime æmulus affuit inimicus, qui mundissimum Dei holocaustum & si non penitus tollere potuit, veneno tamen suspectæ fraudis fœdare tentauit. Nam candelabrum cui cereus impositus erat subuertit, extinctoque lumine, quod noctis & tenebrarum esset amator euidenter ostendit. Vir tamen domini in orationis studio perstitit, nec mundanis tenebris fuscari potuit, cui Christus auctor & fons luminis præsentissimus fuit, cuius exterior oculus & si nocturnis tenebris calligauit, mens tamen intima semperque ad contemplandum Deum purissima veræ lucis lampade choruscauit. Interea paucorum dierum interlabente curriculo, ad basilicam B. Auentini confessoris, eius gratia ex more Christi famulus accedebat, cumque iam fores ecclesiæ perintraret, contigit quendam energumenum dæmone exagitante vexari, qui rabida peste captiuus cum miserum os in amentia verba laxasset, inter cætera famina pectoris furiosi, B. Frodo-

berti sæpius nomen ingeminans, sancto viro verbis procacibus insultabat, quod eo sacras exercente vigilias, solatium luminis detraxisset. At miles Christi strenuissimus, diabolicæ fraudis conscius nulla hostis arte cõcuti, nulla potuit minarum intentatione terreri, cui Christus erat præsidium, & contra hostiles machinas inexpugnabile firmamentum: quin potius, quanto aduersum se certamina dæmonum acriora cognouerat, tanto se robustius ad spiritualem pugnam contra inuisibiles nequitias præparabat. Operæ pretium est illud quoque fidelium auribus tradere, quod ei sæpe benigno annuente domino, secreta cœlestis curiæ pandebantur, & quoniam semper mente in cœlestibus habitabat, haustum supernæ iocunditatis, diuina ei pietas frequentius propinabat, vt tanto ad hanc ardentius curreret, quanto suauitatis eius dulcedinem appetentius degustasset. Die enim quadam venerabilis Theudecarius eiusdem Abbas suburbij, visitationis pariter & instructionis suæ gratia, ad eum venerat, vt mos erat cunctis per circuitum religiosis hunc ipsum sanctum virum frequenter expetere, quatenus eius & exhortatione instrui, & benedictione possent sanctissima roborari. Cum itaque circa horam fere tertiam, Frodobertus spiritu sancto plenus, cum præfato viro christianissimo Teudecario abbate, fructuosum ac spirituale colloquium sereret, audiuit ange-
lorum

lorum choros harmonica ſuauitate, ineffabilique concentu cœleſtes hymnos ad ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis gloriam concinentes. Cuius canorem dulcedinis, poſtquam aliquandiu attonitis auribus hauſit, prefatum Theudecarium huic miraculo teſtem adhibuit, quo etiam poſtmodum referente ad notitiam plurimorum, res tam mirifica decurrit. O beati viri meritum ſingulare, qui quamuis adhuc mundi incolatum ageret, voces tamen agnoſcebat in cœlis angelicas, redemptore noſtro hoc illi diuinitus largiente, qui diſcipulis ſuis hora tertia ſpiritum ſanctum miſit de cœlo. Quædam eiuſdem regionis mulier Bertha, à parentibus nuncupata, ſenſus rectitudine perdita, miſeræ dementiæ alienationem incurrerat, quæ humanæ cohabitationis contubernium fugitans, vaga ſemper & inſtabilis incertis ſedibus ferebatur. Hanc parentes anxij ad beati viri præſentiam perduxerunt. At ille viſceribus pietatis commotus infœlicis ſortem indoluit, ſeque mox in orationem corruens dedit, profuſis lachrymis alienæ lucraturus commercia ſanitatis, nec diu dilata ſunt ſupernæ clementiæ munera copioſa, namque vt ab oratione conſurgens viuificæ crucis ſignum capiti eius impoſuit, mox miſerabili cedente dementia, plenitudinem ſenſus, ſoſpitatis integritate recepit, longoque viuens poſtea tempore, ad ſanctitatis eius teſtimonium, ſuæ ſecum circumtulit gaudia ſo-

ſpitatis. His & huiuſmodi virtutibus, gratiſſimum ſibi militem diuina excellentia prouehebat, quemque in ſuperni regni apice eminentiſſimum collocare decreuerat, in huius quoque ſeculi excurſu, inſignem ac celebrem reddere per frequentia miracula non ceſſabat.

De exitu vitæ eius.

Iam enim, tempus e proximo ferebatur, quo athletam ſuũ Chriſtus à periculoſo mundi huius agone ſubtraheret, atque in ſtatione caſtrorum cœleſtium, victorem quietiſſimum ſolidaret. Iam inquam tempus aderat, vt pro multorum ſudore certaminum, pro ſingularis abſtinentiæ cruciatibus, pro vigiliarum cõtinuatione ſanctarum, pro vniuerſis denique operibus pietatis, feſſum iam corpore bellatorem ad ſeſe reciperet; atque in paternis manſionibus collocatum, gloriæ & honoris ſtemmaté decoraret, æternitatiſque & immortalitatis amictu circundatum, angelis inſereret, apoſtolis ſociaret. Itaque facili corporis ægritudine corripitur qui tamen animo indeficiente robuſtus, brauium æternæ remunerationis proſequi nitebatur. Iamdudum enim vt Chriſto coeſſet, corporeę molis præoptabat carcere ſolui: quamquam propter inſtructionem fidelium, in carne eſſe neceſſarius probaretur, cui ad ſummæ ſecuritatis ſolatium hoc etiam muneris diuina maieſtas adiecit; vt eidem ſacri ſui tranſitus diem e ſeculo reuelaret. Qua tandem reue-

latione percepta, totum se mox ad diuinitatem contulit, nec mori metuens nec corporeæ depositionis dispendium reformidans: verum id secum sępenumero voluens, quoniam si terrena huius nostræ habitationis structura dissoluitur, multo melior domus in cœlestibus reparatur. Quin etiam illi anteactæ vitę conscientia terroris minimum fiduciæque plurimum conferebat, quod non presenti seculo sed deo vixerat, quod suæ voluntati diuinam semper prętulerat, quod prę mijs cælestibus indefesse suspirans, Deum sibi præ oculis proposuerat esse presentem. Igitur ęgritudine inualescente, discipulos conuocat eisque quam ex diuina reuelatione perceperat, sui diem trāsitus declarat. Cumque grex mitissimus de vigilantissimi pastoris decessu simul & absentia tristaretur, altius exhortationis sermone concepto, omnes compescit à fletibus, congratulandum sibi potius quam dolendum affirmans, quod qui hactenus exul vixerat, nunc patriæ redditus ad sui regis conuiuium vocaretur. Illud vel maxime sæpe contestans, vt normam sanctæ institutionis, quam ipso & docente didicerant, & operante conspexerant, inuiolabili tenore vsque ad vitæ terminum conseruarent. Interea dies dominice natiuitatis cœlo terraque festiuissimus, ac toto orbe colendus illuxerat. Accitis itaque duobus nominatim discipulis Leone scilicet viro sanctissimo qui tum in eodem suburbio abbas mitis-

ſimus exiſtebat, itemque Lupello qui vitæ & conuerſationis eius inſignia vt ipſius ſcripto declaratum eſt, licet iuſto breuius litteris
An. circiter 700. allegauit, ad Abonem virum reuerentiſſimum eiuſdem tunc vrbis antiſtitem ſumma eos celeritate direxit, obnixius ſupplicans, vt oratorium quod ipſe honori apoſtolorum principis in ſuperius deſcripta palude conſtruxerat, die ortus dominici conſecraret. Creuerat ſiquidem opitulante deo monachorum congregatio, & maiorem quam prima fuerat alteram conſtruxit eccleſiam. Qua pontifex ſupplicatione percepta atque apud ſe rationabiliter expenſo negotio prudenti moderatione excuſauit, factum aſſerens illud, die qua petebatur minime poſſe compleri, quod eum cum clero ſuo, & feſtiuitatis officioſitas cumulatius occuparet, & conſuetudo eccleſiaſtica eo die id fieri nullo modo conſentiret. Diſcipuli feſtinantius remeantes ſancto patri reſponſa pontificis detulerunt, quod ille pertractans diligentius, & rationabile eſſe perpendens, eleuatis manibus in cœlum, & lachrymis ora profuſus: Parcat inquit mihi dominus, voſque filij indulgete, quod minus circunſpecte negotium cogitans, fraternitatem veſtram in eundo & redeundo caſſo labore compulerim. Ne tamen ſancta mens ſuis vſquequaque deſiderijs fruſtraretur, diuina eſt pietate conſultum. Siquidem ſacri obitu dilatione percepta in octauum dominicæ natiuitatis

diem ſpatium vitæ produxit, ita Domino vota eius ſanctiſſima proſequente, vt vna eademque die, per manus iamdicti pontificis, & baſilica conſecrationem, & gleba ſacri eius corporis acciperet ſepulturam. Itaque cum iuxta morem Chriſtianæ obſeruantiæ, calendis Ianuariis dominicæ circuncifionis celebritas immineret, ad felicem tranſitum vrgente ægritudine ſancta anima citabatur, nec ſic tamen à ſanctis monitis linguæ officium continebat, aſſiſtentes ſibi diſcipulos indefeſſus exhortans, quatenus inter ſe inſolubile charitatis vinculum cuſtodirent, atque in exhibitione ſalutaris obedientiæ perſiſtentes, timorem dei ſemper ſibi ante oculos reuocarent. Iamque ſole ad telluris infima declinante, præfatum Lupellum qui ei familiarius obſequi cõſueuerat, maturius præcepit euocari. Eo coram adducto vt ſacrum euangelium ante ſe legeret imperauit. Ille autem dolore capitis acrius torquebatur. Cumque vt ipſe poſtmodum retulit, ad parendum ſanctis imperijs quamuis ægre animum appuliſſet, in ipſo mox legẽdi exordio, ita vniuerſus dolor abſceſſit, vt nil doloris priſtini, nil moleſtiæ reſideret. Interea per totius noctis excurſum, Deo ſemper intentus, cum inter ſpiritualia colloquia hora ſuccederet, expleta ſolemniter a fratribus in eccleſia pſalmodiæ & orationum quantitate, vniuerſos denuo iubet adeſſe diſcipulos, dumque ante eum textus paſſionis legeretur

dominicæ, sub oculis omnium sancta anima carnis exuta velamine, fœlici decessu cælestia penetrauit, Et illo quidem ita ex humanis assumpto collegiis, extemplo reuerentissimus nepos eius Vualdinus qui postmodum loco auunculi in eodem ipsius monasterio abbas successit, gressu concito in cœnobio S. Quintini ad memorabilem Gibitrudem abbatissam perueniens, sancti viri obitum nunciauit, Illico omnium pectora, nouus quidem & pæne intolerabilis dolor irrupit, parisq; salutis absumpta putabatur, tanta patris absentia succedente. Vniuerso itaq; sanctimonialium cœtu in fletum & lachrymas erumpente, venerabilis abbatissa viscerali commota pietate, rapto cursu ad sancti viri exequias quam celerrime properauit. Cumq; inter eos de funeris diligentia tractaretur, illa perquirente, an loculus tumulando præparatus corpori adesset: responsum est, emptum quidem esse a quodã illustri viro Vualberto nomine lapideum monumentum, verum proceritati corporis eius nullomodo conuenire. Fuit enim idem sacratissimus vir non solum animo splendidus, sed etiam venusto & procero corpore speciosus, vt illi quoq, perhibent, qui eius sacratissimi corporis ossa se aspexisse fatentur. Missis itaq; raptim ministris ad id deuehendum, mox mirũ in modum miraculo claruit quod summi esset meriti, cui funebres exequiæ parabantur. Nam cum idem Vualbertus quos-

Vualdinus 2. Abbas Cellensis.

dam e domesticis direxisset qui emptum sarcophagum ijs qui illud deferre venerant assignarent, superna dispensante clementia tanta eos alienatio mentis eluſit, vt pro vasculo breuiore quod emptum fuerat, aliud spatiosius & capacius quod sibi idem Vualbertus præparauerat designarent. Quod illi vehiculo imponentes ad locum quo vir sanctus sic tumulandum decreuerat quam citissime perduxerunt, ita omnipotens deus cui cura est de omnibus, nec ipsis quidem cineribus electi sui famuli quidpiam deesse passus est oportunum. Vniuersis igitur ad vsus sepulturæ pertinentibus elegantissime præparatis, supradictus reuerendissimus pontifex, Abbatum suburbanorum clerique ac populi agmine circumseptus, ad B. Frodoberti exequias properat, cum adhuc sacrum eius corpus in cella Christiano more compositum iaceret. Qui primum vt ratio expetebat ad præfatæ basilicæ dedicationem accingitur peragendam, quam cum solemni officio expleuisset, sacrum corpus cum reuerentia eleuans in ecclesiam intulit, ac die eiusdem dedicationis, Kalendis scilicet Ianuariis, cum hymnis & laudibus & vniuerso ecclesiastici officii apparatu preciose in eadem basilica quam ipse construxerat tradidit sepulturæ. Ita vir domini terræ visceribus officiosissime commendatus, septimam sabbati cum Christo in anima celebrat, octauam vero nostræ omnium resurrectioni generaliter repro-

missam interritus, immo de gloria securus expectat & si corpore mortuus, meritis tamen viuacibus in perpetuum gloriosus. Requieuit itaque in eadem basilica perquam plura annorum volumina, multo confluentium vndiq; populorum agmine frequentatus & pæne assiduis miaculorum successibus sedulo declaratus Quis enim ad sanctam eius memoriam fideliter oraturus accessit, quem non continuo affectus deuotę orationis adiuuerit? Varia denique ibi tam animarum quam corporum remedia præstabantur, dum & debilibus optata sospitas, scelerum immanitate depressis, fœlix indulgentia prouениret. Sed & si quis capitali qualibet afflictione detentus, ad sancti se præsidium contulit, eius consolatus beneficio, celere mox leuamen inuenit. Ita benignus conditor per electissimum sui nominis confessorem, multa & mirifica peragebat, quemque viuentem copiosis bonorum operum stipendiis cumulauerat, mortuum quoq; indefessis miraculorum titulis sublimabat. Quocirca vniuersorum pectora, mirus erga sanctum feruor accenderat, ita vt plurimi contiguorũ nobilium sed & sanctimonialium fæminarum, non modica locum ipsum prædiorum quantitate ditarent, tam pro adipiscenda sepultura, quam omnes ibidem quam maxime expetebant, quam etiam vt his qui sacro famulabantur corpori, competens alimonia non deesset, vtq; ii quos ex remotis regioni-

bus, ſancti fama ſedulo contrahebat, impenſæ humanitatis officio iuuarentur. Interea currentium temporum labente defluxu, cum & iniquitas abundaret, & multorum cœpiſſet refrigeſcere charitas, vniuerſus ille erga ſancti officium feruor intepuit, cultuque religionis ceſſante, illa olim frequentia rareſcente, ad tempus tepuere miracula. Huius autem temporis vel torporis pernicioſa incuria, hoc ordine incurrit Fabrica eius Eccleſiæ quam ipſe vt ſuperius conſtitit ædificauerat, & in qua ſacrum eius corpus debitis obſequiis diutius fuerat frequentatum & conſeruatum, antiquitate operis paulatim collapſa ſuccubuit, ac nemine fulciente, ruinę funditus diſpendium traxit. In cuius loco altera cum extrueretur eccleſia, venerabile B. Confeſſoris corpus in crypta prioris baſilicæ immotum intactumque permanſit. Erat per idem tempus præfatæ ſedis antiſtes Prudentius nomine natione Hiſpanus, pontifi- An. 850. calis vitæ inſtitutione clariſſimus, in diuinis rebus vndecumque non mediocriter eruditus. Is ad predictæ baſilicæ conſecrationem a fratribus euocatus diligentius percunctatur, vtrum inter ſacrandos parietes, ſepulta aliquorum cadauera tegerentur. Cumque comperiſſet ineſſe quam plurima, vniuerſa prius de templo eliminanda præcipit, conteſtans ſe non aliter conſecrationis officium ſuſcepturum, ignorabat enim adhuc prænominatus pontifex B. Frodoberti meritorum

eximiam claritatem temporum negligentia obſcuratam, quippe qui vitam illius fide & miraculis plenam nec lectione perceperat, nec vſpiam eatenus haberi compererat, Explicita ſane templi dedicatione, cum in vrbem reuerſus miracula per ſanctiſſimum cōfeſſorem patrata, ex reuolutione geſtorum eius curioſius cognouiſſet. Primo quidem ſemetipſum pręteritæ ignorantiæ vehementius arguit, quodq; tanti patris cauſam minus honeſte tractauerat, mordaciter reprehendit, ac deinceps ſuæ ſedis archidiaconum cum vniuerſo clericorum dirigit apparatu, obnixe pręcipiens, vt corpus viri præcellentiſſimi in eccleſiam cum ingenti reuerentia referretur. Simulque terminum diemque præfixit vt ipſe veniens, condigna illud honorificentia collocaret, ac ſacræ tranſlationis eius feſtiuitatem, publica officioſitate percelebrans, perpetuo ritu poſteris frequentandam indiceret. Verum huius ſancti prouentum deſiderii, ſuperuenientis ægritudinis pondus eluſit. Nam vicina e veſtigio morte præuentus, quod pie diſpoſuerat, explere non valuit. Itaq; vſq; ad annum incarnati verbi 872 qui eſt annus Karoli imperatoris & Regis franciæ 31 negotium reſtitit imperfectum, Otulpho religioſiſſimo ac venerabili epiſcopo qui poſt ipſum tertius floruit Trecaſſinæ iam eccleſiæ gubernacula diſponente: ſolummodo intra baſilicæ ambitum collocatus, a loci fratribus

cauta venerabatur diligentia: nullis populorum conuentibus frequentatus, nulla ſolemni præeminentia celebratus. Non tamen ſuperna benignitas, ſydus illud perſpicuum, caliginoſis latebris diutius paſſa eſt occultari, quin & ipſius merita mundo pateſcerent, & efficax interceſſio populis ſubueniret. Ea itaque tempeſtate cœpit ſe erga locum diuinæ præſentiæ magnitudo quam plurimis fratrum oſtendere, ac frequentium viſionum portentis, ſeruorum dei pectora perurgere. Nonnulli enim ſecretioribus per noctem vigiliis in Eccleſia occupati, voces mellifluas ſuper ſepulchrum eius quaſi clericorum concinentium audiebant, alij per gyrum ſepulchri, diſpoſita quaſi quædam ſplendidiſſima luminaria cernebant vt aperte conſtaret, quod cui humana obſequia minus aderant, diuina ei & angelica officia ſuppetebant. Præterea columba candoris lactei, de cœlis viſa eſt deſcendiſſe, ac poſtquam aliquandiu circumuolitauerat, ſepulchri abdita penetraſſe. Per ſoporis nihilominus quietem, pluribus videbatur, tanquam idem pater ſanctiſſimus, ſacro emergens a tumulo ante aram apoſtolorum principis ſeſe ageret, atque ad orationis ſtudium daret. Per hæc & huiuſmodi portenta mirifica, luce clarius eminebat, quod confeſſor domini pretioſus, inertem culturam indigne ferens, & ſepulturam ſibi condignius præparari, & obſequij reuerentiam impenſius inſtitui de-

cernebat. Illud quoque ad hanc rem, authoritatis non minimum afferebat, quod quibusque ad sacrum sepulchrum procumbentibus, affectus orationis, & vbertas compunctionis largior affluebat: atq; vt quod de eo visiones euidentissimæ suggerebant, celeri consummarentur affectu, omnium inexplebiliter animus æstuabat, occulta nimirum inspiratione dei, singulorum pectora inflammante, atq; ad tanti effectum negotij, sancti desiderii stimulis perurgente, Talibus tamque conspicuis prodigiis animati, venerabilem Otulfum pontificem adeuntes, tantique patris præ manibus gesta ferentes, vt ipse diuinæ voluntatis erga sanctum & cooperator & maturator existeret, instantissime supplicabant, vtque cerneres diuinitatem votis famulorum fidelium vsquequaq; fauentem, confestim episcopus intimæ inspirationis ignibus animatus, eo ardore negotium suscipit vt Abbatem & fratres a quibus fuerat supplicatus, ipse postmodum ad accelerandam cœpti operis efficaciam, monitis frequentibus perurgeret, indefessis precibus persistendum exhortans, vt diuina pietas quos sui volnntatis conscios fecerat, votorum quoque vtilium compotes esse donaret. Itaque ad tāti inchoationem operis primam diem quadragesimalis abstinentiæ delegerunt, in qua ineffabilis diuinæ dignatio pietatis, hoc primum humanæ euidentiæ miraculum declarauit. Accedente abbate cum

fratribus ad pauimenti lapides reuoluendos, lapis ille qui sacro superpositus fuerat monumento, nemine impellente ita in partem lubricus ruit vt cæteris immobiliter persistentibus hunc summo impellentium nisu coactum violentius cessisse putares. Intellectum est ab omnibus sacra virtute corporis eum fuisse repulsum, quod pie quærentibus vltro se videbatur ingerere. Pertinacius itaque operi insistentes, ad reuerendi tandem thecam corporis peruenerunt, cuius intima debitæ cautela reuerentiæ illis perscrutantibus, ad augmentum miraculi in quodam osse corporis sanctissimi confessoris, guttæ auri purissimi splenduerunt. Credo illud euidentissime monstrantes thesaurum esse locupletissimum, qui diuini largitate muneris patefactus, pia fidelium diligentia tractabatur. *Et ea quidem nocte* sanctum pignus, eo perstitit modo, continuis laudibus ac vigiliis syncerius honoratum. Crastino subeunte, pontifex maturius adesse curauit, solemniq; oratione præmissa, ad sacrum tumulum reuerenter accessit cum fratribus, psalmodiæ & litanijs attente insistentibus. Ipse cum abbate & sacerdotibus sancta ossa reuerenter eleuans, linteisque pretiosis obducens, in loco mundissimo rite composuit, quem pontificali annulo diligentius signans, sacris de more expletis ad propria remeauit. Exinde peruigili instantia sacri compositio ornatusq; sepulchri accuratius parabatur, in cuius

Eleuatio corporis S. Frodoberti facta an. 872.

dilatione temporis, quid miraculi per præcipuum confessorem superna dispensatio dignata fuerit declarare, nulla ratione credimus omitendum. Rathertus quidam nomine pagi ledunẽsis indigena, aduersus matrem suam pro diuidendis forte alinentis in segete iurgabatur, cumq; suæ parti maiores secernens manipulos, minores quoq; matri relinqueret, illa fraudis impatiens, filium ne talia faciendo Deum in se prouocaret sedulo commonebat. Tum miser furiali pectore inflammatus effertur in matrem, crinibusq; eius sinistro brachio circumplexis, ante pedes suos miseram impudenter elisit: quem mox diuina vltio comes excepit, nam sequenti nocte sinistri oculi cęcitate mulctatus eiusdem quoq; brachij tali afficitur detrimento, vt retro & ante semper illud motu agitans inquieto, conscientiam sceleris, exterioris quoq; menbri impatientia testaretur. Quinetiam in augmentum vindictæ sensu subducto, amentia plectitur infœlici. At mater huiusmodi acerbitate confecta, tertia die miserabili morte finiuit. Pro hoc nefandissimo scelere, à sacerdote loci, ad * Vigilẽ Senonicæ vrbis archiepiscopũ perductus est, cuius præcepto carceri mancipatus squalores ergastuli triennio pertulit, fame deinceps inualescente dimittitur, ne inopia deficiens moreretur. Hinc ad S. Michaelis ecclesiam properat eo loci qui ad duas tumbas ex antiquo vocatur: vnde digressus

* *legẽdum Egilem.*

Romam expetit quo tunc Adrianus papa sedem apostolicam gubernabat. Qui cum eum pergentem ad ecclesiam S. Ioannis quæ Lateranensis dicitur inspexisset, mirabili portento quod miser ob scelus circumferebat attonitus, ad se eum præcipit euocari, causaq; eius sollicitius perquisita, benigne eum ad pœnitentiam exhortatus, denuo eum ad S. Michaelis ecclesiam pergere, itemq; ad se imperat remeare. A quo dimissus, cum in pagum Trecassinum fortuitu deuenisset, vna noctium somnio commonetur, vt ad Basilicam sanctæ Dei genitricis & virginis Mariæ sitam in villa cui Falcarias vocabulum est, candelam suæ longitudinis deportaret, ad quam quia labore pariter & ægritudine fessus ire non poterat, per internuntiam personam dirigere curauit. Hinc ad S. Petri cœnobium quo B. Frodoberti pretiosa pignora venerantur forte deuenit, cumq; die dominica quæ domini ascensionem secuta est, sacerdos ex more publicis sacris operam daret illeq; ad ostium ecclesiæ orationi incumberet, vidit vt ipse postmodum retulit, clericum quendam iuuenili decorum habitudine ad se accedere, lumbisq; eius acerrime coarctatis toto se corpore validissime concussisse. Quo impulsu in terram elisus, diu immobilis iacuit, vt pæne exanimis putaretur, cuius spatio interualli, & quietem brachij, & sensus capitisq; integritatem recepit, indeq; consurgens haustu aquæ percepto, præ ingenti

Adrian. I.

Forte Fouchères.

laſſitudine cum iterum obdormiſſet, eundem clericum quem ſupra conſpexit, hæc ſibi verba familiarius inculcantem. Hoc inquit indumentum quo amictus es, ſuſpende ad limina Frodoberti, erat autem pœnitentium more cilicio tantum iudutus. Cumq; de hoc ſermone ſolicitus, & domum Frodoberti ſe neſcire fateretur, & non habere indumentum aliud cauſaretur, inter hæc ab vno de cuſtodibus excitur. Tunc ille anxius enarrans quid viderat, Frodoberti domus quanam in parte eſſet ſedulus exquirebat, cumq; ipſam eccleſiam comperiſſet, ante cuius procumbens fores ſoſpitati fuerat reformatus, inexplicabi alacritate profuſus templum inſiluit magnificans eum, grateſq; perſoluens cuius beneficio & ſalutem receperat, & grauiſſimi leuamen ſceleris ſe adeptum eſſe gaudebat, depoſitoq; illic cilicio ad S. Archangeli Michaelis eccleſiam ex præcepto apoſtolico properauit. Res vere mirabilis & ad diuinæ pietatis præconium ſolito referenda, quod eius interuentu ſaluatus eſt, cuius ne nomen quidem ante perceperat, cuius vocabulum mox vt diuinitus didicit animæ corporiſq; ſalutem, eius merito ſe recuperaſſe perſenſit. Multa præterea per eoſdem dies quibus ſacri corporis diſpoſitio parabatur, eius merito beneficia prouenere languentibus, hiſque maximé qui diuerſa febrium valetudinis profligati, ad B. Frodoberti opem ſe ſubmiſſius contulerunt interea

temporis

temporis ſerie defluente, Calendarum Ianuariarum dies illuxit, quo illum diximus mundanis exemptum laboribus, ad ſupernæ ciuitatis culmina ſubuolaſſe. Sed quoniam illa dies circumciſioni dominicæ ſpecialiter mācipata, celebritatis alterius non patitur obſoleſcere ſuperuentu, B. Frodoberti dignitas hiſdem ſuſcepta Kalendis minus celebris, minus videbatur eſſe ſolemnis, quod populus dominicæ feſtiuitatis cæremonijs occupatus non haberet liberum ad B. Confeſſoris gaudia ex voto confluere. Venerabilis itaque & memoratus Trecaſſinæ vrbis pontifex, cum abbate & fratribus participato conſilio, ratione congruum iudicarunt, vt in octauum ab hinc diem prænominata celebritas differretur, quatinus & feſtiuitatis dignitati proſpicerent, & populorum deſiderio qui erga B. Frodoberti gloriam iam tunc inexplebiliter ardebant conſultius prouiderent. Igitur die ſexto iduum Ianuariarum accedente, nocturnalis officij functione completa, ſacrum corpus deuotis leuantes in humeris, in vicinam B. Michaëlis eccleſiam detulerunt. Quod ideo eis decernere libuit, vt & populi frequentia copioſior accederet, & effectus tranſlationis, die ſuccedente celebrior redderetur. Ibi itaq; matutinalibus hymnis auguſtius celebratis, miſſis ab Abbate fratribus pontifex inuitatur qui eo quo dictum eſt feruore ſuccenſus, rapto agmine cleri & populi

Hæc Eccleſia S. Michaëlis, paucis ab hinc annis forte [illegible] incuria, & ædificij ve-

tustate collapsa est.

maturius adesse curauit. Quid sane miraculi tum q̃uoq; contigerit, succincta relatione constabit. Erat tempus implacidum, & vt se habent hyberna profusis paludibus inquietum. Noctis itaq; præteritæ superuentu, cum ea quæ ad futuræ translationis obsequium pertinebant, abbas cum fratribus præpararet, considerata aquosa temporis qualitate, anxie secum de populi superuenturi inquietudine pertractabant. Et vtinam inquit abbas fratribus, superna pietas per huius B. patris meritum paludis mollicicm gelu constringeret, & niuium superuentu, difficultatem itineris temperaret. Mox deuota desideria clementia creatoris excepit, noctemq; totam glacialis rigor validissime coarctauit. Circa gallicinium vero tanta niuium congerie terra obducitur, vt vniuersis liquido claresceret, B. Frodoberti patrocinio, ad suæ translationis occursum, facultatem oportuni itineris populo præparatam. Itaq; omnibus rite prouisis, quæ tantæ diei officiositas exposcebat, pretiosi gleba corporis de B. Michaëlis basilica à pontifice eleuata, hymnorum concentibus in sublime sublatis, in apostolorum principis ecclesiam introfertur tanta gaudiorum pompa, tanto tripudio populorum, vt sole clarius patesceret, præcellentissimi hunc apud deum esse meriti, cuius apud homines tanta tamq; ingens gloria refulgebat. In loco igitur præparato incomparabilis ille sanctissimi corporis the-

ſaurus deponitur, cunctiſque ſepulchri ornamentis oportune compoſitis, a parte capitis ara honori innocentium martyrum conſecratur, ſacrorum quoque cultus ſolemnibus officijs expenditur, & feſtiuitatis eius priuilegium, cunctis poſtea ſeculis immutabiliter obſeruandum, pontificali auctoritate ſancitur. Dies tota omnibus lætitijs afflata peragitur, quantoque ſtudio à poſteris frequentari debeat, ijs primis officijs deſignatur. Tantis itaque per B. Frodoberti merita beneficijs cumulati, grates & beneficia & gratias inexplebiles omnipotenti deo & agimus & habemus: qui nobis ſibi famulantibus, noſtræ gentis, noſtri ordinis peculiarem dignatus eſt præparare patronum, qui loci iſtius & à fundamentis propagator exiſteret, & ſua illum habitatione proueheret, exemplis beatiſſimis illuſtraret, obitu ſanctiſſimo conſecraret, quiq; viuens ſignorum dote refulſerat, mortuus immo fœliciter immortalis, locum ſuum & præſentia lætificaret, & patrocinio protegeret, & miraculis indeficientibus perornaret. *Horum* omnium auctore, auſpice & cooperante immortali Deo, cui perpes gloria, infinita victoria, maieſtas & dignitas ſempiterna, extunc & nunc & in omnia ſecula ſeculorum. Amen.

NOTÆ N. CAMVZÆI IN VITAM S. *Frodoberti.*



OEnobium cellæ seu Cellense ord. S. Benedicti, quod etiam cœnobium S. Petri Insulæ Germanicæ, siue S. Petri de Cella, vel Cella S. Bobini nominatur, non Bononi vt mendose alicubi scriptum legitur, non longe ab vrbe Tricassina situm est, & celebritate nominis semper conspicuum extitit: tum quod ante complura secula, prima eius fundamenta iacta sunt, tum quod maximo cœnobitarum numero, diuinis officijs & sacrarum litterarum studijs, toto pectore incumbentium olim floruerit. Quorum quidem nonnulli ob insignem eruditionem cum pari pietate & sanctimonia copulatam, ad ecclesiastica munera, & sacrarum dignitatum apices prouecti sunt, vt manifestum est ex historia D. Frodoberti, qui cœnobij illius incunabula, Gallici imperij clauum tenente Clodoueo 2. circiter annum 650 excitauit. Idem autem Princeps eidem S. Frodoberto solum concessit, in quo memoratum cœnobium conditum fuit, quod noto vocabulo Insula Germanica nuncupabatur, cuius fundi circuitus ad decem terræ iugera porrigebatur, sicut

diſertis verbis conceptum eſt, & expreſſum in adprobationis confirmationiſq; diplomate, dicto S. Frodoberto à Clotario 3 laudati Clodouei filio, circiter annum 663 conceſſo, in quo hæc verba legere eſt (*Bono crea decem*) ſed reſcribendum videtur, bonas acras decem, nam hodieq; Normanni, terræ iugerum, acram appellitant. Verum non otioſum fore arbitror, eas litteras, quo poſteris integræ & illibatæ relinquantur huc adſcribere. Hæc eſt igitur earum ſeries ex Chartario dicti monaſterij à me bona fide excerpta, nam archetypus, temporum iniuria intercidit.

CLotarius Rex exemplar Francorum vir illuſter, regia conſuetudine, ſi. iuſtis petitionibus ſacerdotum, in quo noſtris auribus fuerint prolatæ perducimus ad effectum. Igitur Frodobertus monachus, ad noſtram acceſſit præſentiam, clementiæ regni noſtri ſuggeſſit. Eo quod bonæ memoriæ Domnus & genitor noſter Clodoueus quondam Rex per ſuam authoritatem ſua manu ſubſcriptam, locello nuncupato inſula Germanica qui paludis eſſe videtur in ſuburbano Trecaſsium ciuitatis ipſius; Frodoberto monacho, vbi monachuli ſub S. regula ad cellulam, quam ſuo opere inibi conſtruxit, bono crea decem de ipſa Inſula (quod pars fiſci eſſe videtur) eidem conceſsiſſet: vnde & ceſsionem ipſius principis ſua manu ſubſcriptam, ſe præ manibus habere adſirmat & rem iſto tempore preſente, quieto ordine adſerit poſsidere vel dominari. Sed pro totius rei firmitate petijt conſuetudinem noſtræ

vt hoc nostrum præceptum, in idipsum plenius confirmare deberemus: Cuius petitionem pro reuerentia Sanctorum Domnorum, prompto animo præstitisse vel confirmasse cognoscite. Præcipientes enim vt sicut ab ipso Domno & genitore nostro, iamdicto Frodoberto, ipsa bono crea de terra in subscripto loco legaliter ad ipsam cellam vbi constructa esse videtur fuerunt concessa, & hoc præsente tempore, subscripti monachi inibi possidere vel dominari videntur, inspecta ipsa cessione superius scripti Principis, per nostrum præceptum plenius confirmatum, ad ipsum Sanctum locum, vel ad monachulos suos qui ibidem deseruire videntur, peremniter proficiat ad augmentum. Et vt hæc præceptio firmior habeatur, nos & præcelsa Domna & genitrix nostra Batildis Regina manus nostræ signaculis subter eam decreuimus adfirmare, Signum præcelsæ Domnæ Batildis reginæ. Rado. Obto.

An. 663.

Horum duorum principum Clodouæi videlicet & Clotarij memorabilem pietatem & liberalitatem, proxime imitati sunt, qui post eos regni gubernacula susceperunt, sed potissimum Carolus caluus, qui vberrimis prouentibus, immunitatibus & priuilegijs dictum cœnobium exornauit, & donationes pristinas vetere sque possessiones triplici rescripto constabiliuit, ac ratas fixasque esse mandauit, illa autem ex supradicto Chartario deprompta hic adposuimus.

CHARTA CAROLI REGIS
de Ceſſione Comitis Aledranni.

IN *nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Carolus Dei gratia Rex, quidquid pro Dei amore, ſanctorum reuerentia agimus, profuturum nobis ad præſentis vitæ curricula felicius transigenda, & ad futuræ beatitudinis præmia facilius obtinenda non dubitamus. Comperiat igitur omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorumq; preſentium ac futurorum ſolertia, quia ad deprecationem & ſalubrem ammonitionem dilecti nobis Aledranni illuſtris Comitis & miniſterialis noſtri, libuit celſitudini noſtræ monachis monaſterij S. Petri Apoſtolorum principis, quod dicitur Cella Domni Bobini ad occidentalem plagam Tricaſſinæ vrbis ſiti, cui Bodo Abba præeſſe dinoſcitur, omnes res & mancipia a Regidimunificentia, & quibuſlibet Deum timentibus, pro animarum redemptionibus ſibi collatas & in futuro conferendas, noſtræ authoritatis præcepto perpetim habendas, & abſque cuiuſlibet inquietudine Canonice regulariterque ordinandas confirmare. Vnde hoc altitudinis noſtræ præceptum fieri, eidemq; monaſterio dari iuſſimus, per quod præfatas res & mancipia, ideſt quidquid in pago Trecaſſino, in villa Albiniaco & 1 Creſciaco & 2 Argentilla & Brachancto & Crunſcello, & 3 Prunido & Boliaco & 4 Brinnia & Ruuiniaco & Sandris & Inſula & in pago Torneirenſi, in villa Saluiniaco & 5 Fiaco & in pago Senonico, in villa Flo-*

1 Creney.
2 Argenteüil.
3 Prunay proche de Bonneual.
4 Forte Breuiande.
5 Fiefs proche de Chablys.

6 *Forte Chablys.* *riaco, & 6 Camblosco, & in pago Latsensi, in villa Bulgundione & Ausa, & in pago Brenensi in villa Cengiaco & Corte claudia, & in*
7 *Rily.* *pago Arciacensi, in villa 7 Reliaco, & potente, & in pago Morinensi, in villa Rosonto & in pago Pruuinensi, in villa Liuarno & in alijs quibuslibet ditionis nostræ locis, a quibuslibet Deum timentibus, eidem monasterio collatum est, & in futuro conferetur, hoc nostræ autheritatis præcepto, eis iure Ecclesiastico canonice regulariterq; æternatim habendas, possidendas & ordinandas confirmamus, vt nulli Comitum Trecassinorum, aut quarumlibet aliarum personarum liceat ex eisdem rebus quicquam subtrahere vel minuere, quatinus serui Dei inibi Deo famulantes, quietius deuotiusq; pro nobis coniuge & prole, totiusque regni nostri statu Deum iugiter exorent, vt autem hæc confirmationis nostræ authoritas inuiolabilem obtineat firmitatem annuli nostri impreßione subter eam iußimus sigillari.*

CHARTA REGIS CAROLI
de restitutione villæ Siluianici, quæ dicitur Sanctis virtutibus.

IN *nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Karolus Dei gratia Rex. Quicumque Regum*
Sainctceuers petite ville a 3. lieux de Tonnerre. *regiæ dignitatis culmine præferri desiderant, merito omni obsequio Deum efferre debent, cuius gratia præferuntur. Igitur nouerint omnium Sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium tam præsentium quam & futurorum solertia, quia nos qui vbique pro-*

lectum Sanctæ Dei Ecclesiæ prouehi ac sublimari gaudemus, opesque ecclesiasticas, vt nostras curamus & tuemur. Præcipimus subditam potestati nostræ quandam villam de Comitatu & Dominio Trecassinæ Vrbis in integro restitui ac mancipari cuidam monasterio ac monachis ibidem Deo famulantibus, quod est in Suburbio eiusdem idest Trecassinæ Vrbis & vocatur S. Bobini Cella constructum in honore S. Petri Apostolorum principis, cui præesse dinoscitur Haldegingus venerabilis Abbas, quodque etiam monasterium sub tuitione & mundeburdo ex longo tempore constat esse Comitis prædictæ Ciuitatis, cuius monasterij vtilitates & necessitates nos considerantes quoniam nobis idem locus charissimus est, villam de qua iam supra diximus, cum omni sua integritate atque appenditijs suis, necnon & mancipia vtriusque sexus perpetualiter delegamus prædicto loco sancto, ac monachis ibidem Deo seruientibus mancipandam. Vocatur si quidem eadem villa, vnde omnis hæc mentio est Siluiniacus, & est in pago Tornodrensi atque in munitate attinens Episcopatus S. Petri subdita potestati, Comitatus eiusdem vrbis, & ex multo iam transacto tempore præfato monasterio, quoniam pauperrimum erat tradita future integerrime deseruiri. Non multo vero decurso tempore, constat eandem penitus sublatam esse illi loco per violentiam & vim cuiusdam Alerammi Comitis. Nos autem sicut prædiximus, qui res ecclesiasticas pro viribus curamus, ab hinc & in reliquum præfatam villam iam dicto monasterio seu Sanctis fratribus ibidem Deo famulantibus perenniter mancipandam iure inuiolabili confirmamus,

Mũdeburdũ vernacule sauuegarde & protection.

Textus, hic læsus est.

vt neque Comes nec villa iudicialis potestas quicquam minuere aut infringere conetur, ex omni eiusdem villæ integritate, sed in emolumentum mercedis nostræ animæ, quemadmodum antiquitus illi loco deseruire visa est, sic quoque æternaliter & præcipimus deseruiendam & mancipamus possidendam, & vt hæc nostræ recordationis authoritas maiorem in Dei nomine detineat vigorem. de annulo nostro subter eam iussimus sigillari. Idricus diaconus ad vicem Ludouici rescripsit. Data 4.
An. 859. *Idus Ianuarij Ind. 4. Anno 19. Regnante Carolo gloriosissimo, Actum cella Bobini, in Dei nomine feliciter. Amen.*

CHARTA CAROLI REGIS de Cessione Bosonis Comitis.

IN nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Carolus dei misericordia Imperator Augustus. Si erga loca diuinis cultoribus mancipanda liberalitatẽ nostram impendimus, more priorum nostrorum agimus, & ad capescendam æterni regni quietem, eorũ pijs postulationibus non ambigimus. Propterea igitur omnium dei fidelium presentium scilicet & futurorum solers comperiat industria, Quia nos ad petitionem insignis ducis nostriq; ministerialis Bosonis ad monasterium S. Petri & S. Frodoberti, quod idem Confessor Christi in comitatu Trecassino non longe ab vrbe suo opere noscitur construxisse, quo & ipse corpore requiescit, syluam quandam quæ cognominatur Drosilonus seu Iauernandus, quæ aspicere vi-

sa est ad villam quæ 1 *Iuuiniacam nuncupatur in eodem comitatu ob emolumentum scilicet supernæ retributionis perpetua delegatione transferimus, hanc transferendo iugiter ad . . . . concedimus, quæ sylua circumcirca communi terra & sylua est penitus circundata, eodem modo ad proseruiendum & ad illam syluam custodiendam, seu necessitatibus monachorum in prædicto cœnobio Deo famulantium, obsecundantium, damus ibi duos* 2 *mansos & dimidium in loco qui Leriacum dicitur, æterna firmitate largimur cum mancipijs quæ his adnotantur vocabulis, Petrus, Etdricus, Ardearius, flogerius, Ingrefridus, Tordericus, ioscius, Rosaus, bethros cum eorum vxoribus filijs & filiabus, vnde & hoc altitudinis nostræ præceptum fieri monachis prædicti monasterij, darique iussimus per quod ineuitabiliter decernimus & firmissima stabilitate iubemus, vt eadem sylua, mansi quoque vel & mancipia omnibus seculi superuenientibus temporum vicissitudinibus iugiter sint, dicantur & computantur, & inter cæteras res & mancipia sæpedicti cœnobij iugi lege computentur, vt vero hæc largitionis nostræ concessio & traditionis donatio firmiorem constantiam accipiat in dei nomine emolumentum, manus nostræ propriæ accepit firmamentum & sigilli nostri signum S. Karoli gloriosissimi Imperatoris Augusti. Mancio indignus Leuita ad vicem Gazeni scripsit, & data 4. Kal. April. Indict. 10. an. 37. Regnante Karolo gloriosissimo Rege imperij vero. 2. Actum Compendio Palatio in Dei nomine feliciter. Amen.*

1 *Iugny proche de S. Phale.*

2 *Quid sit mansus, plane exponit D. Falcetus To. 1. antiq. Gal. lib. 4. c. 5. & in Carol. cal. c. 9.*

An. 877.

Cum vero illud cœnobium amplissimis

reditibus auctum esset, plurimosq; religiosos omni pietatis genere illustres sinu suo foueret inter quos tanquam luna inter minores stellas splendidissime effulgebat D. Robertus, qui postea primus archimandrita Molismensis, itemq; Cisterciensis extitit. Teobaldus Comes Tricassinus Prioratum conuentualem S. Aigulphi apud Agendicum in diœcesi Senonensi instituit, & copiosis fructibus locupletauit, accersitis quibusdam mandritis dicti cœnobij, penes quos summa rerum in eo esset, & vt in posterum dictus Prioratus, in eius cœnobij velut tutela consisteret. Quamquidem Prioratus constitutionem Rex Henricus, exhibitis concessisq; in eam rem litteris confirmauit, quarum hodieque archetypus in archiuo prædicti cœnobij asseruatur cuius fidelissimum exemplar, sub oculos subijcere necessarium duxi.

CHARTA REGIS HENRICI de monachis apud S. Aigulphum instituendis.

IN nomine S. & indiuiduæ Trinitatis, ego Henricus gratia Dei Francorum Rex, cum in exhibitione temporalium rerum quas humana religio diuino cultui famulando locis sanctis & congregationibus fidelium deuotione animi largitur, tam presentis quam perpetuæ vitæ, vt iam pridem multis expertum est indicijs solatium acquiratur, saluberri-

mus valde & omnibus imitabilis est hic fructus primitiuæ virtutis, videlicet Charitatis, per quem & mundi prosperatur tranquilitas, & felici remuneratione æterna succedit felicitas. Nouerint ergo & præsentis status & posteritas sanctæ matris ecclesiæ filiorum, nostrorum quoque Primatum, & omnium sub nostro regimine degentium, quod quidam summæ nobilitatis comes Teobaldus nomine, nostræ serenitatis adierit præsentiam, rogans & obnixe postulans, vt sibi quandam ecclesiam S. videlicet Aygulphi sub Pruuinensi oppido sitam quam de nobis beneficiose tenebat, liceret monachos de monasterio domni Petri Trecassini Cellensis cognominati primitiue ponere, & ad dei seruitium perpetualiter & continue, quod inibi prius negligenter agebatur ad ministrandum destinare. Ea tamen ratione vt quidquid Archiepiscopus Senonensis in eadem ecclesia possidebat, videlicet altare ab eo impetraret, & simili adstipulatione monachis præmissis in futurum habendum per nostræ authoritatis præceptum perpetualiter firmaret. Cæterum regia censura decernimus vt quod præsens habet dicta ecclesia semper habeat. Et quod a fidelibus populis illi dandum est æterno tẽpore possideat, monachi qui nunc ponuntur, & qui de memorato loco per successionem ibi transfundantur ibi seruiãt rerũ loci administratione necessaria impleãt. Modis omnibus tãdem inhibemus ne quilibet sub positis veniant, qui adulatorio susurro dicti Comitis aures demulceant, vel pecunia animam eius vel successorum eius dignitatis corrupant, ne alij seminent & alij colligant, ne alij frigus, famen labores patiantur, & alij per nefas bonis paratis iniuste abutantur, sed

qui dignis & prioribus studijs nascentis religionis in sudabunt, in sancta postmodum otia resoluantur. Iam vero & Comitis petitionibus benigne annuimus & donationes eius & Archiepiscopales traditiones libere fieri concedimus, Vt autem euidens esset nostræ voluntatis assensus sigilli nostri impressione hanc cartam ad signari præcepimus. Actum publice in Senonico palatio Anno Incarnati Verbi. 1048. *& Regni Henrici Regis.* 17. *Gilduinus Archiepiscopus Imbertus Parisiacensis Episcopus. Isambardus Aurelianensis episcopus. Mainardus Trecacensis episcopus. Hugo Niuernensis episcopus, Herbertus Antisiodorensis episcopus, VValterius Meldensis episcopus, Robertus Dux Burgundiæ, Teobaudus Comes. Arnaudus Comes. Rodulphus Comes. VVilermus Comes, Ego Balduinus Cancellarius relegendo subscripsi.*

Idem Comes Theobaldus eidem cœnobio parrochialem Ecclesiam S. Sauinæ in suburbijs Tricassium constitutam adscripsit & assignauit, quamquidem donationem postulante & rogante cœnobiarcha Bernardo ratam fixamq; esse iussit Rex Philippus, concessit in eum finem patentibus litteris quarum exemplar cum originali collatum attexere libuit.

CHARTVLA REGIS PHIlippi de Ecclesia S. Sauinæ.

IN *nomine S. & Indiuiduæ Trinitatis. Ego Philippus gratia dei Francorum Rex. Cum*

in exhibitione temporalium rerum quas humana religio diuino cultui famulando locis sanctis & congregationibus fidelium, deuotione animi largitur, tam præsentis quam perpetuæ vitæ, vt iam pridem multis expertum est indiciis, solatium acquiratur, saluberrimus valde & omnibus imitabilis hic fructus primitiuæ virtutis videlicet Charitatis, per quem & mundi prosperatur tranquilitas, & fœlici remuneratione, æterna succedit felicitas. Nouerit ergo & presens status & posteritas S. matris Ecclesiæ filiorum, nostrorum quoque primatum & omnium sub nostro regimine degentium, quod quidam Abbas Bernardus nomine, nostræ serenitatis adierit presentiam, rogans & obnixe postulans, vt Donum quod Comes Trecassinæ Ciuitatis Teobaudus nomine, pro salute animæ suæ, suorumque Antecessorum & filiorum suorum, Monasterio B. Petri, Cellensis cognominati, cui ipse prædictus Abbas tunc temporis præerat, æternaliter tribuerat, Scilicet Ecclesiam S. Sauinæ virginis, non longe à suburbio prædictæ Ciuitatis sitam, laudassem atque concessissem. Cuius petitionibus consilio Richerii Senonicæ Ecclesiæ Metropolitani, cæterorumque Præsulum atque fidelium nostrorum, quorum nomina subscripta esse videntur, benigne annuimus, Et hoc priuilegium sigilli nostri impressione adsignari præcepimus. Actum publice in Senonico palatio, Anno Incarnati verbi 1071. 7. Kal. Maii. Inditione 9. Regnante Philippo Rege an. 12. Philippus. Signum Richerii Archiepiscopi. Signum Hugonis Trecensis Episcopi, S. Galterii Meldensis Episcopi. S. Gauffredi Parisiacensis Episcopi, S. Arrd-

di Carnotensis Episcopi. S. Rainerij Aurelianensis Episcopi. S. Gauffredi Antissiodorensis Episcopi S. Hugonis Lingonensis Episcopi. Ego Petrus Cancellarius scripsi & subscripsi.

Sed illud maxime obseruatione dignissimum, & ad posteritatis memoriam pertinere censui, tam magnificum illius cœnobij, saltem ecclesiæ ædificium quale etiamnum extat, immensis sumptibus in tantam sub structionum molem exaggeratum fuisse temporibus. F. Anthonij Girard sępedicti cœnobij Abbatis, qui obiit an. 1534. opere pæne completo. Post cuius obitum, Illustriss. Dominus Carolus à Lotharingia commendatarius eiusdem cœnobij Abbas dictus est, & anno 1538. in suum locum D. Franciscum à Dintauilla substituendum subrogandumque curauit, qui deinceps an. 1542. illud D. Petro de Mareüil Vaurensi episcopo resignatione extorta & minime voluntaria transmisit, vt acta publica tunc temporis confecta aperte comprobant, simulque ipsum Vaurensem episcopum, euocasse & acciuisse aliquot cœnobitas societatis casalisbenedicti per quos præfatum cœnobium reformari studuit, illosque an. 1543. in ipso ad hunc effectum constituit, quod tamen relinquere & inde digredi coacti sunt an. 1548. vt ex ipsis actis perspicuum est, quoquidem anno memoratus à Dintauilla supremæ curiæ Parisiensis decreto, in eiusdem cœnobij possessionem est restitutus. Placuit autem huiusmodi

acta tam

acta tam vernaculo quam latino ſermone expreſſa hic adſcribere, vt rerum quæ ſuperius prolata ſunt memoria plene & integre ad poſteros tranſeat, non vt officiant dictæ Caſalinæ congregationi quam hactenus D. Benedicti regulam religioſe ſtricteque obſeruaſſe, & etiamnum hodie obſeruare, nemo eſt qui inficietur.

ACTE PROTESTATOIRE faict par l'Eueſque d'Auxerre auparauant que de reſigner ſon Abbaye de Monſtierlacelle.

A Tous ceux qui ces preſentes lettres verront, Claude Gemyer, Garde du ſeel de la Preuoſté de VVaſſy, de par le Roy noſtre ſire ſalut. Scauoir faiſons que pardeuant Nicolas Dronet, & Anthoine de Varlecourt, Notaires Iurez du Roy noſtre ſire, & de par luy ace faire eſtabliz en ladicte Preuoſté, Fut preſent en ſa perſonne, Reuerend Pere en Dieu, Meſſire Francoys de Dinteuille, Eueſque d'Aucerre Abbe commendataire de Monſtierramey & Monſtier la celle, diſant que comme il ſoit notoire, que depuis quatre ans ença, au moyen de ſon abſence de ce Royaume, il ait eſte entierement deſſaiſy de ſes biens meubles & immeubles, tant eccleſiaſtiques que autres, & à iceulx regir &

gouuerner commissaires deputez de par le Roy, qui encores de present soubz la main dudit Seignr en ioissent, & que ledit Euesque na iusques acy peu trouuer moyen ne maniere de rentrer en la possession & ioissance, de sesdicts Euesché, Abbayes, & autres biẽs, sinõ par vn moyen qui luy à esté offert de bailler labbaye de Monstierlacelle, à Messire Pierre de Mareüil Euesque de la vaur, luy quitter les leuées du reuenu dudict Euesché d'Aucerre duquel il à este iusques à present commissaire & administrateur deputé de par le Roy, & autres conditions que ledit Euesque de la Vaur luy à fait proposer & demander, & si doubte encores ledit Euesque d'Aucerre, quil en vueille faire demander d'autres plus grandes, lesquelles conditions pource quelles sont sans fondement de raison, & contre droict & equité, ne semblent audit Euesque d'Aucerre, deuoir estre accordées & na aucune intention ne volunté les accorder comme estans contre Dieu & raison, a cause que ledit Euesque de la Vaur, na aucun droit en sesdicts biens & benefices, & à ce moyen ledit Euesque d'Aucerre à protesté & proteste pardeuant nous Notaires, que de ce quil en à fait & fera toutes & quantesfois qu'il plaira au Roy l'en releuer, il se pouruoyra par iustice, comme de chose faicte torcionnairement & à force contre son gré & vouloir, & afin que de ce soit la congnoissance plus claire, il à dit & proteste pardeuant nous Notaires,

soubzscriptz auoir par plusieurs fois,remonstré & debattu son droit tant auec Monsieur l'Admiral, Monsieur Bouchard maistre des requestes de l'Hostel du Roy; & Monsieur le Tresorier de Bretaigne,secretaire dudit sieur admiral,ayans charge de luy parler & traicter de cest affaire, & aussi proteste de ne vouloir ne auoir intention faire chose qui despleust au Roy, ne qui soit cõtre sa volunté, sçachant que ledit Seigñr n'est deuëment informé du bon droit & de l'innocẽce dudit Euesque d'Aucerre, ne pareillement de laccord & particularitez diceluy,auquel accord ledit Euesque de la Vaur, Monsieur l'Admiral & autres leurs agents & negotiateurs contraignent ledit Euesque d'Aucerre consentir, & est la façon de le contraindre pour ne vouloir commander au secretaire des cõmandemens du Roy, les main-leuées desdits Eueschê d'Aucerre, Abbayes, & autres biens meubles & immeubles & autres lettres necessaires audit Euesque luy estre expediées; iusques a ce quil ait consenty ce que ledit Euesque de la Vaur demande ou demandera par ledit accord, & par ainsi demeure ledict Euesque d'Aucerre hors de la ioissance & possession de sesditz Eueschê, Abbayes, & autres biens,& en danger de tumber en la malle grace du Roy, quil pense & entend les y auoir remis, protestant aussi ledit Euesque d'Aucerre ne se vouloir ayder de ceste presente protestation & acte, si ce n'est du bon

gré & vouloir du Roy, desquelles choses cy dessus, iceluy Euesque d'Aucerre à quis & demandé, ausdictz Notaires acte & instrument a luy octroyé soubz c'este forme pour luy seruir si besoing faict. En Tesmoing de ce nous garde dessus nommé à la relation desdicts iurez auec leurs seings manuelz cy mis auons seelle ces presentes du seel de ladicte Preuosté, & du nostre en contreseel sauf tous droictz, ce fut faict & passé au lieu de Ioinuille l'An de grace nostre Seigneur 1542. le 26. iour du mois de Iuin.

La procuration passée par ledict de Dinteuille par laquelle il faict resignation de ladicte Abbaye en faueur dudict de Mareüil, est dudict 26. Iuin 1542.

LETTRES DE MAINleuée obtenuës du Roy par l'Euesque d'Auxerre.

FRANCOIS par la grace de Dieu Roy de France, & noz amés & feaulx les gens de nostre grand Conseil, aux Baillifz d'Aucerre & Troyes, ou à leurs Lieutenans, & à tous noz autres Iusticiers & officiers qu'il

appartiendra, salut. Comme ainsi soit que nous ayons parcy deuant faict saisir, & mettre entre mains de commissaires, les maisons terres, Seigneuries & reuenu temporel des Euesché dudict Aucerre, & Abbayes de Monstierramey, & Monstier la celle, ensamble tous & chascuns les biens meubles & immeubles appartenans à nostre amé & feal Conseiller, Messire François de Dinteuille Euesque dudict Aucerre, & Abbe desdictes Abbayes qui s'estoit rendu absent de nostre Royaume, ou il est puis-nagueres retourné & auons esté trescontant de le receuoir à nostre bonne grace, laquelle en tous ses affaires nous desirons singulierement luy impertir, esperant qu'il sera pour par cy apres nous faire daussi bons seruices qu'il no° à faictz par le passé es lieux & endroictz ou nous l'auons employé. Parquoy inclinant liberalement à sa supplication & Requeste, pour ces causes & autres bonnes & iustes considerations ace nous mouuans les main mise arrestz saisissementz & tous autres empeschemens mis & apposez sur lesdictes maisons, terres, seigneuries, & reuenu téporel desdictz Euesché d'Aucerre, & Abbayes de Monstierramey & Monstier lacelle, biens, meubles & immeubles dudict Messire Françoys de Dinteuille depuis sadite absence & par le moyen dicelle ou autrement en quelque maniere que ce soit, luy auons de nostre grace plaine puissance & authorité

Royal par ces preſentes,leuez & oſtez,leuons & oſtons a pur & à plain, & icelluy remis reſtitué & reſtably remettons reſtituons & reſtabliſſons en poſſeſſion & ioyſſance diceulx & tout au meſme eſtat qu'il eſtoit auparauant la deſſuſdite abſence. Si vous mandons commettons & enioignons & à chaſcun de vous endroit ſoy & ſi comme à luy appartiendra, que de noz preſente grace & mainleuée enſemble de tout le contenu cy deſſus, vous faičtes ſouffrez & laiſſez ledičt Meſſire François de Dinteuille, ioyr & vſer plainement & paiſiblement ainſi & par la forme & maniere que dit eſt, en contraignant ou faiſant cõtraindre reaulment & de fait les commiſſaires commis & deputez au regime gouuernement & adminiſtration deſdičtes maiſons,fruičtz,& reuenuz temporelz diceux Eueſché & Abbayes, & autres qu'il appartiendra & pource ſeront à contraindre à rendre bon & loyal compte auſdičt Meſſire François de Dinteuille de leurdite adminiſtration iuſques à preſent & à luy payer le reliqua qui ſe trouuera par eulx eſtre deu, enſemble à luy reſtituer ſeſdičts biens meubles, ſilz ſont en nature de choſe ſinon la vraye valeur & eſtimation diceulx, & ce par toutes voyes & manieres deües & raiſonnables & en tel cas requiſes, leſquelz commiſſaires en ce faiſant nous auons deſchargez & deſchargeons de leurdite adminiſtration & commiſſion par ceſdites pre-

ſeates, car tel eſt noſtre plaiſir, de ce faire vous auons donné & donnons plain pouuoir puiſſance, auctorite, commiſſion & mandement eſpecial, Mandons & commandons à tous noz Iuſticiers, officiers & ſubjectz que à vous en ce faiſant ſoit obey. Donné à Monſtier ſur Saulx le 28. iour de Iuin, l'An de grace, 1542. Et de noſtre regne le 28. Par le Roy, le Conte de Buzançoys Admiral de France preſent. Bayard.

SENTENTIA LATA

an. 1548. per Vicarios generales D. Trecenſis Epiſcopi, in cauſa mota inter antiquos & modernos monachos cœnobij Cellæ prope Trecas.

CHriſti nomine inuocato. Viſo processu moto & pendente coram nobis Vicarijs generalibus Reuerendi in Chriſto Patris illuſtriſſimiq; Principis & D. D. Ludouici de Lotharingia Trecenſis epiſcopi iudicibus in hac parte ab eodem Reuerendo ſpecialiter deputatis & commiſſis, inter deuotos Religioſos viros fratres Ioannem Enjorrand Infirmarium, Lambertum Girard præpoſitum, Guillelmum Maret Elemoſinarium Nicolaum Challemelle Cantorem, Franciſcum Maret Theſaurarium, Petrum de la Huproye, Carolum Guerrat, Iacobum de la Rothiere, Io. Durot, Io. Paillot, Ludouicum

le Clerc, Io. Gaulthier, Thomam Vautrippey, Ioa. Carroguy, & Guil. le Court, Religiosos inclyti monasterij Abbatialis Cellæ prope Trecas Ordinis S. Benedicti actores ex vna: & R. in Christo patrem D. Abbatem dicti monasterii, ac deuotos etiam & Religiosos viros fratres Quintinum de Condey priorem de Baignaulx, Nicolaum Dolot, Matheum Boidou, Geruasium Thuillier, Franciscum Monete, Mathæum le Sueur, Martinum Noël, Innocentium Gay, Io. Menereau Religiosos in eodem monasterio modo residentes & degentes rite partibus ex altera. Videlicet litteris Regiis sub data diei octauæ mensis Maij nouissime præteriti præfato R. patri Trecensi Episcopo directis per eosdem actores impetratis, Quibus eidem Reuerendo committitur & mandatur, quatenus per se suo sue vicarios, & commissos de presenti negotio & processu determinet & decidat, præsertim circa reformationem seu reintegrationem, per eosdem actores requisitam & petitam, Arresto supremæ parlamenti Parisiensis Curiæ Datæ diei 9. mensis Februarii, an. 1541. Quo inter cætera cauetur atque ordinatur, quod idem monasterium Cellæ tam in capite quam in menbris reformetur, quodque pro huiusmodi negotii executione Abbas & Conuentus dicti monasterii, consignarent summam 200. Librarum parisiens. & adhuc quod D. Trecensis Episcopus suum daret vicariatum pro eadem re-

formatione, dirigenda duobus notabilibus Religiosis ordinis S. Benedicti, Aliis regiis litteris per præfatum D. Abbatem impetratis in mense decembri anni 1542. quibus R. Trecensi Episcopo mandabatur, quatenus articulos, & statuta pro eadem reformatione complenda conficeret, visis etiam eisdem articulis seu statutis & aliis regiis litteris ipsos articulos, eademq; statuta approbantibus. Arresto priuati consilij regij quo cauetur, quod eadem statuta seruarentur pendente lite seu processu & controuersia seu differenti dictarum partium, & hoc per modum prouisionis, translatione facta ex ordinatione vicarii præfati D. Abbatis de personis nonnullorum dictorum actorum. Petitione dictorum actorum per quam petierunt & requisierunt, petuntq; & requirunt reintegrari ac restitui & remitti, seu reponi in suis respectiue locis, officiis, iuribus, bonis ac statibus insequendo tenorem dictarum regiarum literarum per eos ad eosdem fines obtentarum. Consequenter visis & auditis dictorum reorum respectiuis responsionibus exceptionibus & defensionibus, ac demum appunctuaméto & assignatione per nos sæpe memoratis partibus de earum mutuo cõsensu datis & præfixis ad super earum altercatis & controuersiis, seu differentibus, ius seu nostrum iudicium nostramq; ordinationem audiendum, vna cum omnibus per easdem partes exhibitis allegatis & produ-

ctis, cæterisque omnibus & singulis, quæ in presenti causa & processu videri & considerari, rimari & examinari meruerunt atque debuerunt, merenturq; & debent, non perfunctorie aut cursim sed diligenter & mature cum repetito consilio, visis consideratis, trutinatis siue ponderatis, ex peritorum consilio & deliberatione, dicimus, decernimus atq; ordinamus, Quod per eumdem R. patrem ac D. D. Trecensem episcopum seu per nos ac duos notabiles seu venerabiles & discretos Religiosos ordinis S. Benedicti in presentia Regiorum officiariorum Trecensium, procedetur ad excutionem & effectum dictæ reformationis, insequendo formam & tenorem suprememorati supremæ parisiensis Curiæ Arresti ac literarum Regiarum supradicto R. patri eiusue vicariis directarum, & similiter dicimus decernimus atq; ordinamus quod antenominati antiqui eiusdem abbatialis monasterii Cellæ Religiosi actores, secundum formam & vigorem canonicæ ac Regularis reformationis restituentur reponentur atque remittentur, in sæpefato monasterio, in quo erant & degebant tempore translationis & eiectionis seu expulsionis suarum personarum in eodem monasterio, & perantea. Quodque affati rei noui & moderni religiosi qui inpresentiarum degunt & moderantur in eodem monasterio Cellæ, inde egredientur & migrabunt infra duos menses, ad quorum correctionem & emen-

dationem si opus fuerit, & in administratione dicti monasterii eiusue iurium, & bonorum culpabiles inuenti extiterint,& similiter ipsorum actorum reformationem procedemus pro vt iuris fuerit & rationis. Et hæc omnia & singula per modum prouisionis, ac nonobstantibus oppositionibus & appellationibus quibuscũq; & sine earum præiudicio, decernimus, ordinamus & pronunciamus eaque fieri & executioni demandari annuente Deo curabimus. Vlterius ordinantes, quod pro reformatione prædicta procuranda atque facienda, memorati Abbas & Conuentus dicti monasterii infra 15. dies consignabunt in manibus Scribæ seu graffarii præsentis causæ seu processus insequendo formam supramentionati Arresti diei nonæ mensis februarii anni 1541. supradictam summam 200. libr. paris. viisque ac modis omnibus debitis & rationabilibus ad hæc compellendos & cogendos ordinamus atque decernimus, reos sæpedictos in legitimis ac moderatis expensis eorumdem actorum earum taxatione nobis reseruata, condemnantes. Signatum Melot.

INFRA POSITA PVBLICA instrumenta, quorum originales tabulas præ manibus habeo, hic attexere volui, vt monachi Cellenses saltem ex ipsis discant, quo modo, quibusue ritibus, electio Abbatis illius loci antiquitus fieri consueuerat, nec non discuti & confirmari per R. Trecensem Episcopum.

VNiuersis presentes litteras inspecturis, Stephanus miseratione diuina Trecensis Episcopus salutem in Domino. Noueritis quod cum nuper Abbatia monasterij Cellæ prope Trecas nostræ Trecensis diœcesis ordinis S. Benedicti per obitum Religiosi quondam viri F. Petri de Marsault vltimi ipsius Ecclesiæ Abbatis pastore fuerit viduata, corpore ipsius prius tradito ecclesiasticæ sepulturæ, Priorq; conuentualis ipsius monasterij, omnes & singulos monachos & Religiosos eiusdem monasterij qui poterant & debebant in electione futuri abbatis ipsius monasterij interesse facienda ad certam & competentem diem in capitulo dictæ Abbatiæ pro prouidendo & eligendo de futuro pastore solemnitatibus iuris in talibus assuetis obseruatis, fecit & mandauit personaliter conueniri. Qua die omnes Religiosi dicti monasterij, qui in dicta electione erant & debebant interesse, missa S. Spiritus prius celebrata & verbo Dei exposito, in dicto capitulo conuenerunt & congregati fuerunt, & elegerunt per viam S. Spiritus in dicta electione fore procedendum & in eadem

canonice processerunt, quæ electio fuit cassata & adnullata immediate, Ipsaque sic cassata, dicti eligentes vnanimiter consenserunt, vt per viam scrutinij in dicta electione procederetur, & elegerunt Scrutatores videlicet ven. & discr. viros D D. M. Guillelmum de Doma Priorem prioratus S. Bernardi Trecensis, ord. S. Augustini, Thomam Dominici & Ioannem buridam canonicos Trecenses. Qui quidem scrutatores vota singulorum Religiosorum scrutati fuerunt, & mox dicta vota dicti scrutatores in dicto Capitulo publicauerunt, Qua publicatione sic facta, constitit quod nonnulli dictorum eligentium, vota sua in personam F. Ogeri de Senonis ipsius monasterij præpositi, & alij in personam F. Andeberti Prioris Prioratus S. Aygulphi direxerunt, pro vt in literis, instrumentis, ac decretis super dictis electionibus confectis, & postmodum, per eosdem electos & eorum quemlibet nobis præsentatis, per nos receptis legitime constitit, fuit que per ipsos electos & eorum quem libet humiliter supplicatum, quatenus electionem de ipso factam vellemus ratam & gratam habere, & eamdem confirmare. Ipsisq; instrumentis electionum prædictarum & ipsarum cuiuslibet, ac pluribus altercationibus & rationibus, tam iuris quam facti per dictas partes, dictis factis propositis & in scriptis redactis, ac coram nobis exhibitis, vt præfertur pro qualibet parte, tendentes ad finem quod electio ipsorum valeret, & quod eamdem admittere & recipere ac eandem confirmare vellemus. Visis & diligenter inspectis non semel, sed pluries, tam Trecis quam Parisius matura deliberatione habita cum peritis, quia reperimus in dicta

electione tam iuris quam facti plures defectus, propter quos dicta electio ipso iure erat cassa, nulla, & inualida ac irritanda & inualida decernenda, & per præmissa ad nos ius prouidendi eidem Abbatiæ de futuro Pastore fuisse & esse deuolutum. Ideo præmissis attentis & diligenter consideratis, nos Stephanus episc. antedictus ipsam electionem cassam, nullam, inualidam & irritam & ad nos ius prouidendi eidem Abbatiæ de futuro pastore fuisse & esse deuolutum, per nostram sententiam difinitiuam per nos in scriptis latam reputauimus, pro vt in literis super hoc factis plenius continetur. Hinc est quod nos eidem Abbatiæ de futuro Abbate & pastore prouidere cupientes, Deum solum præ oculis habentes, non ad personam quamcumque oculum seu animum habentes sed solum ad personam quæ circa reparationem & restaurationem ipsius abbatiæ, quæ diu est occasione guerrarum Regni Franciæ fuerat pro maiori parte destructa & combusta, & per abbates qui postmodum fuerunt in ipsa Ecclesia constituti à 40. Annis & vltra modicum vel nihil reædificata, vel restaurata, valeat reædificari & restaurari, Fecimus ad nostram præsentiam, Priorem Claustralem ac omnes & singulos ipsius monasterij religiosos, tribus tamen a dicto monasterio absentibus exceptis conuenire, Ipsosque & ipsorum quemlibet adiurauimus, vt consulerent nos & nominarent aliquẽ Religiosum de gremio ipsius monasterij vel aliunde quem crederent magis habilem sufficientẽ, & vtilem ad spiritualitatem & temporalitatem dicti monasterij regendum & gubernandum. Quiquidem Prior & Religiosi singulariter & deinde vna

voce, nobis nominauerunt dictum, F. Ogerum de Senonis præpositum, & humiliter supplicauerunt quatenus eidem Abbatiæ de persona dicti F. Ogeri vellemus prouidere, ac ipsum in abbatem & pastorem dicti monasterij præfigere, & ipsam abbatiam sibi conferre vellemus. Nos etiam his non contenti, sed cum plurimis personis notabilibus tam Ecclesiasticis quam secularibus ibidem existentibus, & potissime ecclesiarum Trecens. & SS. Stephani & Vrbani Collegiatarum decanis, Archidiaconis & Canonicis magis scientificis, ac etiam gentibus Regijs & quam plurimis burgensibus dictæ ciuitatis Trecensis, quos ad dictam nostram præsentiam propter hoc mandauimus congregari, ad nos, supra dictæ Abbatiæ prouisione de persona idonea facienda consulendum. Quiquidem omnes & singuli, per eorum conscientias nobis dixerunt & asseruerunt, quod non sciebant aliquem Religiosum, qui magis posset prodesse ad regimen & gubernationem ac restaurationem dicti monasterij, quam dictum F. Ogerum præpositum. His autem auditis & attentis, nolentes vlterius differre prouisioni abbatis ipsius Ecclesiæ, ne pro defectu diuturnæ vacationis pastoris, dicta abbatia tam in spiritualibus quam in temporalibus pateretur detrimentum. De discretione sagacitate, prudentia, & bono regimine ipsius F. Ogeri sufficienter vt præfertur informati, ipsiusque abbatiæ monachi expresse professi, & præpositi, in spiritualibus & temporalibus quamplurimum circunspecti, de legitimo matrimonio procreati atque nati, in ætate legitima constituti, scientia & moribus virtuosi, & alijs quamplurimis causis commendati, & etiam qui

alias tanquam sufficientior omnium & singulorum Religiosorum ipsius monasterij per Dominos tenentes Parlamentum Regium, ad regimen temporalitatis ipsius monasterij fuerat commissus & ordinatus, temporeque dictæ Commissionis, dictam temporalitatem dictæ Abbatiæ bene & laudabiliter rexerat & gubernauerat, pro vt notorium est, & fuimus ac sumus fide oculata informati. Idcirco auctoritate nostra ordinaria, eidem F. Ogero, dictam Abbatiam contulimus & donauimus ac conferimus & donamus, ipsumque fratrem Ogerum tanquam sufficientem & idoneum in abbatem & Pastorem dicti monasterij Cellæ prefiximus & ordinauimus, ac præfigimus & ordinamus, & ipsum de eadem abbatia cum suis fructibus iuribus & pertinentiis vniuersis inuestimus per præsentes, decreuimusque & decernimus, munus benedictionis loco & tempore debitis, eidem fore impendendum. Mandantes dilecto nostro Priori Claustrali cæterisque omnibus & singulis, eiusdem monasterij Cellæ religiosis, quatinus ipsum F. Ogerum in suum & dicti monasterij abbatem recipiant & admittant, honorem reuerentiam & obedientiam reddant & exhibeant. Ac dilecto & fideli Archidiacono nostro Trecensi, vt ipsum F. Ogerum in loco vbi Abbates ipsius monasterij consueuerunt installari, installet, adhibendo solemnitates in talibus assuetas. In quorum omnium & singulorumpræmissorum testimonium sigillum nostrum litteris presentibus duximus apponendum. Datum & actum in domo Episcopali Trecensi, An. 1401. die 21. Octobris Signatum G. Gouaudi.

ALIVD

ALIVD ELECTIONIS decretum.

Reuerendo in Christo patri ac D. D. Dei gratia Trecensi episcopo, seu venerandarum discretionum viris, eius in spiritualibus vicarijs, Aut alij seu alijs ab eo in hac parte deputatis vel deputandis, vestri humiles & deuoti in Christo filij fratres, Odardus le Mire Prior Claustralis monasterij Cellæ prope Trecas ord. S. Benedicti, Aigulphus le Begue Prior prioratus conuentualis de Oya Trecensis Diœcesis membrum dicti monasterij, Christophorus de Crusy præpositus, Girardus Protat eleémosynarius, Stephanus Coton infirmarius, tam pro se quam procuratorio nomine Fr. Simonis Lenfant prioris prioratus monasterij leucæ Senonensis diœcesis menbrum dicti monasterij, Dominicus Durant Thesaurarius dicti monasterij, Ioannes Regnier de cella subtus Cantumerulam tam suo quam procuratorio nomine F. Guill. Bocheti prioris S. Crucis de pruuino prædictæ Senon. diœcesis & menbrum eiusdem monasterij, Ogerus Cochet de S. Memorio. G. Trumelli de horricuria, Ioan. Ruelle alias de Quincey de Moncellis in Bria. Io. Champagne de Romilliaco supra sequanam. Dyon. Boucher de Cappella S. Nicolai Dyo. Guillemot de villamauri. Theob. de Barro supra albam de paganis, Ioan. Saulnier de San. i is virtutibus, Io. de Hang.rt S. Petri in prato, Step. Coulon S. Petri de pontibus supra sequanam, Io. le Leurre de Allem:nio menbrorum eiusdem monasterij prioratuum priores. Io.

Gaillard, Iac. de Marisy, Io. Pautrat presbyteri & Michaël Durat diaconus eiusdem monasterij religiosi expresse professi omnimodam obedientiam & subiectionem cum omni reuerentia & honore. Nouerit vestra Reuerenda paternitas seu nouerint vestræ discretiones, quod venerabilis memoriæ F. Ioanne Raulin quondã & vltimo dicti nostri monasterij Abbate viam vniuersæ carnis ingresso, ipsiusque corpore reuerenter vt decebat ecclesiasticæ tradito sepulturæ, nonnulli nostrum in capitulo dicti nostri monasterij an. Dom. 1457. mensis Septemb. die 26. Indict. 5. Pontif. SS. in Christo patris ac D. N. D. Calixti diuina prouid. Papæ 3. anno 3. simul congregati & capitulantes, decreuimus ad electionem futuri dicti monasterij Abbatis, ne propter diuturnam vacationem, pati valeat detrimentum fauente Domino fore procedendum, Diemq; lunæ 17. mensis Octobris inde proximo sequentis cum continuatione aliorum dierum sequentium, ad electionem prædictam celebrandam, necnon omnia alia & singula circa hæc necessaria, & quæ ipsius electionis negotium concernere poterant facienda, Religiosos & priores dicti nostri monasterij absentes, ad diem & terminum supradictos, & cum intimatione in talibus assueta, nostrarum citatoriarum literarum tenore, citari vt moris est & euocari, ad procedendum in dicta electione decreuimus. Quaquidem die lunæ 17. mensis Octobris adueniente, citatis autem absentibus citandis, Missa de S. Spiritu pro gratia ipsius inuocanda solemniter celebrata, verboque dei exhortatiuo pro dicta electione facienda exposito, & sacro eucharistiæ sacramento, ab omnibus &

singulis religiosis nostris qui interfuerunt recepto seu missa deuote celebrata, conuenientibusque in choro dictæ ecclesiæ nostræ tanquam propitiori pro dicta electione facienda, post capitularis campanæ pulsationem, omnibus & singulis dicti monasterij nostri religiosis, qui debuerunt, volueruntque & potuerunt interesse, notarijsque subscriptis in notarios pro actis in dicto electionis negotio fideliter & secrete in scriptis redigendis nec non Ven. & discretis viris M. Nicolao Coissardi in vtroque iure licent. & D. Iac. Rossignoti canonicis Trecen. in testibus assumptis & vt moris est iuratis, Retentisque nobiscum Ven. & circunsp. viris M. Petro Fiene & Steph. Grappin in iure canon. licen. canonicis Trecens. pro nostris consultoribus seu directoribus, præstitoque per nos omnes prædictos sigillatim iuramento ac promisso Deo omnip. & B. Mariæ virginj & B. Frodoberto in cuius nomine & honore ecclesia nostra est dedicata, de eligendo in Abbatem dicti nostri monasterij, quem crederemus in spiritualibus & temporalibus vtiliorem, nec illi vocem dare quem verisimiliter sciremus promissione seu prece per se vel alium interposita aut alias qualitercumque directe, pro se electionem procurasse. Postmodum monitionibus & protestationibus solitis factis, visisque literis licentiæ, citationis, relationis & procuratoriis absentium pro validis tentis, & absentibus non comparentibus pro contumacibus reputatis, receptoque iuramento à notarijs & testibus prædictis præstari consueto, nec non à nobis Priore Claustrali tribus formis eligendi ibidem expositis, videlicet forma scrutinij, compromissi & spiritus S. Dictaq;

forma S. Spiritus per nos omnes assumpta & deinde cassata. Placuit nobis omnibus & singulis per formam scrutinij procedere, & pro dicto scrutinio faciendo elegimus in scrutatores fratres Petrum Michaëlis, S. Aigulphi de dicto Pruuino, nec non Aigulphum le Begue de Oya Priores & Christoforum de Crusy præpositum dicti nostri monasterij, quibus dedimus potestatem secrete & sigilatim vota omniũ nostrum, primo tamen sua, & postmodum nostra exquirendi diligenter & in scriptis redigendi, seu redigi faciendi & huiusmodi scrutinio peracto & in scriptis redacto mox in communi publicãdi & legendi, collationemq; in communi, numeri ad numerum, Zeli ad Zelum, & meriti ad meritum faciendi. Et generaliter omnia alia faciendi, quæ circa hæc necessaria forent seu opportuna. Cuiusquidem scrutinij onere per dictos tres scrutatores acceptato, præstitoq; per ipsos iuramento circa hoc præstari solito: ad Capellam B. Mariæ dictæ ecclesiæ propinquam chori eiusdem pro dicto scrutinio secretius & maturius faciendo se retraxerunt, & in eadem secrete & sigillatim inquisierunt diligenter, sicut immediate post nobis retulerunt, primo vota sua & deinde nostra, ipsisque in scriptis redactis & mox in communi publicatis, collationeque dictorum votorum per dictum F. A. le Begue de consensu nostro facta, constitit quod de 25. eligentibus videlicet de 23. in eorum proprijs personis, & de 2. per eorum procuratores, 13. in supradictum F. P. Michaëlis, & 10. in præfatum F. C. de Crusy, & 2. in ipsum F. Steph. Coten, vota seu desideria sua direxerunt, & sic repertum extitit maiorem & saniorem partem omnium nos-

trum vota sua direxisse in prædictum F. P. Michaëlis, quem dictus F. O. le Mire Prior claustralis de consensu nostro solemniter in communi elegit in Abbatem dicti nostri monasterij in hunc modum. In nomine P. & F. & Sp. S. Cum vacante monasterio Cellæ prope Trecas, vocatis omnibus qui potuerunt & debuerunt euocari, & præsentibus hac die præfixa & assignata, ad electionem futuri Abbatis dicti monasterij celebrandam, placuit omnibus per viam scrutinij procedere, factoque scrutinio iuxta iuris formam, ac eo publicato, collationeque habita diligenti, repertum fuit maiorem & saniorem partem nostrum eligentium in F. P. Michaëlis P. S. Aigulphi de Pruuino religiosum dicti monasterij expresse professum, vota sua direxisse & in eum consensisse, virum vtique prouidum & discretum, moribus & virtuosis actibus commendandum presbiterum, de legitimo matrimonio procreatum in spiritualibus & temporalibus circumspectum, ac primo in dicto monasterio Cellæ habitu monachali indutum et professum. Idcirco ego frater O. le Mire Prior claustralis dicti monasterij, vice mea & omnium aliorum meorum coeligentium, omnium que in huiusmodi electione ius habentium, ex potestate mihi per totum præsens Capitulum tradita & concessa, prædictum F. P. Michaëlis, inuocata S. Spiritus gratia, nomino & eligo in Abbatem & pastorem dicti monasterij Cellæ. Quaquidem electione sic celebrata, Nos omnes & singuli eligentes prædicti, eam laudauimus, approbauimus & ratificauimus, Te deum laudamus alta voce decantando, campanasque dictæ Ecclesiæ pulsando, ac ipsum F. P. Michaëlis supra

maius altare dictæ ecclesiæ nostræ deportando, & deinde ad sedem chori dictæ ecclesiæ nostræ, in qua Abbates eiusdem monasterij sedere consueuerunt duximus, & eumdem electum in eadem sede introniZauimus, ac eamdem electionem clero & populo publice ibidem astanti alta & intelligibili voce publicauimus, quam ibi astantes ratam & gratam habuerunt, eorum nullo contradicente, quod tamen peruenerit ad auditum. Postmodumq́ eidem electo humiliter supplicauimus, quatenus dictæ electioni suum præbere vellet consensum. Qui gratias domino omnip. & nobis referens, aliquaque deliberatione super hoc per eum habita, suum præbuit consensum pariter & assensum, prout hæc & alia in instrumento processus dictæ electionis super hoc confecto continentur. Quapropter dictæ vestræ R. Paternitati, seu discretionibus vestris venerandis humiliter & deuote voto vnanimi supplicamus, quatenus suppletis defectibus si qui sint, dictam electionem confirmare, curamque & regimen animarum subditorum suorum & administrationem spiritualium & temporalium dicti nostri monasterij & dependentiarum eiusdem conferre & committere, & alia circa hoc necessaria, facere & fieri facere misericorditer dignetur & velit, seu dignentur & velint, vt Deo auctore nobis & dicto monasterio nostro velut pastor idoneus praeesse valeat, vtiliter & prodesse. Nosque & subditi eius sub eius regimine, possimus coram Deo salubriter militare. Ceterum vt eidem paternitati vestræ R. seu dictis vestris vener. discretionibus innotescat, consensum omnium nostrum eligentium prædictorum vna-

nimiter & concorditer in hoc fuisse & esse. Hoc præsens decretum in quo præmissa omnia prout facta fuerunt in effectu continentur signis publicis & subscriptionibus dictorum Notariorum subscriptorum signatum, publicatum & subscriptum, Ac sigilli conuentus dicti nostri monasterij in testimonium præmissorum sigillatum, dictæ V. R. P. seu dictis vestris ven. discretionibus transmittimus, quas conseruet altissimus gloriosæ virginis filius fæliciter & longæue. Signatum N. Huyardi & Henricus Doreti.

ABBAS CELLENSIS,

Synodo Episcopali Trecensi singulis annis interesse debet, vt liquet ex sequenti instrumento, ipsa de causa hic relato.

IN Dei nomine Amen. Per hoc presens publicum instrumentum, cunctis pateat euidenter & sit manifestum, Quod an. Dom. 1414, *Indict.* 8. *Pontif. S. in Christo patris ac D. nostri. D. Ioan. diuina prouidentia Papæ* 23, *anno.* 5. *Mensis vero Octobris die* 7. *Propter hoc in mei publici notarij testium que subscriptorum ad hæc vocatorum specialiter & rogatorum præsentia, personaliter constitutus ven. in Christo pater F. Ogerus de Senonis Abbas monasterij cellæ prope Trecas ord. S. Benedicti ex parte vna, & ven. & discretus vir M. Ioannes de Foissiaco Licent. in decretis canonicusque & officialis Trecensis ex altera. Supradictus D. Abbas super infrascriptis à præfato D. Officiali interrogatus : sua*

mera & spontanea voluntate recognouit & confessus fuit ea quæ sequuntur, videlicet, quod ipse D. Abbas erat & est R. in Christo patris ac D. D. Trecensis Episcopi subditus, quodque anno quolibet in S. Synodo Trecensi vna cum cæteris dicti R. patris subditis tenebatur & tenetur interesse. Dicens vlterius quod nisi fuisset quædam infirmitas qua dictus D. Abbas detinebatur, idem D. Abbas die S. Synodi per dictum R. Patrem nuper celebratæ, cum cæteris dicti R. patris in hac parte subditis, prout & tenetur personaliter interfuisset, quod facere commode non potuit, obstante infirmitate supra dicta. De & super quibus omnibus & singulis præmissis, prefatus D. Officialis petijt à me notario sibi fieri atque tradi vnum vel plura instrumenta. Acta fuerunt hæc Trecis in domo habitationis dicti D. Abbatis nuncupata gallice de la montée, Anno mense &c. Signatum Gilletus Baudeti.

INDICVLVS QVORVMDAM ABBATVM COENOBII

Cellensis, singula enim illorum nomina quamuis anxie & diligenter quæsita, vt exinde integrum catalogum conficerem, inuenire non potui.

D. Frodobertus	*migrauit è vita circa an. 700.*
VValdinus	*2. Abbas.*
Bodo	*præerat huic cœnobio an.*

	850.
Haldegingus	*an.* 860.
Guarinus	*an.* 1050.
Bernardus	*an.* 1071. *Actus publicus seu litterarium monumentum promotionis dicti Bernardi ad cœnobiticæ amplitudinis fastigium (quæ electionis via facta est) in volumine epist. Fulberti Carnot. reperitur sub titulo epist. quæ ordine recensetur* 107.
Radulphus	*an.* 1107. 1117.
Gualterius	*an.* 1134. 1139.
Petrus	*an.* 1154. 1159. *Hic opera aliquot Theologica elaborauit, quæ nondum typis excusa latent in Bibliotheca Claræualensi.*
Drogo	*an.* 1164.
Girardus	*an.* 1173.
Hugo	*an.* 1184. 1188.
Guilelmus	*an.* 1210.
Letericus	*an.* 1221. 1236.
Guichardus	*an.* 1290. *Postmodum Trecensis Episcopus.*
Petrus de Marsault	*obijt an.* 1461.
Ogerus	*de Senonis electus an.* 1401 *Hic Ecclesiam & turrim cœnobij ædificauit an.* 1403
Petrus Raulin	*obijt an.* 1457.

Petrus Michaelis	*electus* 1457.
Ludouicus Raguier	*Episcopus Trecens. Abbas commendatarius.*
Nicolaus de la Place	*prædicti Raguier nepos Decanus Ecclesiæ Trecensis obijt an.* 1488.
F. Carolus de Refuge	*claustrum cœnobij ædificauit. obijt an.* 1517.
F. Antonius Girard	*electus an.* 1517.
Carolus a Lotharingia	*Cardinalis Abbas vsque ad an.* 1538.
Franciscus a Dintauilla	
Benjamin du Plessis	*præfuit* 52. *an. & vltra. obijt an.* 1608.

ADDENDA POSTMODUM CENSVI INFRASCRIPTA

nomina aliquot Abbatum eiusdem cœnobij, quæ consulto omiseram, quia veterum chartarum penuria quibus temporibus ipsi Abbates vixerint deprehendere non valui.

Vualo
Arenbertus
Robertus
Ioannes Rigaudus
Rainardus
Gualterus
Hourricus
Gausmarus

Aymericus

Ioannes Richardus *qui in generali Capitulo dicti cœnobij ordinauit illic & in menbris eiusdem festum Visitationis B. Mariæ Virginis annuatim celebrari.*

Stephanus *postea Tholosanus episcop.*

Ex necrolog. cœnobij.

QVI DEINCEPS SE-

QVVNTVR VERSVS IN TRIBVS tabellis varijs in locis ecclesiæ cœnobij Cellensis antea, non ita pridem suspensis, omnium oculis expositi legebantur.

In 1. Tabella.

TVnc princeps regni Chlodoueus sceptra gerebat,
Qui Frodoberte tibi, dono dedit arua petenti.
Quæ multis præcincta bonis, riuoque palustri,
Hic præstant monachis, secretam ducere vitam.
Quo refoue Petre pastor oues ouiumque magistro s,
Et per te famulis, pandatur ianua regni.
Lucida praclarum decantant carmina Petrum,
Fulgida fulgentem, complaudant sydera Petrum,
Calica cælestem congaudent cantica petrum,
Lympida lampantem, præsultant agmina Petrum.

In 2. Tabella.

HAnc Frodobertus ouans, Domino probe condidit aulam,
Et sub olympiadis cursu perduxit ad vnguem.
Quam sacrans, sacrando dicans prudentius heros,
Exhibuit cunctis, per secula cuncta verendam.
Clauiger æthereus sibi quoque vindicat ipsam;
Cuius honore nitet, titulis præclara Bobini.

In 3. Tabella.

CAndida vernantem Frodobertum sydera gliscunt,
Florida florentem Frodobertum regna perornant,
Gaudia gaudentem Frodobertum cælica clamant,
Splendida splendentem Frodobertum mænia captant.

Versus incisi super tumulum.

HÆc lapidum tumba, Frodoberti sustinet ossa,
Qui prior hic quondam condidit ecclesiam.

EXCERPTA EX CAlendario M. S. dicti cœnobij.

CAl. Ianuarij. Ipso die transitus S. Frodoberti.

6. Id. Ianuar. In territorio Tricassino, in Insula Germanica, festiuitas gloriosi con-

fessoris Christi Frodoberti, qui inter plurimas præcipuasque virtutes, tanta gratia simplicitatis enituit, vt ad infantilis innocentiæ puritatem, beatissima eius anima peruenire meruerit.

4. Cal. Febr. in territorio Trecassino, in loco qui dicitur Insula germanica S. Sauinæ virginis, quæ pro Christi amore laboriosissima peregrinatione suscepta, etiam virtutibus & miraculis gloriosa quieuit in pace.

7. Cal. Maij Trecas apud monasterium S. Frodoberti, natalis B. Exuperantiæ virginis.

17. Cal. Iunij. Trecas in loco qui dicitur Insula Germanica S. Fidoli presbyteri & confessoris.

12. Cal. Iun. Trecas in loco qui dicitur Insula Germanica natalis S. Maurelii monachi & confessoris.

3. Cal. Octob. Trecas S. Vrsionis monachi & confessoris.

17. Cal. Nouemb. Eodem die in monasterio Insulæ Germanicæ Translatio gloriosiss. confessoris Christi Frodoberti.

15. Cal. Ianu. In pago Trecassino natalis S. Flauiti confessoris.

SEQVVNTVR FRATERNITATES ET SOCIETATES *monasterij Cellæ, in quorum orationibus benefactores vtrimq; participant.*

S. Saluatoris in Ecclesia Trecensi.
S. Ecclesia monasterij Arremarensis.
E. monasterij Deruensis.
E. monasterii Molismensis.
S. Germani de pratis.
Reomensis.
Vizeliacensis.
S. Remigij Rhemensis.
S. Petri de Balmis.
Maioris monasterij.
S. Vincentij Laudunensis.
Cluniacensis.
S. Dionysii in Francia.
S. Benigni Diuionensis
S. Petri de Besua.
S. Michaëlis Tornodorensis.
De Nigella diœc. Trecens.
Caziaci.
De Cantumerula diœc. Trec.
S. Columbæ Senonens.
S. Petri viui Senonens.
S. Remigii Senonens.
S. Petri Resbacensis.
S. Pharaonis Meldensis.
Corbiacensis.

S. Petri Cathalaunenſ.
S. Quintini Beluacenſis.
S. Lupi Trecenſ.
S. Martini Trecenſ.
B. Mariæ de Pratéa ord. Carthuſ. prope Trecas.

Hic notæ finient, poſtquam addidero quod an. 1470. Die menſ. Aprilis 23. D. Ludouicus Raguier memerati cœnobij præfectus, capſam ligneam quæ adhuc extat in eccleſia eiuſdem cœnobii, variis exornatam picturis & imaginibus inſignitam, contexendam curauit, in quam ſacratiſſ. D. Froberti reliquias ſumma cum veneratione intulit. Aderant autem Fratres Petrus Andoillete S. Lupi & Nicolaus le Gros S Martini Trecenſis Abbates & frequens populus, qui vndique deuotionis igne ſuccenſus conuenerat, vt conſtat ex actis tunc confectis in eadem capſa concluſis, quorum mihi copia benigne facta eſt à religioſis eiuſdem cœnobii die 22. Menſ. Octob. anni nunc currentis. 1608.



SERMO BEATI PRVDENTII EPISCOPI TRECENSIS, DE VITA & morte gloriosæ virginis Mauræ.

Ex vetusto M. S. codice descriptus, qui plerisq; in locis ob characteres pæne exesos ægre legi potuit, & nunc primum in lucem editus opera N. CAMVZÆI *Tricassini.*



INstatis Chariſſimi filij oportune, importune, vt loco ſermonis quem diebus ſolemnibus vobis facere conſueui, de vita glorioſa, & morte pretioſa ſororis noſtræ Mauræ, non ſolum dicam quidquam, ſed & ſcriptum relinquam poſteris profuturum. Ad hoc enim frater eius Eutropius præpoſitus veſter, qui fuit ſpiritali affectione germanior, quam carnali, me ex parte veſtra & vir religioſiſſimus Leo Abbas vicinus noſter, qui eam cathechizauit & regenerauit ex aqua & Spiritu. S. ex parte Sanctorum monachorum ſollicitauit frequenter. Gaudeo in Domino de vberrimis veſtræ deuotionis manipulis, quibus non ſufficit quod virtutes Dei in illa proprijs oculis aſpexiſtis, niſi etiam pluries recitatas proprijs auribus hauriatis. Ad ipſarum

Ad ipſarum enim auditionem iteratam, in odorem vnguentorum ſuorum feruentius curritis, & exemplo domeſtico prouocati, rurſus laborem amplectentes, brauij fructum & honorem expectatis, quem iam prudens virgo adepta eſt, quæ accepto oleo & aptata lampade cum ſponſo ad peremnes nuptias eſt ingreſſa, de quibus modo noſtro cantemus interim dum viatores, vt ad eos recumbere valeamus comprehenſores, recepti vbi iuſti epulantur & exultant in conſpectu dei. Sedula in Chriſti & Eccleſiæ ſeruitio Sedulia vidua, beatæ mater puellæ, & præfatus Eutropius frater eius aſſerunt, nondum eam ætatis ſuæ annum 23. peregiſſe, cum calcatis carnalibus nuptijs, ad prædictas cæleſtes nuptias eſt admiſſa. Porro Marianus pater eius qui in Eccleſia Apoſtolorum ſepultus eſt paulo ante ipſam migrauit à ſeculo, quem ipſa filia ab ipſo carnaliter mundo genita, multo ſemine lachrymarum Deo ſtuduit ſpecialiter generare. Qui cum eſſet diues potens & nobilis iam ingreſſus erat latas ſeculi vias, ſed per Dei gratiam ad arctam viam quæ ducit ad vitam duce filia reuerſus eſt. Reuera tractabilis homo erat, & conſilijs acquieſcens, & qui nihil qualecunq; patri ſuo de ſalutari conuerſione Eutropij filij ſui credidit, de ſalute propria virgini Mauræ filiæ credere non negauit. Adduxit ad me fæmina virum, iuuencula ſenem, filia patrem, ouicula leonem: & ad pedes meos

procumbere faciens, admiranda cautela docuit, & de commissis medullitus conteri, & plenarie confiteri. Qui etiam de consilio meo & filiæ suæ quam optimam habui adiutricem, temporalibus abdicatis, & Ecclesiam Apostolorum hæredem constituit, & in ipsa tandem corpus proprium ex multa cordis deuotione sepeliri mandauit. Gratias tibi ago, Domine deus, qui talem nobis in tuo ministerio cooperatricem tibi complacuit concessisse: quæ sicut ignis qui comburit syluam, & sicut flamma comburens montes, prius proxima quæque, vt patet in patre & familia patris, & remota postea inflammauit igne, quem venisti mittere in terram, & vt ardeat voluisti. Nihil secum frater Eutropius, in conuersione sua de rebus paternis attulit, ea vnicæ sorori suæ, ea intentione habendas relinquens, vt ipsis mediantibus nobiliores subiret thalamos, & solemnius posset matrimonium celebrare. Mira res, Eutropius vt salua pace sua loquar, vale dicens seculo, de secularibus cogitabat, Maura vero remanens in seculo, secum de cælo tractabat, vnde fructum nunc reportat in respectione animarum sanctarum, non mortalem ex nuptijs, sed vitalem ex lacrymis, eius saporem gustans in cælis, cuius odorem olfecit in terris. Non doleas Eutropi fili mi, nec te in opibus derelictis, tuæ intentionis fructu frustratum causeris, reuera ipsis mediantibus, Maura soror tua nobiliores tha-

Ecclesia Apostolorum est Ecclesia Episcopalis Trecensis, quæ SS. Petro & Paulo dicata est.

lamos subijt, & solemnius connubium sortita est, de mammona iniquitatis, magnos amicos & sponsum potentem & diuitem in omnes qui inuocant eum & speciosum forma præ filijs hominum acquisiuit. Magnus amicus Princeps Apostolorum & clauiger regni cælorum, magnus S. Paulus electionis vas, quorum obsequijs in Trecassina Ecclesia, & se & sua pro parte non modica dedicauit. Quis oleum ad lampades ministrabat? Maura. Quis palas conferebat? Maura. Quis vestimenta sacerdotalia de proprio comparabat? Maura. Pretiosius habeo super aurum & topazium, collatum mihi lineum indumentum, quod proprijs manibus neuit composuit, dealbauit, & vt eo induerer inter sacra missarum solemnia humiliter postulauit. O virgo liberalis & benigna, hæc fecisti & tacui. Tacui nunquid semper tacebo? tempus tacendi & tempus loquendi, cum iam cum sponso gloriaris in cælo. Fateor virgo prudentissima iam continere non possum os meum. In vna re duo pretiosissima munera contulisti, qua donante non posset quicquam mihi esse, nisi pretiosum & maximum, qua tribuente omne datum est gratum, omne receptum acceptum, omne rarum est charum. Quid mihi? Plus animum pensabam quam manum, plus affectum, quam factũ, plus hilaritatem quam tristitiam. Gratias ago virgo gratiosa gratuitati tuæ quę tam præclarum habitum indigno contulisti,

Sed nunquid solum? Non vtique : donum geminasti & abundans abunde donasti. Ornatum dupliccm præbuisti, vnum corporalem, & alterum spiritualem, vnum exteriorem, & alterum interiorem, vnum patentem, alterum latentem, quem ad aperiendam diuinam & tuam clementiam, & miseri cordis mei duriciam, non iam latere volo sed patere, ficus eram arida, etiam merito non nisi incendium expectabam, arueram tanquam fœnum merito mittendum in clibanum, anima mea sicut terra sine aqua & ideo sterilis & infructuosa, quid expecto? quid miseriam meam manifestius non ostendo? Dominici corporis sacramentum cum raro deuotionis butyro tractabam, quando vestem contulit memoratam, sine lactucis agrestibus agnum edebam, sine pane lachrymarum ad panem accedebam angelorum. Quid plura? Ipsa fortis mulier quæsiuit non dico lanam sed linum, & operata est consilio manuum suarum, compleuitque diebus paucis opus suum quod fecerat, in quo facientis industria relucebat, & tandem Prudentio dedit Episcopo quem amabat. Non abscondam amplius Domine misericordiam tuam à consilio multo, narrabo altissima quæ fecisti magnalia per famulam tuam Mauram, nam receptum indumentum, statim illius antiquæ virgæ virtutem habuit, & aquam copiosam de me duriore quam petra produxit, quantæq; postea efficaciæ fuerit,

quotiens eo plures nostrum inter sacra missarum solemnia sunt induti, quod tam notum est & expertum, commemorare & displicet pro titillatione inanis gloriæ more fragilitatis humanæ, & placet pro Deo & Dei laude. Displicet quia timeo de amissione tanti thesauri, quem vident palam tot & tanti hostes inuisibiles reportari. Placet, quia per hoc intelligo Dei magnalia prædicari. Fælix es Sedulia quæ talem non tam mundo quam Deo sobolem genuisti, & quæ in terris nata est cum angustia tua, nunc in cælis nascitur cum lætitia tua & nostra, immo magis sua quam tua, vel nostra, quippe nostra semiplena est, nam flemus pariter & gaudemus. Gaudemus quidem quod talem habuimus, & ipsius æternis gaudijs congaudemus, flemus vero quod talem amisimus, quam totius honestatis, deuotionis & pudicicię exemplar & speculum habebamus, sua vero iam læticia plena est & perfecta, quia torrente cælestis voluptatis potata, gaudet de ijs quę euasit periculis atque pœnis, gaudet de ijs quæ inuenit præmijs, mansionibus & conciuibus suis. Iam ergo bona Sedulia fletus absterge, sicca lachrymas quæ de cælo vocem lapsam publice nobiscum in eius transitu audiuisti, veni (inquit) dilecta mea & ponam in te thronum meum, quia concupiuit Rex speciem tuam, dum enim inuocaret Dominum, Deus Deorum loquutus est & vocauit Mauram, vocans eam mani-

ecta voce ſonoque audibili, qui prius eam vocauerat inſpiratione mentali. Stabam ego ex vna parte grabati, & Leo Abbas ex altera, qui tunc ſubmiſſa voce more ſuo pſalmos Dauidicos ad caput B. Virginis ruminabat. Stabant etiam nobiſcum Mauricius, Eutropius leuita conſanguineus virginis, & multa turba fidelium circunfuſa. Tacebamus omnes te expectante Sedulia, quæ quandoque ſingultus & gemitus emittebas, cum repente præfatum organum inſonuit ineſtimabili & ineffabili ſuauitate, omnium aures & corda ſupra omnem modum humanum demulcens. Nec defuit curioſitas importuna, ſi quis forſitam eſſet intus vel extra, qui tam dulcifluam harmoniam effundere potuiſſet; verum veraciter deprehenſum eſt & odore & canore, quod tunc etiam deſcendit in iubilatione qui aſcendit Dominus in iubilatione, nec dedignatus eſt tanquam ſponſus Dominus procedens de thalamo ſuo, poſt viſa longa ſponſalia, ſponſæ venienti occurrere, & in eius occurſu cantica lætitiæ dignanter decantare, qui eam iam diſponebat traducere, & ſibi connubio ſtabili iungere, propriamque dicare. Noli iam ſocrus dei ergo effecta Sedulia amplius lamentari, quæ ipſum audiuiſti Dominum, in traductione filiæ gratulari. Sed cur iam ſermonem facio de egreſſu, qui pauca vel nulla adhuc de ingreſſu locutus ſum, aut progreſſu: quare iam finem teneo nondum capite apprehenſo,

Reuera pretiosum finem * occulta fide prospexi, sed te teste Sedulia, teque constanter asserente Eutropi, gloriosa ætatis suæ primordia intellexi. Portare quippe cœpit iugum Domini ab adolescentia, & mane manna recoligens, reuera summo mane in Dominicam vineam missa est operatrix. O bone Iesu, verum prorsus est, quod adolescentulæ dilexerunt te nimis, & in adolescentula Maura videmus completum, quod fuerat satis ante prædictum. Ab ineunte ætate quotidie à matutinis laudibus vsq, ad horam Sextam moram faciebat in Ecclesia Apostolorum, vbi sicut nostis tribus modis imago domini depingitur Saluatoris, nam repræsentatur tanquam puer sedens in gremio matris & tanquam magnus Dominus sedens in solio maiestatis, & tanquam Iuuenis pendens in patibulo crucis. Porro hanc B. Maura consuetudinem à tenera obseruauit ætate, vt quotidie totum prædictum non cessaret expendere, primo se toto corpore prosternens coram infante, secundo coram iuuene, tertio coram Rege, nec vnquam vlla necessitate potuit abstrahi, quin singulis diebus Dominum sub effigie triplici cerneret indefessa oculo corporali. Reuera tritum & verum est, vbi amor ibi oculus, synceroque & integro adolescentula dominum diligens affectu, quæ satiari non poterat ex aspectu. Iam aperire libet fratres charissimi, quod vsque modo clausum, quod hactenus occul-

* forte oculata.

taui : quia & de cętero damnosum tacere, & fructuosum arbitror reserare, tempusq; est vt exponam spontaneus quod ab ore suo extorseram importunus. Instabat dies vocationis suæ, & velox depositio tabernaculi sui, vnde cupiens ab ipsa tandem instructionem aliquam reperire testamenti, quæsiui ab ea & quęstionem pluries iteraui, cur coram supradicta dicti Saluatoris effigie, prosternebat se morose quotidie successiue. Denique multipliciter obsecrata, non sine multa difficultate respondit. Fœlix inquit Apostolorum Ecclesia, in qua frequenter audiui, & puerum in matris gremio vagientem, & iuuenem in cruce gementem, & Regem in solio terribiliter intonantem, sed mihi virgam auream amicabiliter donantem. Cumque statim ei nouam mouere inciperem de saluatoris nostri gemitu & vagitu quæstionem, manum meam, manu sua constringens, & per hoc linguam meam compescens hæc pauca subiunxit. Non naturæ, sed miraculis ascribendum est, si ad recolenda fidei nostræ mirifica sacramenta, & ea in mentibus fidelium roboranda lignum aridum, gemitum edidit aut vagitum. O quam fœlix filia nostra laboriosa, non fœcunditate filiorum, sed sanctorum operum. O mater tam solicita & circa plurima perturbata, Non solum enim Clericorum, sed monachorum necessitatibus subuenire curabat, quod Leo Abbas & sancta ipsius congregatio reco-

gnoſcunt, quibus de proprio cucullas & mapulas acquirebat, Gratiam & ſuffragia beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſolicita quæritabat in Eccleſia clericorum, & S. S martyrum Geruaſij & Prothaſij patrocinia ſtudioſius implorabat in monaſterio monachorum, quod licet apud mantiniacum circiter 4. milibus ab hac Tricaſſina ciuitate diſtat, qualibet tamen quarta & ſexta feria cauſa peregrinationis nudis pedibus & abſq; lineis, in arcto panis & aquæ ieiunio viſitabatur ab ipſa. Quantæ autem virtutis & efficaciæ ſit mapula quam Leoni Maura tribuit, claris indicijs proteſtantur & Melanus clericus & ſanctiſſimus monachus & Paulinus clericus, ipſius tactu à febribus liberati, Et quamuis hoc quidam manſueti Leonis meritis attribuant & aſcribant, potius tamen arbitror ſentiendum quod & ipſe Leo ſentit nobiſcum, vt illud in gloriam S. virginis conuertatur, quod ſponſus ſuus mirabiliter operatur, ne murenulas aureas ſibi præſumat alius vſurpare, quas in ſignum dilectionis & ornamentum decoris, dilectus dilectæ voluit preſentare. Nondum frater Maurici à memoria mea elapſum eſt quod te miniſtrante * occultata fide cognoui, Expleta namque matutina ſinopſi, innuiſti mihi vt Mauram aſpicerem arctius amplectentem & dulcius oſculantem altare vbi corpus B. Virginis Maſtidiæ requieſcit, ſed & hora Sexta à fratribus decantata, ad pedes eiuſdem al-

* ſorte oculata.

tatis lachrymarum suarum riuulum ostendisti, quo proprios oculos liniuisti, quæ linitio quantum tibi profuit, & gratia lachrymarum quam habes, & oculi macula quam modo non habes certis probant & irrefragabilibus argumentis. Ipse namque mirabilium agni & sponsæ suæ operum quoad vixeris, clarissimum, viuum & verum testimonium effectus es, nam laudes Christi & Mauræ & si lingua taceat, oculus tamen quocumque perrexeris prædicare non cessat. Scimus omnes Maurici leuita Charissime, quod parum sonoram vocem habeas, ita vt cum Sanctum Euangelium legis, ab ostio Ecclesiæ audiri vix possis, vnde ergo sonoritas illa fuit quæ die parasceues, aures Mauræ sed solius & longe positæ penetrauit, dicta siquidem die inter Sextam & nonam apud S. Auentini ecclesiam in suburbio ciuitatis ipsius, Sanctæ predicationis semina ego peccator miserrimus, talis qualis Episcopus, pro officij mei debito in cordibus audientium iaciebam, & pro modulo meo diuini sermonis hamo piscabar pisciculos, & si paucos & paruos. Aderat & Maura attente audiens, & sedens inter alios auditores, quæ nulla vnquam occasione, ab huiusmodi pia occupatione potuit reuocari, sed quia ex Deo erat, verba dei audiebat, ea in corde suo, quasi in libro conscribens, cumque pro temporis exigentia sermonem facerem de Dominicæ passionis sacramento, repente se erigens alijs le-

dentibus ſtetit ſupra pedes ſuos, & totam ſe ſigno viuificæ crucis muniuit. Cumque quæſiſſem ab ea, quid ei accidiſſet, & quare contra morem, cum alijs ſedentibus non ſederet, Vt erat ipſa verecundo vultu, & columbina ſimplicitate, reſpondit, eſt ne pater ſedendum, quando ſanctum legitur Euangelium? En Mauricius Leuita in Eccleſia Apoſtolorum dominicam cœpit legere paſſionem, ſi placet aſtantibus, omiſſis paululum alijs audiendam, Statimque ſi quid audirent à circunſtantibus inquiſiui, factoque ſilentio tota multitudo ſe nihil prorſus audire reſpondit, vnde diuinam intelligens in præclara virgine affuiſſe virtutem, lachrymis vbertim fluentibus, nequaquam potui quem inceperam complere ſermonem. Verum illicq propter infideles, magnalia dei certius probaturi, ad Apoſtolorum Eccleſiam properauimus vniuerſi, in cuius introitu facientes modicam ſtationem, vix tandem audire potuimus adhuc legentis Mauricii vocem tenuem & exilem. Tum finito Euangelio Dominicæ paſſionis, communiter offerentes domino gloriam & honorem, offerentes domino gloriam nomini eius, in templo eius omnes diximus gloriam, qui in ſanctis ſuis glorioſus eſt. Porro virgo Dei ad pedes meos tremebunda iacebat, aliis gaudentibus, ipſa flebat, pectus tundebat & quæ verbum ſalutis turbaſſet, ſe peccatricem, miſerrimam clamitabat. Paulo poſt illuxit dies vocatio-

nis prædictæ, dies cui magnum præerat luminare Mathæus videlicet Apostolus & euangelista, tunc cuius agebatur solemnitas gloriosa, Sed luminare minus adiunctum est ei Maura videlicet sponsa dei, placita prorsus & grata apostolo, quæ placet coram deo in lumine viuentium vt iam sint duæ oliuæ, & duo cādelabra lucentia ante Dominum, par turturum aut duo pulli columbarum. Habes enim tu Beate Mathæe Apostole potestatem, sororem circunducendi mulierem sicut frater Domini Iacobus & Cephas, & minus reuera censes esse thelonarium, quam sponsæ Christi paranymphum. Nec iam dedignaris inuocantem virginem in tuum ascisci consortium, qui te fuisse recolis publicanum, & reuera Mauræ diligis sanctitatem, qui peremnem Mauritaniæ prædicasti salutem, & erga candidam virginem dulciter mansuescis, qui æthiopes horridos nequaquam expauescis. Adueniente igitur memorata solemnitate, quam B. Mauræ vocationis suæ iocunditas duplicabat, nobis videntibus de lectulo infirmitatis suæ pro vt potuit caput erexit, & erectum in partes quatuor inclinauit, & cur hoc faceret à Leone familiariter requisita respondit, en lectulum meum quatuor fortes à 4. partibus ambiunt, cruentas bestias repellentes, Petrus videlicet atq; Paulus, Geruasius & Prothasius, quibus quo ad vixi deuotione, qua potui deseruiui, Statimque ad me conuersa subiunxit, Hoc ex-

tremum munus a te peto Prudenti pater Episcope, vt in eorum præsentia de manu tua eucharistiæ & vnctionis extremæ recipiam sacramenta, quod & factum est, statimque oratione Dominica inchoata, cum secundam petitionem implesset, qua dicitur adueniat regnum tuum, consummato supernæ vocationis iubilo fœliciter migrauit ad Dominum. Mox Mauriciana matrona soror Seduliæ, & duæ filiæ Maurицianæ, Damona & Theçia, cilicium de sancto corpore rapientes, in quatuor particulas diuiserunt, & sibi tribus retentis, quartam mihi quam pro magno thesauro custodio posuerunt, Corpusque de more lauantes aquam in lac conuersam, testimonium pudicitiæ virginalis, videndam meis oculis presentarunt, Quod Leoncius filius Damonæ dulcedine captus abunde degluriens, à febrili ardore sanatus est, tactuque sancti cilicii Thecia à macula quadam in facie quam à matris vtero contraxerat, & ob hoc viro displicebat liberata est. Ipsa etiam hora migrationis S. virginis, Veranus monachus, olfactus sensu diu ante prorsus amisso, eundem odorem suauitatis sensit in monasterio Leonis quem proximi sancto corpori sentiebant, quo condigne tradito sepulturæ, in loco vbi nunc à fidelibus honoratur, innumera miracula subsecuta sunt, ipso operante, qui viuit & regnat in omnia sæcula sæculorum, Amen.

NOTÆ IN VITAM S. MAVRÆ *virginis.*

VIua prudentiæ imago D. Prudentius huius concionis & homiliæ author, in episcoporum Tricassinorum tabulis, ordine recensetur 37. & natione Hispanus erat, vt in D. Frodoberti historia obseruatur, pontificiumq; munus obibat an. 850. Cui Leo 4. summus pontifex rescriptum misit, quo iubetur consecrare Arremarense cœnobium in diœcesi Tricassina constitutum, ac paulo ante, nempe sub Adalberto laudati Prudentii in episcopatu decessore exædificatum, quodquidem rescriptum in sacros annales suos retulit ecclesiasticæ historiæ columen lumenque Illust. Card. Barronius ad an. 855. nu. 19. ipsiusque rescripti prima verba sunt. Leo Episcopus seruus seruorum dei, Reuerendiss. & sanctiss. Prudentio Tricassinæ episcopo salutem & cæt. Hæc autem concio, res S. Mauræ præclare gestas, omni admiratione dignissimam sanctimoniam, pium vitæ institutum, nomina parentum rerum omnium copia circumfluentium, qui domicilium sibi in ciuitate Trecensi constituerant, præpro-

perum denique ac præcocem eius obitum, anno videlicet ætatis suæ 23. summatim succinctèq; complectitur. Verum in ea concione, præcipua notatione dignum illud videtur, trium nimirum imaginum mentionem fieri, quæ id temporis in ecclesia Trecensi Christi effigiem exhibentes, visebantur. Quarumquidem vnam Christum cruci suffixum referentem adhuc extare illamque esse quæ hodieque cernitur in sacello S. Saluatoris dictæ ecclesiæ quidam suspicantur, eò quod antiquissima sit & vetustissima, vt propius eam intuentibus facile ac liquido patet. Ideo & sacellum illud frequenti hominum concursu deuotionis ergo celebratur, & aliquot Trecensium episcoporum sepulchralibus monumentis ornatum est. Quibus addendum quod statis anni diebus, Canonici ipsius ecclesiæ, cum solemni ritu supplicationes habent, ante illud sacellum aliquandiu consistere, & antiphonas quasdam submisso genu crucifixum adorantes, concinere, pro more iam inde à multis annis habuerunt. Sed nec omittendum, quod de ipsa imagine scriptum legitur in libro actorum capitularium eiusdem ecclesiæ sub postrema die Iunii annii 1536. sic obiter loquente scriba.

Si vera fama est, Carolus magnus imperator, fundator fuit & dotator primus huius eccles. Audiui equidem à viris fide dignis, præfatum imperatorem consueuisse omnes statuas seu imagines

Crucifixi redemptoris nostri, non spinea sed corona aurea semper deornasse. Videreq; est crucifixum quem hic Saluatorem vulgo vocamus argenteis laminis obtectum, gestantem super caput coronam auream & nullo modo spineam. Per hoc vt coniectare licet assignare volens, quod sit, vt vere est Rex regum & Dominus dominantium.


Quibusquidem verbis imaginis forma expressa habetur, sed coniectura dotatæ à Carolo magno Trecensis ecclesiæ, nullo firmo fundamento nititur. At sufficiat hæc notasse de prędicta imagine, quæ minime reiicienda essent, nisi Tricassinum templum incendio conflagrasse ab eo tempore, quo è viuis excessit D. Prudentius litterarum monumentis consignatum esset, quod incendium accidit an. 1188. die 23. mensis Iulii, vt Hugo monachus Antissiod. in suo Chronico diligenter obseruauit. Quod autem ad oppidum attinet nomine Mantiniacum seu Mentuniacum de quo agitur in dicta concione, olim vulgari idiomate *Mantenay* dicebatur, nunc S. Leo ab incolis loci, prisco nomine relicto appellatur, & in episcopi Trecensis patrimonio & censu numeratur, duabusque tantum leucis ab vrbe Tricassina distat: in eoque cœnobium SS. Geruasio & Prothasio quondam consecratum erat, quod ante 600. annos funditus euersum & deletum fuisse, dicti incolæ ex constanti & veteri maiorum relatione narrare solent. Porro corpus prædictæ virginis Mauræ, honorifice conditum

Village de S. Lye.

ce conditum fuit in æde sacra pagi qui eiusdem memorabile nomen retinet & conseruat, & ad fluenta sequanæ situs est 500 tantum passibus à prædicta vrbe remotus. Nec vero illud tacite prætereundum, eius nempe tumulum, e regione primarij altaris in eadem æde etiamnum conspici, insuper ibidem esse thecam ligneam, in qua pars sanctarum præfatæ virginis reliquiarum inclusa asseruatur: reliquam vero partem, D. Martini Trecensis monasterium, vulgo in areis dictum, tanquam pretiosissimum pignus sibi traditum accuratissime custodit. Facta autem fuit hæc theca an. 1415. in eamque sanctissimi corporis ossa recondita, vt constat ex instrumento tunc temporis confecto, sequenti verborum serie contexto, in eadem theca pariter incluso.

IN nomine S. & indiuiduæ Trinit. &c. Nouerint vniuersi, quod an. Domini 1415. Indict. 8. Pontif. Sanctiss. in Christo patris ac D. nostri. D. Ioannis diuina prouidentia Papæ 23. anno sexto, mensis vero Iunii die vltima, quæ fuit dies dominica post festum B. Ioannis Baptistæ, Regnante illustriss. principe ac D. D. Carolo Dei gratia Francorum rege, Conciliòque generali pro reformatione vniuersalis ecclesiæ in ciuitate Constantiensi existente, In nostrû infrascriptorum videlicet. G. dicti de Ascenseriis clerici, & G. Baudeti publicorum apostolica & Imperiali auctoritate Notariorum præsentia &c. per parrochianos ecclesiæ parrochialis de S. Mauræ prope Trecas, membri monasterii S. Martini in areis

Trecens. ord. S. Augustini, cum solemnitate debita, delata fuit in choro dicti monasterii quædam vetus capsa, de quaquidem fuit per R. patrem, D. D. Stephanum Trecensem episcopum extracta certa & magna pars ossamentorum B. Mauræ virginis, & postmodum præmissis prius approbatis, in præsenti capsa per eumdem R. patrem benedictione præcedente, adhibitisque solemnitatibus in talibus fieri consuetis inclusa, In quorum præmissorum testimonium, &c. Præsentibus adhæc venerabili in Christo patre fratre ac Domino Lamberto haberti Abbate Ioanne de Campis &c. dicti monasterij Religiosis.



HISTORIA INVENTIONIS CORPORIS S. MASTIDIAE VIRGINIS,

cuius integrum corpus, in metropoli Ecclesia Tricassina summa veneratione custoditur.



Dmiranda Sanctorum gesta describere, summi profectus credimus esse: dissimiles enim mentes hominum, dissimilationes exigunt modulationum. Quibusdam ad instruendum mellita tantum patrum eloquentia sufficit, quibusdam vero etiam mirabilium per Sanctos gestorum relatio necessaria fit, quorum mores non repudiandos, sed pro modo suo quoque credimus esse tractandos. Vnde S. Mastidiæ deo dicatæ virginis literis mandare conamur actus, quos multis profuturos esse putamus, hæc namque virgo beata, quantis apud deum valeat meritis, se visitantibus, effectibus monstrat mirabilissimis: Sed eius vitam, quam ex præsentibus intelligimus virtutum copia fulsisse plenam, cum desit, aut præ incuria priorum non descriptam, aut aliquo modo credimus perijsse scriptam: Idcirco prætereuntes dubia referemus tantum ea, quæ nostris visibus fuerunt subiecta. Milo vir reuerendus, dum vrbis

Trecorum regeret præſulatum, monaſterium S. Petri principis Apoſtolorum parietibus induxit maioribus dilatandum, & ſenioris Eccleſiæ quoddam deſtruens altare, quod Corpus ſacroſanctum Maſtidię virginis ſciebat tegere, prius reperit tumulos præſulum meritis & nomine famoſorum: hinc perſcrutando altius terræ ſolum, inuenit tandem venerabilem prædictæ virginis ſarcophagum, in quo vnus ſupradictorum recondiderat tanti corporis theſaurum, & quaſi incubans ſeruabat defoſſum. Aperiens ergo thecam, inuenit ſancti corporis gemmam, purpura inuolutam, ita ſcilicet omni corpore integram, ac ſi die præcedenti eandem ſubijſſet ſpeluncam: quam cum ſummo numeroſi populi leuantes honore, ſupra quandam aram eiuſdem deponunt Eccleſiæ, vbi virgo comparatione difficilis, ſedem habuit diuerſorum annorum curriculis. Tandem vero maioris templi altaribus Deo dicatis, in parte Septemtrionali conſecratum eſt altare in honore B. Baptiſtæ Ioannis, iuxta quod cum magna innumerabilis populi honorificentia, virgo prudentiſſima locatur Maſtidia, vbi quanto virtutum fulgeat fulgore, nulli rethorum admodum explicabile, in tantum ſe iam extollit virtutum aceruus quotidie. Anno denique ab incarn. Dom. 1007. Cum gens Chriſticolarum dominicę Reſurrectionis potiretur gaudio, & Paſchalis feſti ſolemnitatem corde celebraret de-

notissimo, gaudia gaudijs accumulauit virgo beata nostris quæ talibus prodidit indicijs. Feria Sexta Paschalis hebdomadæ cum sol in terris iubar roseum fudisset ignicomus, & terras illustrasset radijs fulgentibus, quędam mulier cuius arida graui torpebat læua veterno à Ternodorensi venit pago, & vt oraculo didicerat, capsam virginis subijt, & palma qua vigebat pectus tundens, voces ad sydera lacrymosas mittere cœpit: Brachium namque eius humor deseruerat, digitisque omnibus in medio palmæ fixis, pugnus aridus pectori adhæserat, nec qualibet vi a pectore auelli poterat, hæc igitur longa trahens à pectore suspiria, Masthidiam ingeminat voce assidua: nec mora humor calori commixtus refouere cœpit artus, digitisque calentibus à pectore diuelli pugnus digitorumque se subrigere cœperunt artus, & pristinæ sanitati totus redditus est humerus. Hinc cum sol aureus se subueheret ad altiora, & eiusdem diei tertia iam incanduisset hora, more solito fratres ecclesiæ S. Petri suburbana S. Remigij adeunt templa missarum inibi celebraturi solemnia, vbi cum aliquandiu moras innecterent parentes cuiusdam infantis contigit, vt ab vrbe Senonica redeuntes Trecorum mœnia subirent, Puer vero qui iam videbatur triennis, præ infirmitate corporis non poterat imitari gressus hominis, sed magis videbatur repere more quadrupedis vel serpentis, ad cæli culmen

Virgil. 1. Georg.

Hæc Ecclesia S. Remigij, vrbe Tricassina postmodú aucta intra murorú illius ambitum fuit conclusa.

vix tantum erigere caput poterat, nam reliqua pars terræ inhærebat, longosque corpore tractus nitendo dabat, & vt serpens claudus vulnere se in sua menbra plicabat. Hunc itaque cum parentes ante S. Mastidiæ inferrent præsentiam, meritis virginis sanctæ mox sibi diuinam senserunt adesse clementiam, nam cunabula longa relinquens pusiolus nouellis plantis humum calcat rectus effectus, Stringitur insolidum quod fluxerat antea neruis, & miracula omnium astantium præbet ocellis. Interea pater quidam cum filio frontis lumine priuato, cum Clericis suburbanum adierat templum: clericorumque preueniens reditum, rediuiuo gressu sepedictæ virginis reuisit locum, mox solita vsus Domini clementia, impetrante virgine Sancta, cæcatam pueri frontem tenebrarum deseruerunt nubila fenestrasq; reseratas lucis adierunt crepuscula, quorum fama totius vrbis perlustrauit loca, clericorumque concitauit animum redeundi ad principis Apostolorum limina. His interim gestis, dies superuenit dominica quæ Octauis Paschæ habebatur prætitulata, cuius sub gallicinium cum iam lucifer desereret Oceanum, fratresque Ecclesiæ S. Petri partem celebrassent matutinarum, mulier quædam quæ eamdem noctem duxerat insomnem, tantam virginis in se sensit propitiationem, eius namque tibiæ coxis adheserant, popliteque curuo, sic se vtrcumque nerui compaginauerant, vt

verso vsu genibus non plantis terram calcaret, nec aliter quam manibus subnixa saltu terram superaret, alienis vectabatur vestigiis idest quibusdam, in eumdo innitebatur scabellis : hæc igitur perseuerans in orationibus, cum nocturnorum primus iam celebraretur tractus diuinæ pietatis sic sibi sensit adesse munus. Primitus caro à carne separari, neruorumque ruga in longum cœpit enodari, moxque miris pallens modis (& vt adhuc testatur) angustia inestimabilis percussa doloris, vocibusq; totum implet locum lachrymosis, quæ illuc confluere cogerent e diuersis diuersos locis, cunctisque videntibus capsam Sancti Corporis manibus arripuit proprijs, & quasi manu erigeretur S. Virginis, erecta adstitit artubus cunctis, Sic Dominicæ Resurrectionis hora, erectionis suæ mulier sensit dona. His ita peractis

Iam prima nouo spargebat lumine terras, Virgil.
Tithoni croceum linquens aurora cubile. Æneid.

Cum sic sæpe dictam virginem innouauit Dominus virtute. Quidam homo iam fere terdenis annis sub mœnibus habebatur vrbis, qui artubus omnibus dissolutis, virginis semper inhærebat ianuis, & ab ingredientibus templum se in sterquilinio torpentem, confoueri orabat eleémosynis; læua namq; eius vitali habebatur exhausta calore, & sic arida in modum arcus ad flexum flectebatur vlnæ : tota etiam pars sinistra corporis graui torpebat paralysi, & sensu priuata erat

omni, fluxosque per artus, languida dimissis pendebant vincula neruis: quin etiam crurium & tibiarum nerui in rugam habebantur collecti, nec terram signare poterat gressu quolibet leui. Hunc igitur vt cadauer iam pene sepeliendum bis bino ceruice referentes, quidam, vt poposcerat, sub S. virginis ponunt tumbam, tunc aliquantisper perseuerans in oratione flebili, extemplo donum medicinæ dei sensit adesse sibi. Primitus læuam quam & ariditate & curuatione diximus damnatam, graui & si percussus dolore cœpit erigere, hinc non longo interposito spatio, pars reliqua cœpit reuiuiscere longi cadauer temporis extinctos ad vitam erigit artus, & calle nouo progreditur persona vetus, motis frequenter gressibus pulsabat solum, hinc currens lætus laudat Dominum, talibus igitur miraculis accumulauit Dominus gaudia suæ resurrectionis. Nec lectorem obsecro fatua deterreat pagina quæ & si verborum horreat asperitate incomposita, tota tamen sensus mirabili nitet fragrantia, certi enim sumus rebus tantis nos magis honorem detrahere, quam magna magnis accumulare: sed interim cesset excusatio friuola, cum quæ sunt explicanda explicare tota non possit pagina. His transactis, eiusdem hebdomadæ tertia superueniente feria, quæ 17. Cal. Maij, eo anno fixit sedilia, cuius secundam cum iam vectis equis sol attingeret horam, mulier quædam

Tricaſſinorum orta in patria, a Senonarum partibus rediens, vrbis Trecorum adijt mœnia, & hæc ita auribus erat obturata, ſicque aurium eius conceptacula habebantur obſtruſa, vt nullius quamuis clariſſima haurire poſſet verba, Sed cum S. virginis veniret ante præſentiam, fortuitu ſacerdos quidam ad altare eius pſallebat miſſam, nec diu orationibus vacans lachrymoſis, ecce iam cæcas audire cœpit voces ſacerdotis, hinc auris diutiſſime ſurda, etiam tacitas cœpit haurire loquelas, ruptiſque penetralibus omnes patuerunt fores. In craſtinum autem mulier quædam cuius frontis feneſtras nox occupauerat cæca, ducatu filij ſui functa à VVauracenſium patria, S. Maſtidiæ venit viſere templa, vbi cum aliquandiu orationum funderet libamina, & diei ſecunda iam incanduiſſet hora, nocturna cœperunt recedere nubila, luce fugante perſpicua. Lux ingrediens noctis crepuſcula fecit diſcedere, atque diu clauſæ reſerantur ſub fronte feneſtræ. Die ſequenti cum ſol cœli contingeret centrum, ecce Dominus miraculo addidit miraculum: nam puerulus quidam gradiens curuus more quadrupedis, & tamen iam ferme ſeptemnis parentum latus vlnis ante ſepulchrum poſitus eſt Sacroſanctæ Virginis. Nam ab inguine inferius ita membris omnibus erat emortuus, vt quaſi cadauer ſemiuiuum tortuoſos redderet flexus, nec humanos imitaretur greſſus, ſed ſerpere vel repere, vt

ſerpens videbatur reptabundus: hic itaque ante egregiæ virginis depoſitus preſentiam, infundi ſibi diuinitus totius corporis mox ſenſit medicinam. Reuiſit obſcœna primum calor vitalis inguina, hincque labitur ad inferiora ſicque incolumis adſtat inferius: vt ante fuerat ſuperius. Vix dum pro talibus cantica conticuerant laudum, & ecce ſic Dominus ingeminat miraculum. Iuuenis vt puto annorum 15 vnus aderat adſtantium, cuius dexteram ariditas exhauſerat manum, nec tantummodo pugnus aruerat, ſed & digitorum ſummitas mediæ palmæ ſic adhæſerat, vt vnguibus carni infixis, pugno ſemper armatus eſſe videretur exſtantibus digitis. Hic vt prætulimus, cum pro dictis plauſus exaggeraret odarum, repente diuinitus recompenſationis inopinatæ percepit præmium, ariditas namque quæ ſic excoxerat dextram torpentem, vitali fugante calore fugam corripuit celerem, vngues ab artu diuelluntur noto, & erectionis diu optatæ digiti potiuntur dono, Sicque merito S. virginis ex immobili redditur manus mobilis, & ſibi donum ſenſit adeſſe, qui vixdum audebat ſperare. Summatim omnia tangendo percurrimus, quoniam huius itineris vt creditur finis haberetur nullus, & ſenſu ampliſſima adbreuiamus verbis, ne lectori faſtidium generet pagina fictilis, Nec tam noua credat quiſq; nos finxiſſe ſubdole quod non eſt, Chriſto loquimur teſte, Scimus enim

dolis apud insipientes esse locum, apud sapientes vero nil aliud esse quam ludum. Vix 7. ipsius hebdomadis superuenit feria, quæ à die paschæ habebatur quinta decima, tantarumque citati quidam fama virtutum à diuerso conuenientes, & regiæ virginis adeunt tumulum: inter quos commigrantes quidam Trecassinorum puellas duas, vt spero quinquennes adducunt secum, quarum vna vt parentum testatur auctoritas, male prægnantis delapsa ventre parentis in lucem sine luce ruit, ipsique prima dies primordia vitæ membrorum cum strage dedit: Altera etiam similiter luminis, & si non à natiuitate, diu tamen priuata erat munere, & tam se quam parentes inaudito transverberauerat dolore, quas parentes diligentes vnice, ante presentiam adducunt virginis almæ. Nec precibus diutinis aures pias onerarunt, cum subito hora tertia maximus ille dolor gelidos qui strinxerat artus, mensura fuit læticiæ: Nam lux indeficiens cælestia lumine complens, meritis placatus dilectissimæ virginis, incœptum suppleuit opus iure creantis, fenestras frontium diu clausas patefecit, & iubar ignotum adesse iussit, fulgent acies in vultibus claris, & instaurata suis micuerunt ora lucernis, Refutant ambæ parentum ducatus, seque clamant circumstantia claris penetrare visibus: Quæ voces dum parentum conceptæ sunt auribus præ læticia feriunt aurea sydera clamoribus, plausus læticiæ per

cuneos pleb s & patrum gem natur, & maxime in cordibus parentum augmentatur. Hinc non longo interposito spatio, aceruum superiorem tali accumulauit Dominus miraculo. Homo quidam iam quaterdenis Tullonensium scilicet partibus ex ortus, ita quadam parte corporis erat neruis contractus, ipsiusque virtute frustratus, vt alteri inniteretur totus, nam cruris & tibiæ nerui sic constrinxerant in rugam, vt tibia altera breuior nullo vestigio signare posset terram, hinc pedis columna sustentando vectabatur, illinc baculo innitebatur. Hæc igitur primitus audiens miracula satis noua, quæ per sanctos suos Dominus operabatur vrbe Senonica, nam eo tempore sublimi vt æquum erat efferebantur fama natiuos relinquens fines ipsius vrbis vtcumque potuit aggressus est mœnia, vbi cum aliquantisper moras innecteret, nec Domini qui per alios quippe hanc fieri prædestinauerat medicinam sentiret, fama virtutum incomparabilis compulsus virginis, eius presentiam adire studuit conatibus celerrimis. Nec mora cum diei partem in orationibus tenderet, & ab alto pectore suspiria trahens gemitum ingeminaret, hora nona se cœlitus respici cognouit, & cuius meritis fieret perpendit. Nam ante altare recubans prefatæ virginis, vitalem calorem in emortuis refundi sensit membris, cœpit neruorum mortificatio pelli, & in pristinam virtutem reduci, Sicque continuo

vigens omnibus apparuit membris, ac si nullius aliquando sensisset vestigia infirmitatis. His ita compositis, diem sequentem reduxit orbita solaris, Qua die quidam iuuenis ab ipsa pueritia debilis, a partibus veniens Lingonicis, tumulum adiit incomparabilis virginis, Is itaque parte sinistra corporis ita enectuatus, sicque præ paralysi neruorum complexione habebatur priuatus, vt nec aliqua mouendi quidem adesset virtus, & cum iam nox occumberet Oceano atrainuoluens terramque polumque vmbra magna, iamque placidum carpturirent fessa soporem corpora, ad gementes respexit Dominus alta suspiria, Nam cum vnà ilia longo gemitu tenderet, & Mastidiam crebris vocibus ingeminaret, precibus S. Virginis vt credimus placatus Dominus sanitatis ægro impertiuit munus. Redit peregrina virtus in menbra deserta, neruorum dissoluitur ruga, & nouo incessu noua signat vestigia, Sicq; ex illa hora omnes in eius corpore & nerui ac menbra solidata apparent, vt solutionis illius nulla vlterius signa remanerent.

NOTÆ IN PRÆDICTAM *Historiam.*

MIrum magnopere videri debet authorem qui ante 500 annos (vt vero simillimum est) historiam inuentionis corporis S. Mastidiæ contexuit, nihil quidquam nancisci potuisse, quod ad posteros de huius virginis vita & gestis transmitteret, quæ aliquot ante seculis & iam temporibus ipsis B. Mauræ circiter an. 840. vt in eius vita videre est præcipuo honore in Tricass. ecclesia colebatur, adeoque de ea nihil certi habetur, vt nec quo tempore inter viuos egerit liquido constet. Quæ certe iactura non leuis censenda est cuique curioso & melioris antiquitatis studioso, & facillime nos adducit vt credamus, huius regionis ecclesias, grauissimas ruinas & vastitates, siue incendio, siue alia clade sustinuisse, cum rei adeo sacrosanctæ memoria, temporum iniuria penitus interierit, perpetuumque de ea in his quæ extant monumentis sit silentium. Et idquidem nos acrius impulit memoratæ inuentionis historiam in publicum omnium conspectum pro ducere, ne ea, postera ætas fraudaretur.

Milo autem qui in dicta laudatur historia, Tricassinæ præsidebat ecclesiæ, & episcopalia gerebat insignia an. 980. quoquidem tempore, aut saltem non ita multo post prædictum sacrum corpus repertum est, & in maiorem hominum notitiam venit, quod non indiligens scriptor Robertus S. Mariani Antissiod. monachus in suo Chronico nuper mea opera in lucem ædito obseruauit. Qui Milo Trecensem ecclesiam restaurauit & dilatauit; quæ ideo in ipsa historia monasterium appellatur; quod adhuc id tẽporis canonici cum suo præsule tanquam monasticæ vitæ affectatores in commune iuxta veterem institutionem viuerent, sicut manifestius euadet ex fragmento & scheda vitæ D. Aderaldi; Manassis antistitis qui Miloni in episcopatu succreuit Archidiaconi; quam huc attexere libet ne temporum iniuria intercidat.

Venerabilis athleta Dei Aderaldus Trecis ciuitate gallia oriundus extitit, parentibus secundum seculi pompam inclytis & in Dei seruitute deuotissimis. Pater eius nobilium nobilißimus VValo est dictus, qui lingua Austrasiorum interpretatur bonus: mater eius non inferior genere, Odrada præsignata est nomine. Qui puerulus bonæ indolis, cunarum exemptus latibulis, litterarum instruendus traditur studijs: nec secularibus denique commendatur scolasticis, sed Deo deuote seruientibus monachis, a quibus vt ætas tunc tenera capiebat eruditus non modice, Sancta sedis Petri Trecorum non multo

post particeps efficitur præbendæ. His ita se habentibus, Vrbi Trecorum Manasses vir sanctus præfertur episcopus, qui virtutibus quæ decent episcopum abunde expolitus & anhelans cælestia, postpositis secularibus aurem accommodare cœpit viri sancti admonitionibus. Amat similis similem; conferebant amorem mutuum adinuicem; exercebantur colloquijs diuinis & instabant orationibus continuis: Huic etiam Præsul partem partitus est oneris sui; sublimans eum honore Archidiaconi, sicque alter æmulabatur alterum; vt in duobus crederes cor vnum, præueniebant se inuicem honore, & in Dei seruitio alter alteri satagebat præstare, & vt modo diximus, adhuc congregatio S. Petri Trecorum secularibus nimis erat dedita, nec his quæ canonicorum intenta, nec ex toto culpa imminebat eis vt pote qui egestate compulsi secularibus deseruiebant, nec vnde communiter viuerent habebant. Quæ videns Sanctus Dei Aderaldus prædictum Pontificem sæpe interpellabat super talibus: cuius crebræ persuasioni assensum præbens Episcopus, ad hæc corrigenda, totis intendit viribus: largitur eis iure perpetuo nonnulla quæ tenebat bona & bonis addit bona. Nec mirum vir Dei Aderaldus subjungit supplementum, tradens & ipse eis quod in prædijs vel in ecclesijs tenebat patrimonium, hisque constitutis cœnobitarum more viuere cœpit congregatio S. Petri Trecassinæ ciuitatis. Hactenus vetus scheda.

Prædicti canonici ad tempora vsque Philippi qui cathedram episcopalem Trecensem regendam suscepit an. 1082. regularem viuendi rationem arcte tenuerunt & obseruarunt

uarunt, quoquidem tempore secularem vitam denuo amplexi sunt, & decimarum quas antea coniunctim cum episcopo possidebant, ex æquo diuisionem fecerunt, & vt aliqua antiqui huius viuendi moris vestigia superessent, memoratus episcopus eiusque successores solemni epulo & conuiuio 4 celebrioribus & præcipuis anni festis videlicet Paschate Penthecoste Natiuitate Domini, & omnium Sanctorum omnes dictæ Ecclesiæ canonicos excipere obstricti remansere, cuius epuli loco hodie exigua pecunia capitulo ipsius Ecclesiæ ab episcopo penditur. Insuper in libro actorum capitularium ipsi⁹ ecclesiæ literis mandatum reperitur sub die 19 Nouemb. an. 1364 decretū quod sequitur. *Fuit ordinatum quod de cætero matutinæ, prout hactenus fuit consuetum, in media nocte cantabuntur*, quodquidem indicat & argumentum est hominum in conclusa septa constitutorum, alias enim non ita commode antelucanis officijs interesse potuissent, si claustra eorum mœnibus circumquaq; cincta non fuissent qualia hodie videntur, cuiq; etiam de nocte peruia & aperta: & hæc quidē in eorū gratiā qui in rerū antiquarū studiū curiosius incumbunt obseruare volui. Adnectendū vero his quæ dixim⁹ diem prædictæ Inuentionis Festū quot annis in Ecclesia Trecensi die 7 mensis Maij, frequenti tum ciuium tum eorum qui finitima vrbis loca inhabitant vndecumque confluentium cõcursu, eximio deuo-


Hoc epulū veteres Comestū appellabant.

tionis feruore celebrari, qui etiam in eadem Ecclesia totam noctem peruigilant, adeo vt plerique, assiduis orationibus, quam medicorum ope non poterant corporis sanitatem, intermedia virgine & conciliatrice obtineant. Nihilominus prædictæ Ecclesiæ capitulum iustis rationib⁹ inductum quæ in regestis dicti capituli sub die vlt. April an. 1522. recensentur, recteq; monente R. P. D. Guilelmo Parui tunc Trecensi Episcopo, interdixit ne huiusmodi peruigilia à populo vsurparentur, quæ tamen hodieque (adeo mos inualuit) à nonnullis retinētur, verum satius esse videretur curare, vt dicti Capituli interdicto obtemperaretur. Superest vt dicamus, thecam qua sacrum virginis corpus inclusum custoditur, olim argenteis laminis affabre & subtiliore artificio elaboratis, aurique cælatura insculptis extrinsecus obductam fuisse, vt in quibusdam eiusdem partibus adhuc prospicere est, quæquidem postulante me obnixiusque rogante à R. Trecens. Episcopo an. 1606. die 20. mensis Maij reserata fuit, dictumque corpus ex ea eductum super maius altare sæpedictæ Ecclesiæ summa cum veneratione collocatum, ac extemplo in capsam repositum est. Quia vero ipsum corpus integrum, recto inter se ordine connexis & compactis menbris, auulso tantum ab humeris capite repertum est, inde complures suspicandi ansam arripuerunt, memoratam virginem plexam capite marty-

rium ſubijſſe, quod tamen aſſeueranter dici non poteſt, cum nulla quæ fidem huic rei aſtruant argumenta ſuppetant præter leuiſſimas coniecturas ex pręfata hiſtoria petitas quę refert prędictum corpus repertum fuiſſe a memorato Milone inuolutum purpura, quod decreto Eutychiani Papę conſentaneum eſt, *qui conſtituit, Vt quicumque fidelium, martyrem ſepeliret, ſine Dalmatica aut collobio purpurato nullatenus ſepeliret.* Nec vero illud ſilentio inuoluendum, in dicta theca inuentam fuiſſe ſchedulam quę indicabat ipſam pariter apertam fuiſſe à Stephano de Giury Epiſcopo Trecenſi cui chirographo ſuo vna cum aliquot eiuſdem Eccleſiæ canonicis ſubſcripſerat, id autem contigit circiter an. 1410.



VITA S. AVENTINI CONFESSORIS.



TEmpus & conuersationem S. Auentini simplici sermone breuiter strictimq; edisseram, si eius intercessio & oratio apud Deum patrem obtineat, quod in pectus cordis nostri veniat: vt exilis ingenij angusta mediocritas, saltem tenuis ad modum frugis pariat, quod ad copiam fœcundi cespitis culminibus ingrauescat, aggrediar tamen facultate qua valeo. Fuit Aquitaniæ parte regionis Eituricæ vrbis oppidi indigena, parentibus mediocribus, Tricassinæ ciuitati proselytus adueniens. Audiuit autem vir apostolicus Camelianus episcopus famam nominis eius in operibus bonis, erat enim in eo mens humilis, castitas plena, sapientia multiplex, prudentia magna, charitas benigna. Derelicta huius seculi fallacia & vanitatis insania, iactauit in Domino cogitatum suum, in Dño cõfidens, transmigransq; fuit in mõte anima sua sicut passer, non timens mala quoniam Dominus cum eo erat, quemadmodum Spiritus Sanctus per Dauid prophetam ait: Et

de ſtercore extollens pauperem, vt collocet eúm cum principibus populi ſui, & ſolium gloriæ teneat, Idem quoq; in oratione, quotidie Eccleſiæ limina frequentabat. Specialiter vero intelligēs vir Apoſtolicus, & videns eum de cœleſti munere habere gratiam, commendauit tradens ei promptuaria ſua: ad quæ ille volens nolens addictus & valde conſtrictus, quod ordinatum fuerat cum gratiarum actione accipere oblatum non renuit. Dum hæc ageret & eadem tenere videretur, inde pauperibus viduis ac pupillis dapes copioſas erogabat, quantum exinde egentibus diſpenſabat, tantum amplius diuino imperio amplificabat. Cum autem eſſet in promptuario lagena bachi centenaria, de qua quotidianis diebus in domo eccleſiæ communi pariter hauriebant, idemque miniſtrabat & nullomodo vnquam minuebatur, ſed potius accreſcebat, vt habet curioſitas hominum occulta dei perſcrutari beneficia, prædictus vir Apoſtolicus volens cognoſcere quod ex Dei nutu fiebat: iuſſit mittere virgam palmæ vt ſciret quantum exinde potatum fuerat, & quantum ſupereſſet, at vbi alterius perſonæ manus acceſſit miniſtrare, continuo ceſſauit fons ille cuius erat miniſter, vt deniceps infra paucos dies exinanita lagena atque euacuata eſſet. Dum id geſtum eſſet quod ad ſtupefacienda corda hominum, vel ad magnitudinem gloriæ nominis eius adcreſcebat, dat ei S. Camelianus

licentiam properandi in partem quam ire vellet. Post hæc tugurium sibi ad fontem cuiusdam Ecclesiæ collocauit, in quo non multum temporis commoratus, sed paucis diebus ibidem habitauit, videns se crebrius à vulgi multitudine ac visitatione publicari cogitans intra arcana cordis sui, ne ad offensionem Dei veniret, aut implere non posset, quod voluntas animi spoponderat Deo, exinde remouit. se sponte sua & petijt insulam septem millibus fere ab vrbe Tricassium distantem quam alueus Sequanæ vel Osæ fluuius in modum coronæ circundant, & nihil aliud secum detulit, nisi panem, rastrum semen olerum, pauxillum salis, ordei granum milium vel panicium, vnde victum haberet, quærens locum vbi cellulam sibi exiguam manibus fecit lento vimine textam, in qua sibi latebram collocauit. Cum iam autem interuallo temporis ibidem degeret, ac solitam duceret vitam, ad leuiticum onus consecratur, donec ad sacerdotale ministerium ascendit, psalmorum scientia adprime eruditus, quam Spiritus S. in os eius infundebat, & sermonibus declarabat. Dominus denique perfectum & consummatum docet fieri, qui omnibus bonis suis venditis ac derelictis & in vsum pauperum distributis thesaurum sibi condit in cœlum, eum dicit posse Dominum sequi, & gloriam Dominicæ passionis imitari, qui expeditus & succinctus nullis laqueis rei militaris secularisque inuo-

lutus, sed solutus ac liber vt possit cum Deo in cœlesti sede habitare, sed nos in hac admonitione ad propositum reuertamur. Cum iam temporis spatio, in loco solitudinis quem sibi elegerat habitaret, & cœlestem in terra duceret vitam, cibus ei alter non erat, nisi panis hordeaceus permixtus oleribus ac radicibus herbarum, quem peractis triduanis diebus media iam hebdomada cum aqua in refectionem sumebat, indesinenter ad orationem in cinere & sacco iacebat. Vestimentum autem eius ad menbra corporis hyrsutum cilicium, tunica squalida, cingulum pelliceum, epydeten habens laneam, cucullam vetustam, calciamentum pedum eius cothurnum, lectulus vero vbi parumper requiescebat pelliculis cooperiebatur. Interea tempora sua edisseram vobis & historiæ eius primordia. Quodam intempestæ noctis silentio, venit ad speluncam Sancti viri fera terribilis vrsus de syluestri loco truculentus, ac veluti si raptis catulis in saltum abiret, speluncam quam vir sanctus inhabitabat irrumpere quærens, rugiens ac rabie furoris circumfremens: consternatus atque attonitus vir Sanctus, iam sibi discrimen mortis imminere ante oculos viderat, heu, heu exclamat ad Dominum viuum conditorem cœli & terræ, intrepidus recurrens ad arma præsidij, & ad carmina Dauid, Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre cor-

ruptionem:cumq; iam in oratione perseueraret, & iam albescente polo, aurora remoueret vmbram caliginis & tenebrarum, vir sanctus patefecit ostium cellulæ, & ingressa est iam dicta bestia ceu fessa ac mitis caput & aures in terram declinans, ad pedes Sancti viri accubans, eosque lambere cœpit, porrexit pedem priorem vulneribus læsum, vbi adhuc imminens ligni truncus, velut spina penetrauerat, atque ibidem hærebat. Perspicue vero vidit, quod sibi eam aufferri quęrebat, apprehendens itaque incunctanter vir beatus pedem saucium, eruit ab eo stipitem ligni, aquam cum summa diligentia exquirens, cum qua tepida emolliuit infirmitatem pedis, quæ intrinsecus induruerat, Feram benedixit, plagæ foramen liniens, & circundans ligamento pelliculam, vt ad sanitatem pristinam redire potuisset. At vbi vrsus percepit perfectum medicinam membrorum, continuo vastas repetens solitudines syluarum, postea nusquam comparuit. Post hoc miraculum cerua feralis antrum beati viri ingressa est, ne ab hominibus caperetur. Denique cum iter ageret, properans ad vrbem Tricassinam, vidit hominem super sonipedem sedentem, ac velociter currentem & post tergum eius dæmonem residentem, tunc ait ad comites suos: Ecce hominem video, quem diabolus intendit præcipitare, quem sequitur tempestas valida, fulgura & tonitrua, grandines vel pulueris

fumus vſque ad æthera volans. Eodem iam perituro prope, precati ſunt ſocij eius qui cum ipſo iter agebant, vt liberaret animam eius a laqueo mortis: vir ſanctus proſtrauit ſe in oratione, & illico aduerſarius ille dejectus eſt in terram, & poſtmodum nuſquam comparuit. Cæteraitaque miracula non prętermittamus. Quotieſcunq; extenderet manum ſuam per oſtium feneſtræ videntibus cunctis cum fracto micarum pane de quo ſolebat edere, veniebant volatilia cœli, & veſcebantur in manibus illius vſque ad ſatietatem, & poſtea reuertebantur. Præterea de angueillo vbi focus erat, qui in camino edidit fœtus: exinde eum illæſum atq; intactum dimiſit abire. Igitur interea beatus vir S. Auentinus, habebat ſecum monachum, qui ei aliquid pro conſolatione miniſtrabat, atque ſolatium cum magno ſtudio impendebat, hic ſæpius ad fluuium cum vaſculo progrediens ad capiendos piſciculos, illi viuos deferebat: Sanctus vir ille in fluuium eos reijciebat dicens, redite ad officium libertatis, vt viuere poſſitis. Quadam die dum per loca ſolitudinis deambularet, caſu cum pede contriuit anguem, at ille caput eleuans, morſu venenifero pedem Sancti viri voluit percutere, ſtatimq; ad reſpectum viri Dei, iam pene mortuus effectus eſt, Vir Sanctus pietate ductus inclinauit ſe ad orationem, & iam dictum anguem viuum & incolumen abire permiſit. Multæ inſuper virtutes ha-

bentur de eo, quæ in hoc opusculo non sunt comprehensæ, maligni siquidem spiritus in obsessis corporibus proclamabant, eius meritis cruciari. Iam sermo huius orationis finem postulat, quia antea dies quam oratio cessabit, non vt virtutes deficiant sed quia quæ incognita sunt, à nobis adnotari non possunt. In cuius honore vir S. Vincentius episcopus Basilicam subtus vrbem Tricassinam diligenter fundari præcepit, in qua simul coniuncto latere requiescit. Sic beatus vir obiit in pace, sub pridie Nonarum Februariarum, adiuuante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

NOTÆ IN VITAM S. AVENTINI Confessoris.



Vius historiæ contextum quamquam innumeris mendis scatentem, quia tamen cum plurimis exemplaribus collatus & cum eis plane consentire visus est, cogor quantumuis rudem & politioris limæ indigentem in publicum proferre, vt cupido quorumdam desiderio satisfiat, qui mecum iure conqueri

possunt, postremorum seculorum præfectos regimini ecclesiarum Trecens. diœcesis, acta huiusmodi historica ea integritate qua concinnata erant, cõseruanda & ad posteritatem transmittenda neglexisse. Vt autem ad ipsam historiam propius accedam, traditione quadam à maioribus ad minores velut datatim transfusa certum tenetur S. Auentinum anochoreticam & ab omni hominum consortio remotam vitam, in pago rusticano duabus leucis ab vrbe Tricassina dissito eius nomine insignito pie religioseque duxisse, postea vero sese in alium locum recepisse, in quo extructum sacellum seu ædicula quę vulgari vocabulo Capella Ozæ appellatur, & ad iura cœnobij Molismensis in diœcesi Lingonensi siti pertinet, nec à prædicta vrbe longius quam septem leucis remouetur, Ozæq; amnis modici confluente alluitur. D. autem autem Auentini memoria iam inde à temporibus Gregorij Turonensis episcopi valde conspicua erat quem hæc de ipso commemorantem audire par est lib. de glor. confess. cap. 68. sub hoc titulo.

S. Auentinus prope Verrerias.

Chappelle D'oze.

Riuiere D'oze ou Ozain.

De sancto Auentino ministro S. Lupi.

Huic antistiti famulabatur Auentinus quidam religiosus ad quem post huius obitum captiui fecere confugium quorum domino Auentinus precium obtulit: ille obligans se sacramento ait. Nunquam hæc nisi in pago meo sum accepturus Deditq; dexteram suam quod si illuc pecuniam transmitteret: iste

confestim captiuos à vinculo seruitutis absolueret. Transmisso itaq; precio oblitus dominus fidei suæ dum captiuos absoluere dissimulat ipse ligatur. Nam statim summitas digiti de manu quæ fidem fecerat, dolere grauiter cœpit. Deinde paulatim dolor adcrescens per manum brachiumq; totum extenditur: quid plura? Truncatum ad ipsam iuncturam cubiti brachium cum cecidit & hic spiritum exhalauit. Vxor vero eius post hæc voluit eos iterum ad seruitium reuocare: sed capitis dolore percussa virum secuta est & sic hi in ingenuitate perpetua absq; vllius scripturæ munitione manserunt.


Id vero non oscitanter aduertendum, & surda velut aure prætereundum, eumdem Gregorium, dictum S. Auentinum ad tempora D. Lupi præsulis Tricassini reuocare, cum nihilominus historia prædicta nude simpliciterque doceat eum à S. Cameliano eius successore accersitum fuisse, eiusque familiæ & domesticorum ordini circiter an. 500 adscriptum fuisse. Festus autem dies S. Auentini 4 die februarij solemni more & ritu celebratur, eiusque reliquiæ lignea capsula auro exterius bracteata in ecclesia S. Stephani Trecensis vna cum multis alijs reuerentissime custodiuntur, quod & mnemosynum quoddam ex ipsa capsula depromptum partem eorum quæ in eam recondita sunt complectens indicat hoc tenore.

Corpus S. Auentini confessoris, magnam partem corporis S. Altini martyris de discipulis Iesu Christi, magnam partem corporis S. Vrsi Episcopi

& confessoris, Reliquiæ S. Getulij Albanens. Episcopi, Brachium S. Iustiniani martyris, Reliquiæ SS. Maurorum translatæ de Ecclesia B. Gereonis in Colonia.

Delubrum vero D. Auentino à Vincentio Tricassin. Episcopo consecratum, nunc Tricassinorum murorum ambitu cingitur, hac enim parte vrbis pomœrium propagatum est, cum antiquitus vix vltra Episcopalem Ecclesiam mœnia porrigerentur, vt sequentibus litteris ex chartario dictæ Ecclesiæ S. Stephani desumptis, & huc in gratiam curiosorum relatis apertius patebit, illæ autem sic habent.

Herueus diuina permissione Trecens. Ecclesiæ minister humilis, omnibus &c, salutem. Nouerit vniuersitas vestra, quod cum pro Ecclesia B. Petri Trecensis dilatanda, extra muros ciuitatis fabrica eiusdem Ecclesiæ se protenderet, furnum quod dicebatur S. Mastidiæ antiquis muris contiguum, idem transtulimus in platea Christiani piscatoris per excambium nobis acquisitum. Concessimus igitur eidem Christiano & hæredibus suis quandam plateam ad nos spectantem sub aula nostra, super aquam quæ appellatur Meldanson sitam, in excambio sicut antea possidebat libere possidendam: ita tamen quod ipse Christianus & hæredes eius, de dicta platea Episcopo Trecensi annuatim 12 nummos reddent censuales, & ex parte Episcopi, reddentur pro platea excambiata 6. den. censuales annuatim Ecclesiæ B. Stephanj. Actum an. 1208. mense octob.



PASSIO S. BERCHARII ABBATIS

& martyris quæ celebratur 17. Cal. Nouembris.



Vm gloriosas virorum illustrium palmas, ac præmia meritorum, sancta per orbem & vniuersalis competentis obsequij sanctionibus solemniter persoluat passim mater Ecclesia catholica: nos quoque pro infructuosi ignauia silentij mulctandos fore arbitror, si gesta eius lateant, cuius specialiter apud nos & virtutum exuberat copia, & sanctæ institutionis refulgent incrementa, præcipue cum facta præcedentium, salutis sit materies ad memoriam relata posterorum. Actus igitur ac laborum certamina B. Bercharij abbatis & martyris gloriosi summatim perstringere cupientes, tanto difficilius hanc narrandi materiam sumimus, quanto ad explicandam huius operis magnitudinem nos impares esse sentimus, Sed non est illi difficile elinguem in verba resoluere, quem constat muta etiam elementa consonis vocibus solemniter prædicare. Ea itaque prosequi intendimus quæ vel ab ipso domestico san-

ctiſſimoque eius collegio notata claruerunt; vel poſteà diuino beneficio ipſius compenſata meritis, ætati noſtrę perferri potuerunt. Prioris monimenta temporis pagum aquitanicum ortus tradidere, ac generis fuiſſe exordium: parentes eius vita venerabiles & valde religioſi in vita ſua, exteriore affluentia rerum non mediocriter decorati, & quod longe eſt excellentius, quodam ſingularis innocentiæ ac inter ſuos fœlicium prouentuum priuilegio inſigniti, qui cum coniugalis pudicitiæ iura, fidei integritate ſeruarent, commodis temporalibus præcellentes diuinorum tamen operum pia intentione ſtudio perflagrantes, ſupernæ diſpoſitione clementiæ, tantam ac talem meruerunt ſobolem accipere, cuius inſtitutione & meritis in cæleſtibus caſtris niueas militantium innumerabilis multitudo bonorum fructuũ palmas perferret, & multiplex antiqui deceptoris verſutia ablatis fidelium animarum ſpolijs deperiret. Quod facile eſt deprchendere ſi quis altioribus abſtinens, hæc pauca in conſequentibus dignetur aduertere. Cui videlicet ex matris vtero cum diuina iamtunc ſanctificatione muneris in luce prodeunti, more aquitanico Bereum a parentibus inditum conſtat fuiſſe vocabulum, tanquã ab ipſo iam naſcendi exordio bonæ hæreditatis herum. Eo tempore francorum imperium rege Childerico fœliciſſime diſponente, viro quidem rebus bellicis potentiſſimo, circa

ecclesiarum autem Dei cultum deuotissimè B. Pontifex Niuardus sanctitatis ac religionis magnitudine toto Francorum orbe famosissimus, apostolica authoritate cœlestem in terris vitam agens Sanctæ Remorum præsidebat Ecclesiæ. Qui quia esset plenus authoritatis & gratiæ, cum peteretur quoq;, diuersas terrarum vel nationum tam pro vitę merito quam etiam doctrinæ affluentis eloquio partes inuisere fines aquitaniæ aliquando contigit expetisse atque ad illud vsq; prædium traditur peruenisse, in quo viri dei parentes videbantur propria statione resedisse. Nam inter cætera quæ ex dote supernæ dispensationis hic vir sanctus acceperat, non mediocribus quoque paternæ hæreditatis titulis a progenitoribus temporaliter etiam certum est floruisse: Quod videlicet si quis diligenter velit in promptu est agnoscere, ,cum pæne vsque ad hæc nostra tempora eius iuris villas & prædia tam vltra ligerim vbi Discias dicitur, quam etiam intra fines aquitaniæ cōstituta, hi qui sibi in monasterij sui regimine probantur successisse, per longa temporum curricula iure quieto visi sint possedisse. Sed incongruentium causa malorum partim negligentia torpentium, partim etiam crudeli peruersarum infestatione gentium, videntur amissa, quæ quondam monachorum fuerant vsibus attributa. Sed vt ad id quod cœpimus exequendum redeamus, cum prædictus pontifex sanctus, à viri dei parentibus

tibus debitæ venerationis liberalitate vt par erat officiosissime susceptus, cum quamdam futuræ habitudinis speciem miraretur in puero boni operis candidato, diuino instinctu sacris misterijs eum applicandum esse præcensuit. Hac itaque sanctissimi pontificis authoritate animati deuotissimi genitores, infra teneros annos exactæ infantiæ, temporis opportunitatem nacti, litteratoriæ professionis salutaribus disciplinis, mox mancipandum esse decernunt, in quo præeunte supernæ illustrationis munere, cum sacræ institutionis instantia spiritalium etiam donorum fulserunt incrementa. Qui scilicet non ociose passus illa de lucidissimo literarum fonte commercia sub ætatis teneræ crepundijs ardentius aggregare, quibus postea in virile robur assurgens, & sibi & alijs ad mensuram Dominicæ dispensationis potuisset prodesse. Ita iam tunc puerilis inconstantiæ motus quibus sæpe illa ætas labilis & fluxa resoluitur, rigore virtutis ingenitæ & moderaminis iusti componens honestate, vt præter hæc quibus addictus fuerat litterarum conamina, nil in se aliud residere pateretur, nisi forte dum aut opera pietatis ageret, aut certe prout natura concesserat sacris orationum exercitijs deuotius insudaret. Igitur dum puer sanctæ indolis tam scientia quam virtute animi coæuos suos breui præcederet, atque paulatim bonæ intentionis primordijs ad cœlestis miliciæ perfectius tyrocinium de-

greuisset intendere, supernæ vitæ æstuantis animi desiderio, cœpit altius aspirare, Terrenarum rerum contemptu sufficiens atque ea quę ad virtutum incrementa respiciunt perennis intuitu gloriæ totis nisibus attentans, æterna præ oculis indefessa constituere, peritura manentibus compensare, diuersis afflictionum generibus affectationum carnalium molimina coarctare, atque adolescentiæ gressus, diuini amoris virtute roborare. Spretis deinde propinquorum & patriæ retinaculis diligenter replicans, quia qui nouæ conuersationis rudimenta suscipiunt, tanquam peregrinos & aduenas non ciues suos mundus aspiciat, præfatum sanctissimum Niuardum Remorum pontificem flagrat ardore expetendi. Qui sicut diximus apostolicæ institutionis prærogatiua suffultus, nobilitatis honore clarissimus, varijs virtutum generibus adornatus; inter francorum proceres primus in aula regis, vita & conuersatione dignissimus. Fulgebat per id temporis ea ciuitas sanctorum stipata cohortibus, & licet inter militares alas sub principe suo Childerico, capiti tamen suo consona, diuini amore cultus vrbs populosa spirabat. Huius itaque tantæ opinionis gratia prouocatus fœlix adolescens Bercharius, ecclesiasticis sacramentis, fide, habitu & actu aptissimus, cum illo beato sene, cui iam pridem dictum à Domino fuerat, egredere de terra & de cognatione tua, & veni in terram

quam monſtrauero tibi, & faciam te creſcere in gentem magnam, fidem participan & meritum, cognationem relinquens & patriam, poſt longi laboris excurſum, fines ingreditur Franciæ, futurus cum ſancto Niuardo pontifice ciuis feliciſſimus, vt patulum eſt in ſequentibus deprehendere ſanctæ Remenſis Eccleſiæ, in augmentum videlicet operationis diuinæ quam Domini omnipotentia redemptoris, in lucrandis fidelium animarum quæſtibus per hos duos ſunergos feliciſſimos præordinauerat adimplere. Hic igitur beatus pontifex vt ſemper optauerat, tali ac tanto ſuppare adepto, quoniam ipſe exterioribus tractandæ reipublicæ fuerat negociis implicatus, regiæ diſpoſitionis conſiliis & actibus frequenter intereſſe pontificalis prouidentię pondus volens nolenſue cœleſti ordinatione perferre miniſterium ſibi iniunctum, tum publice tum priuatim increpando, arguendo, obſecrando, vt perfectus agricola ſedulus exercere, gaudio replebatur non modico, familiare potitus adiutore atque in diuinis operibus deuotiſſimo conſorte. Qua propter cupiens eum vndecunque perfectius erudiri, ſanctioribus ac religioſioribus diuinæ ſcientiæ viris, quos ſibi vndique collata familiaritate addiderat; copulandum eſſe conſtituit; vt videlicet plurimorum inſtituentium auctoritate diſceret, quod poſtmodum plurimis miniſtraret: inter quos tunc temporis in

regis Francorum aula præpollentis beatissimi Remagli procuratoris quidem sacri scrinij palatij prudentiæ & sanctitatis titulis commendata vbique excreuerat opinio veneranda: qui scilicet vir inclytus confessor postmodum Domini gloriosus multis signorum virtutibus approbatus, placidus cunctis, benignus vniuersis, in prosperitate modestus, in aduersis patientissimus, vita laudabilis, eloquio affabilis, sic temporalia cautus exibebat, vt æterna semper ab oculis non auerteret Huius talis ac tanti viri sacris institutionibus rore superni nectaris illustrādum, B. Bercharius, nutu prædicti pontificis se maluit pro tempore ire copulatum, vt in quo perfectam doctrinæ scientiam intellexerat, ipse quoque per hunc ætatis suæ ac morum imbecillitati consulens, non tam scientiæ quam sanctæ puritatis commercia reportaret. Interea cum beati viri iustus adolescens, per aliquod tempus magisterio frueretur, & cælestis pro viribus prælibasset haustum sapientiæ, Luxouiense monasterium accepto tulit expetere quoniam B. Columbani districtis commendata regulis, ad se perlata fuerat fama religionis. Erat enim eo tempore in cunctis Galliarum partibus hoc cœnobium, cum in multimodis rerum possessionibus, tum etiam diuinæ venerationis cultibus nomen singulare habens, quod illic & districtior institutio, & studium sapientiæ plenius haberetur: quem videlicet miræ spe-

Stationis locum idem beatus Columbanus pater in vasta vosagi eremo à fundamentis construxerat, inuentis antiquissimi operis ædificiis cum aquis natura feruentibus é terræ venis vltro prodeuntibus, vbi & ipse postmodum aggregato fidelium numero, 600 ferme monachorum rector extitit, longoq; tempore eidem monasterio nobilissime præfuit, multisque miraculorum signis in eodem loco claruit, donec Brunechildis regina impijssima, eo quod duos filios suos quos ex adulterino Theoderici nefādi regis filij videlicet regis Sigeberti coniugio susceperat, suo colloquio & benedictione indignos iudicasset, ab eo loco instinctu diabolico proturbauit. Qui non sine magno mœrore & luctu omnium recessurus inde, Eustasium virum æque sanctissimum dignitate generis & vita illustrissimum, quem ipse pago oriundum Lingonico à puero instituerat, eidem numeroso fratrum collegio rectorem præfecit. Inde Italiam expetens, Bobiense cœnobium non minus decenti opere statuit, in quo consummatus virtutibus, beato fine quieuit.

Sanctus vero Eustasius loco patris residens, non minimam monachorum multitudinem in Domini seruitute verbis & exemplis præmuniens, nominis & meriti magistri hæres extitit. Audita igitur fama tanti nominis, viri religiosi illuc vndecunque confluunt, se suosque liberos plurimi certatim imbuendos offerunt, illud ante omnia ducentes perma-

Reg. S. Ben. c. 58. ximum, si vel post longæuam probantis iniuriæ tolerantiam, quodammodo admitti mœreantur in congregationem. Iam vero quis locus vel ciuitas non gaudeat, ex beati viri disciplina rectorem habere pontificem vel abbatem, cum constet ex huius virtute magisterij, pæne totum Francorum orbem decretis regularibus fuisse primum decenter illustratum. Bercharius itaque famulus Christi ad altioris vitæ semper instituta conscendere desiderans, pontificis sui authoritate & gratia, celeri gressu ad locum hunc pro voto properat, præfati patris alacritate condignus approbatur, sanctæ monachorum cohorti, non tam corpore quam mente & actu sociatur. Susceptus autem in commune cum cæteris, aggressusque denuo tanquam athleta recentissimus militiæ gymnasium cœlestis, præteritorum immemor certaminum, & quasi qui virtutum in stemmate positus, ad perfectionem pugnæ nihil plene ante peregisset, cœpit rursus diuinis operibus spiritum cohercere, veluti eum cerneres monasticæ districtionis tunc primum rudimenta suscepisse, Seipso semper validior, & gratia supernæ illustrationis vitæ præcedentis qualitate iocundior. Iam vero stili non patitur opera, quanta in viro dei fuerit humilitas quanta virtus obedientiæ, quanta modestiæ grauitas, quanta charitas, quanta benignitas, quanta mansuetudo, quanta etiam patientiæ fortitudo. Obedientiæ sibi iniun-

-ctæ negotium ita iubentis percurrit imperio vt mentem in sublime dirigens, nec laudis humanæ compendia quæreret, & suæ præmium gloriæ, rei pereuntis pretio nullo compensaret. Studebat etiam aliorum consideratione seipsum despicere, & cum apud se cunctis iudicaretur inferior, in humilitatis tamen culmine certabat omnibus inueniri sublimior, mœstissimum reuoluens si quis in illo sancto collegio, aliqua fortia attrectaret, quæ ille fauente dei gratia segnius attigisset. Traditur siquidem per idem tempus, hunc in eo loco factum aliquando ministrum á caliculis in curam promptuarij rectoris nutu vicibus successisse. Cumque ille hanc officinam corporum dispensandam acciperet, quippe quem strenuum ad omnia, sancta obedientia fecerat quæ commissa fuerant prudenter inferebat. Quadam vero die dum talibus tenetur implicitus, iussu patris est subito vocatus, forte ille tunc promptuarium ingressus, ante vas steterat, & sudem quæ vulgo duciculum à potu scilicet educẽdo dicitur in manu tenens, cerealem amphoræ potũ infundebat, mirum dictu: Ad vni9 iussionis nutum audito Abbatis nomine, relictis quæ habebat præ manibus concitus cucurrit, oblitus ardore obedientiæ, & vasis obseruantiam & amphoræ cautelam. Cumq; vocatus adstaret ante Abbatis præsentiam, interim potus ille in vasculum non cessans defluere subter positum postquam ad superficiem vasis per-

uenerat, in modum columnæ superne constipatum in gyrum coronari cœpit. Vltro cerneres illud genus liquaminis quod vix claustris contineri valeat, vt quondam Dei transeunte populo absque littoribus Iordanis fluenta in sublime tolli, vt liquido patesceret quanta esset virtus obedientiæ, cuius fructus nullomodo possit in terram deperire. At vero ille non sine Abbatis admiratione reuersus, factum stupuit, quod prius potuisse à se fieri omnino non præsumpsit: tamen vir ille sanctus hoc quod acciderat non suo, sed totum Abbatis sui merito deputauit. Ita vero cum iam esset regularibus adprime disciplinis edoctus, diuinæ militiæ in vtramque partem armis præmunitus, vt videlicet per hæc que longo exercitio didicisset, in lucri dominici dispensationem iam plurimorum saluti consulere potuisset, in prouinciam Remorum ad S. Niuardum pontificem reuertitur, qui tam virtutibus quam rebus vt diximus supra gregis sui custodiam vigilans hostis insidias relidebat atque ecclesiasticam dignitatem profusis successibus ampliabat, Cuique olim voluentibus annis diuinæ inspirationis instinctu hic ardor sensibus inerat, vti in quolibet suæ diœcesis contubernio eo loci ad seruiendum Deo viuenti domum construeret, vbi rerum competentia aptiora diuinæ seruitutis commoda prætulisset. Illa erat in hac deliberatione morarum causa permaxima, quoniam

deesset persona voti ad id agendum socia, quæ & desiderium suppleret pontificis, & strenua in Dei rebus inueniretur instantia suscipiendæ tantæ collaborationis. Sed diu, in dubio suspensus animus nequaquam frustrari potuit spe iam pridem conceptæ intentionis. Bercharium itaque præripit, voto applicat, consultum præeligit, virum quidem in Dei rebus idoneum, religione præditum, animo efficacem, exteriorum experientia non minus agilem quam prudentem. Cumque per id temporis vrbs illa vt diximus, & multorum floreret ingenio, & in admiratione Reipublicæ, diuinorum operum insignis haberetur commercio, hunc tamen solum, hunc sibi asciscit præcipuum, cui consona authoritate & merito futuræ fabricæ curam deponeret, & sani dispositione consilii omni illi structuræ specialiter præficiendum decerneret. Prædium est publicum in pago Remensi octo milibus ab vrbe disparatum, cui videlicet quo præcedenti, Sparnacus nomen fuisse constat impositum, quod olim quidem tempore scilicet Clodouæi Francorum magni principis, quem B. Remigius Apostolica authoritate & præditus & probatus, doctrina & virtutibus magnificus, cum suo exercitu vt in gestis eius legitur angelico ministerio sacro crismate aquæ regenerantis illinierat, idem pater mirificus non modicæ quantitatis prætio acquisierat, ac Remensem Ecclesiam cui *Esperney.*

authore deo præsidebat, hæredem constitue-rat. Denique gloriosissimus dei Pontifex Niuardus pastoralis solertiæ condigne administrans officium, tum ad alia suæ diocesis loca inuisenda, tum quoque ad hunc sępe vicum egrediens, non tam propriæ causa agebat vtilitatis, quam cunctis se affabilem quoque exhibens, salutem subiectorum sedulus impendebat. Cumque dies ac noctes ædificandi cœnobium in aliquo prædiorum suorum quibus nobiliter temporali quoque emolumento pollebat, desiderij continuatione peruigiles duceret, assumpto suo illo vt sæpe solebat domestico B Berchario, causa extitit, qua præfatum vicum expetere pro more cogitaret. Huius processu itineris quo ad eundem vicum *maternę fluminis littoribus contiguum tenditur, quidam sui iuris locus erat gratissimus, qui paululum reducto sinu in montis latere amœnissimam herbis virentibus aquarumque riuulis exsublimi vertice leniter effluentibus, arboribusque ac vineis in decliui circumquaque constipatus, intuentium oculis oblectamenta præstabat. Sanctus igitur pontifex hoc iter aggressus, cum iam eas partes per cliuum montis attigisset, qua de contra illa loci gradientis visibus se amœnitas propius obiecisset, super equestre quo ferebatur vehiculum eo graui sopore deprimitur, vt omni protinus eundi facultate proscriptus, Semnistem suum B. Bercharium inclamaret, omnemque illum

ita scriptum erat, non Matronæ.

equestrem qui tunc forte se comitabatur ordinem, stare loco præciperet, & quibus ad soporem vrgeretur stimulis patentius indicaret. Ecce inquit irruente soporis immanitate, secus solito concutior. ita vt hinc gressú promouere, impotem me esse omnino considerem, procuretur ergo fessis artubus, inter hæc vireta amœnitas paululum diuertendi, vt redeuntibus per soporem viribus cœptum reddatur facultas iter peragendi. Inter late patentia nemora diffusis frondibns, virentibus folijs instanti rei grata fagus eligitur,

Hæc alias inter tantum caput extulit alnos,
Quantum lenta solent inter viburna cupreßi.

Huic itaque arbori ocius se subter inijciunt gratia quiescendi. Ita indiuidui sui comitis B. Bercharij solo decumbentis, festinans composito vertice gremio recipi, sternitur hic patulæ recubans sub tegmine fagi. Quid vero tunc miraculi cœlitus sit ostensum, stili duxi officio non improbe intimandum, vt supernæ illustrationis veritas ostenderet, qui essent quos syluarum densitas obtexisset. Interim pontificequiescente, sanctus vir Bercharius, in cœlum defixis luminibus, aspicit subito aere perserenum conspicuo columbam é sublimibus descendere, niueo fulgore radiantem, atque eidem cui substrati manserant arbori leniter insidentem. Cumq; in eam oculorum dirigeret aciem, diligenter explorare cupiens, quasnam in partes alés ille niueus declinare decerneret, repente a-

Vide Floard. in vita S. Niuardi.

ſarum ſoluto remigio, ab arbore cui inſede-
rat proſilit,& rumpens aera vacuum futuræ
ſpacium fabricæ circumuolans,locum in quo
cœnobium conſtrui debeat, gyro deſignat,
præſentia ſanctificat, expleto hoc luſtrami-
ne, rurſus nota recipitur arbore. Cumque
eoſdem ſui ambitus circulos cœli nuntius ad
futuræ rei firmitatis indicium tertio repetiſ-
ſet, patenti cœlo reconditur, & nihilomi-
nus hominibus in terra degentibus diuinæ
voluntatis præſagium aperitur, & nouæ ad-
mirationis veſtigium relinquitur. Intelligit
hic vir ſanctus puro vt erat animo ſignum
eſſe cœleſte, quo & dubitantium animi fir-
marentur, & diu dilatum opus in Dei ſerui-
tute fundaretur. O Beatum virum cui oſten-
ditur corporali intuitu angelicæ dignitas vi-
ſionis, in ſpecie columbę rutilantis,ad com-
prodandum teſtimonium innocentiæ,& pu-
ritatis. Aſt etiam in hac re illud quoque non
minus admirabile, quia quod iſte corporali-
bus deprehenderat oculis, hoc idem quieſ-
cens ſanctus pontifex ſenſerat ſopore cœ-
leſtis viſionis. Qui cum poſt aliquantulum
perceptæ quietis ſpatium ſomno excitus, ca-
put ab imis ſuperna reuelatione prædoctus
erigerét,ô inquit votorum meorum compar
fideliſſime, quam gratum mihi eſt huc pau-
lulum gratia ſoporis pro tempore diuertiſſe,
quem conſtat per Dei gratiam tantæ reuela-
tionis miſterium cœlitus agnouiſſe. Ecce
enim hinc iam lętus progredior, cœlorum

ſigna ſequor, quod diu differens corde geſtaueram mirandæ viſionis arcano maturius aggrediendum eſſe compellor: Sed ne longius res inopinate duxerit, quid viderim patenter expedio. Et prius præſentias hic eſſe domum Dei, vt fœliciſſimo quondam antiquo patriarchæ, & portam cœli mihi indigno Chriſti Domini famulo diuinitus oſtenſam. Nam mox ſummiſſis artubus, ſubito hic ſopore præreptus, cum vix in vtramlibet partem vis naturæ quieſcentem impelleret, videre mihi videor à ſupernis inſtar niuei candoris ſpeciem adeſſe columbæ, quæ poſt huius arboris ſeſſum, non incerta quo tenderet, locum hunc præpeti curſu volando præcingit, trinoque gyro æque peracto cœli cacumen tendit. Credo equidem hoc ſpei conceptæ proficuum à Deo portentum, vt quod erat voto ſuſceptum, iam cœlo præmonente ſit celerius exequendum. Sancto hæc pontifice perorante: me inquit B. Bercharius qui ſancto viro gremij ſui reclinatorium fecerat, quidquid pater ſanctiſſime cœleſti prodigio in viſione ſpiritus diuinitus tibi teſtaris illatum, manifeſta Dei virtute, noueris etiam corporaliter fuiſſe conſpicatum. His igitur alternis ita conſentientibus, altero quidem quod in ſomniis ſenſerat, altero vero quod oculis corporeis aſpexerat, res in proſpectum deducitur, locum illum angelica perluſtratione ſignatum, ad agendum diuinæ ſeruitutis obſequium mira

dispositione à Deo esse quam dignanter electum. Ita vero percepta tantæ reuelationis de cœlestibus simul & consolationis gratia certiores vtrique facti, & quod erat ambiguum loci designatione specialiter edocti, inde ambo consurgunt, ac sic oculos antistes beatissimus in cœlum dirigens, illum protinus tota cordis intentione collaudans, gratias egit in quem ab æterni patris secreto, Spiritus Sanctus corporali specie in columba descendit, ac fluenta iordanis sacri corporis tinctione in nostrorum ablutionem scelerum cœlo patente beauit. Præcedente itaque in conditionem æterni tabernaculi tanto ac tali auspicio, tibi inquit ad B. Bercharium præsul eximius tuæque industriæ hoc sanctũ opus dispono committere, vt quem prudentia & sanctitate perfectum esse non dubitem, principem quoq; in constructione cœlestis fabricæ te iure consciscam. Quod vir Domini ardens vt erat, totis affluens in Dominum visceribus cui inimica profecto omnis ignauia, amica vero indefessa laboris efficacitas, libenter suscipiens tanto amplectitur desiderio, quanta in eo superna gratia meritorum excreuerat magnitudo. Et quoniam seipsum iam ante Spiritus S. templum virtutis effecerat, ipse quoq; terrenæ molis pulchritudine templũ Domino oculis etiam spectabile fundare exoptabat, confisus videlicet vndiq; tam diuino quam S. Pontificis in cunctis auxilio. Nam & vniuersis sui tem-

poris Francorum Regibus, Epiſcopis quoq; ac Regię dignitatis proceribus tam gratum acceptabilemq; eum certum eſt extitiſſe, vt ſi quid in diuinis cultibus, ſeu etiam terrenæ commoditatis opportunitatibus cordi eſſet, ab eis facile obtineret. , quod in conſequentibus quoq; diligens lector ſuo loco patenter poterit inuenire; ſi ea quæ diuerſis temporibus regiæ maieſtatis ac Francorum principum munificentia ſibi conceſſa fuerint recenſere voluerit beneficia. Quorum videlicet fultus authoritate & gratia, iam maturius componendis fabricæ negotijs accingitur, copias ſumptuum præparat, & vniuerſa quæ tanto operi neceſſaria videbantur ſedulus operator aſſignat. Itaq; in ſupradicti prædio loci quod in decliui montis latere vt diximus ſitum, reducto profuſius ſinu pulcherrimam blandiens amœnitas planiciem reddat, atque in proſpectu ſuo ſubiacentia maternæ fluminis longe lateq; littora circumdeſpicit, mulcenti quadam viſionis voluptate compellat, ab antiquo altum villare nomen acceperat, angelicæ deſignationis, ſpacium vt cœlitus oſtenſum fuerat, murorũ ambitu iactis fundamentis complectitur, omneſq; illius parietes ædificij ad modum columbæ in aere permeantis ſuſpecta permenſione metatur. Nec ante diuini cultoris opera deſtitit, donec ſuperna annuente prouidentia, Childerici etiam regis Francorum ac ſacri antiſtitis opitulante clementia,

Haut vil-liers.

opus quod ad laudem dei susceperat optatã perfectione compleret. Ea vero arbor quæ quondam opulentissima fagus steterat,in qua columba cœlitus emissa pridem resederat, ac suo gyro situm monasterij volando expresserat,habita deliberatione succiditur, & collatis in commune omnium votis in loco cui affixa fuerat; aram in veneratione B. Petri apostolorum principis statuit. Ad consecrationem vero basilicæ cum Sancto Niuardo metropolitano pontifice, alij etiam Episcopi conueniunt, clerus omnis & numerosæ plebes vtriusq; sexus irruunt,proceres quoq; Francorum non minori voto concurrunt, & per beati viri Bercharij opus laudabile in Dei laudibus pari omnes magnitudine iocunditatis exultant. In australi vero eiusdem montis latere, aliam struxit vir sanctus ecclesiam, quam genitricis Dei & Domini nostri Iesu Christi semper virginis Mariæ nomine, decreuit honorandam. Septa etiam monasterij & vniuersas competentis ordinis officinas, ad sectandam vitæ regularis obseruantiam, prudentissime composuit, monasticæ conuersationis viros religiosos aggregauit, & cuncta quæ huic ordini commoda iudicabantur, diligenter impleuit. Copiosos vero prædiorum sumptus sanctissimus antistes; tam ea quæ sui iuris esse videbantur, quam quæ etiam Beato interueniente Berchario ab ipsis Francorum primoribus obtineri poterant, in necessarios

tios seruorum dei delegauit vsus, vt videlicet in eodem cœnobio, & merito & numero populus Deo seruiens, vtriusque laboribus augeretur. Hæc sunt igitur huius beati patris nostri Bercharij magnorum operum sancta principia, sed adhuc restant ad diuinæ obsequium maiestatis piorum laborum maiora certamina, quæ in hoc postmodum monstrabit opere rerum consequentia. Qui videlicet cum esset in spiritalis exercitij sublimitate perfectus, in diuinæ legis meditatione continuus temporalem tamen non auspicatus est gloriam, sed mentis puritate iugiter concupiuit æternam, nec leui felicitati inclinari nec inani voluit laude resolui. Iam vero consummata omni sacri illius templi structura, his duobus sanctissimis viris quanta fuerit immensitas exultationis, quam grata societas vnanimis affectionis, quantus diuinitatis amor, quantus vitæ cœlestis ardor, nec sermo capere nec lingua vllo modo vallet explicare. Ac vero cum his sanctorum operum studijs quam gloriose tenerentur inserti, sanctæ exhortationis gratiam per populos infundentes & ad æternitatis gloriam quaquaversum animos fidelium incitantes, cum iam superna clementia antistitis sui Niuardi, vitam laudabilem perpetuæ iocunditatis commercio compensare & pro labore breui palmam decreuisset permanentis rependere gloriæ, opere perfectus, virtutibus consummatus, adueniente Calend.

ſeptembrium die, mortis nexibus abſolutus migrauit ad Dominum beatæ immortalitatis ſtolam conſecutus, angelorum agminibus in illa cœleſtis curiæ dignitate conciuis factus, apoſtolorum particeps, martyrum & confeſſorum cohæres, illius inſatiabiliter aſpectu fruitur, cuius amor ab eius pectore nunquam receſſiſſe certum tenetur: qui licet pro lege carnis, debitum ſoluerit humanæ conditionis, viuit tamen in gloria perpetuæ exultationis, noſtris autem illuc procul dubio miſerijs præſtantius, ſi ex corde rogatus fuerit occurrere paratus, quanto nunc potentius illi ſummo atque inuiſibili ſpiritui cernitur eſſe coniunctus per virtutem vniuerſa ſcientis ipſe ſcius omnium ac exauditor effectus. Ad cuius exequias corporis, tota Remorum ciuitas ruit, clerus ac populus vtriuſque ſexus conuenit, ex vicinis etiam vrbibus multi adfuerunt tanti paſtoris exceſſum admixtis pio mœrori hymnorum ſolemnibus obſequijs aſſignantes. Cuius quidem corpus diuerſis populorum cateruis conſtipatum, vſq; ad baſilicam S. Remigij à S. Berchario nec non & ſanctis pontificibus qui ea die illuc confluxerant vniuerſa gregis ſui multitudine proſequente, condigno honore defertur ac excellenti mauſoleó condendum, decentiſſimam ibidem accepit ſepulturam, ſanctiſſimo viro Berchario in ſupradicto Altiuilari cœnobio glorioſo præſule ſuperſtite relicto. Qui licet tanti patris

fuerit solamine destitutus, nequaquam tamen a cœpti operis intentione desistens, subiectorum animos exemplis instruebat & verbis. Locum vero quem ædificare cœperat rebus ac vario decore collustrans, nihil substraxit industriæ, donec ad culmen proueheret perfectionis summæ. Spiritualium enim donorum perfusus rore, vitæ iam consertus angelicæ, ciuis cœlestis patriæ.

Dogmate iusticiæ, Christi refouebat ouile,
Constituens plebi cælestia templa fideli,
Nec minus in magnis flagrans resplenduit actis
Quæ gessere patres, fulti pietate priores,
Optima dans vitæ populis documenta beatæ.

Domini namque gratia præeunte, multis miraculorum signis in eo loco claruit, ac superuenientibus diuersarum incommoditatum casibus se opponens, multa cœlestis beneficii emolumenta populis impendebat, sanitates corporum, salutem animarum. Francorum quoque Regibus diuerso tempore sibi succedentibus, ac palatij opimatibus ita in cunctis erat affabilis, vt eorum vsus pro voto familiaritatibus, quæ intenderet citius obtineret, & in construendis seruorum Dei habitaculis, sumptus ei & copias, eorum largitas pleniter ministraret. Si quis his hæsitans forte manet incredulus, prædicti loci miretur mœnia, aspiciat ædificia, perlustret diligenter opera: patebit scire cupienti quanti fuerit meriti, per quem Dominus tanta ac talia dignatus sit operari. Re-

bus igitur tam exterioribus quam interioribus prædicti Altiuillarensis cœnobii secundum dei cultum honorifice ordinatis, iamdictus pater Bercharius corpore quietis impatiens, oportuna sibi loca lucrificandi gratia perquirebat, abinde namque egressus, Dei munere præcurrente, vastam saltus Dernensis solitudinem petere contendit. Quo in loco qua venerat intentionis non immemor aptum ædificandi cœnobii statum, in vigilando sollicite scrutabatur. Hæc igitur inter cogitandum, Dei gratia præduce contulit se adquandam matronam VValtildem nomine, quæ superbo nobilitata sanguine, plurimorum à proauis prædiorum affluentia lætabatur. A qua vir sanctus condicti precii dono, emit sibi partem syluæ eum scilicet locum qui dicitur vulgo mangisvillare, ibique cellulam ædificans, eamque B. Mariæ ad honorem consecrans puellarum cœtum Deo matrique seruiturarum prout posse fuit, diligentissime aggregauit. Nam viam publicam vulgo cantillam dictam expetens, precio à prætereuntibus suscepit captiuas puellas octo, quas in sancta religione edocens, Deo dicatas ibi manere constituit. Ex hoc igitur Christi adminiculante suffragio, excreuit numerus virginum ad vsque sexagenarii cumulum, quibus etiam prædictus pater, neptem supra scriptæ matronæ VValtildis solemniter abbatissam præfecit. His quoque rite peractis, secretiora saltus infatiga-

Salt' Deruensis Forest de Der.

biliter excutiens cognoscere, summopere gestiebat, sicubi oportuniora loca ædificandi cellulas reperisset, veniens in quendam locum Lutosas nomine cellam construendi aptum reputans nimia sollicitudine vota explere studebat, hoc igitur propriis viribus nullomodo dignum ducens aggredi, cuius erat hoc prædium potestatis adiit: eo siquidem tempore Childericus rex regnum Francorum nobilissime gubernans, libentissime sancti viri petitionibus acquiescebat. Hunc ergo pater eximius adiit atque sibi ad bona vota consortibus viris dei amore feruentibus Leodegario & Mumuleno Episcopis, Amalrico quoque & Vulfaudo optimatibus impetrauit à Rege licentiam ædificandi sibi in eodem loco basilicam quam B. Martini in honore consecratam prædictus Rex Childericus circumquaque ab ecclesia syluæ leugua vna benigne donauit. Beatus vero Bercharius neq; his contentus cellulam sibi iuxta locum qui dicitur Puteolus, ea in parte quenunc monasteriolum dicitur ad honorem B. Mauricii condidit, sperans aptum se monasterium ædificandi locũ reperisse. Verum cum hoc etiam sibi habile nõ videretur, super fluuium vigeræ quandam ecclesiam S. Sulpicii honori dicauit. Neq; ibi etiam statũ cœnobii aptum fore ducens, mente peruigili vt sapiens architectus, cum qui petentibus se adesse comprobat dare votis congrua loca poscebat. Quodam igitur tempore,

Lutosa Gallice Louze

Vigera Riuiere de Voyre.

cum iam diuina clementia vlterius famulantis animum per diuersa distahi nolet, præcurrentibus ind ciis locum votis congruum iri repertum dedit, nam adyta syluæ perlustrans, casu quendam ad locum deuenit, vbi pastores subulcos reperit, quos blande allocutus aureique illos numismatis munere donans poposcit ostendi sibi quæ habiliora aliquando syluas circumeundo ad habitandum loca peruidissent, dicens sibi animum esse vti congruo habitandi loco extirpando syluas cœnobitarum tabernacula designaret. Se quidem diuersa tentasse, sed nullo penitus loco commanendi habitacula fida inuenisse. At illi præmio accepto, talibus ainmi votis sancto viro respcndent. Nos quidem cum fides teneat firma, munerati tuis ad vota processibus parere decreuimus, locumque habitandi habilem pro nostro scire ostendere parati sumus, nam persæpe inibi suillos greges iam desparati inuenimus, nec seductos aliorsum spes est requirere porcos cum illum semper absque aliquo ductore perditi sues expetant locum, ad est quoque ibi Domine pater quædam non ignoti miraculi fagus subter quam luminaria sæpe cum accensa absque hominum accessu viderimus, diuini aliquid fore suspicamur. Nunc inquit B. Bercharius ocius præite, tanti presagii loca significate, meque consequentem iam iamque diu suspensum animo quietiorem reddendo, tanta curarum mole absoluite.

His dictis prædictus pater ad locum properat, fidem dictorum excepturus, nec inaniter ferens teſtimonium paſtorum diuinitus credidit factum eſſe miraculum, & a Deo ſibi locum oſtenſum, qui non pateretur ſeruum ſuum diuerſis intentum, proprio labore fruſtrari. Nam qui eo cœtum bonorum executione operum pollentem adunandum prænouerat, digne tali præſagio initia operum beati viri præſignauit: qui locus duobus integris miliarijs à præfato loco qui dicitur puteolus diſparatur. Ibi ergo B. Bercharius multo labore ſyluis radicitus efutis, cœnobii ædificandi ſtatum præélegit. Exinde ad palatium progreditur Regis ſuper hoc negotio clementiæ ſupplicaturus. Auxiliantibus vero ſibi per diuinam gratiam ex cuius deſiderio iſta agebat, S. Leodegario Epiſcopo & Almarico maiore domus, Fulcoaldo quoque & Vulfaudo Niuardo etiam & Azelano epiſcopis impetrauit ſibi dari à rege ſyluam ex ſuo fiſco qui vocatur Vuaſſiacus in circuitu præfati loci, ſicut ex authoritate regia tenetur exterminatum, vnde ſumptus habere valeret ac prædia ad cœnobium conſtituendum. Cum etiam Deo diſponente ad plurima ſibi rex libentiſſime faueret ad hoc vſque proceſſit vt aulam ſibi decenti ornatu vt regiam decebat maieſtatem in loco qui dicitur puteolus fabricatam vbi cauſa venandi crebro aduentare conſueuerat dono ei concederet, vnde ipſe domnus Bercha-

Vuaßiacus vernacule Vaßy, locus in Gallia ſatis notus.

Puteolus Puyſie.

rius ecclesiam Deo in honore sanctorum apostolorum Petri & Pauli consecrandam construxit, quam ex prefato loco puteolum apellauit. Sanctus vero vir quando supra memoratas puellas emit simul cum ipsis precio suscepit viros octo captiuos quos in sancta religione edocens, primos in eodem loco monachos constituit. Multi vero sanctam conuersationem illius ac religiositatem admirantes, per ipsius exhortationem Deo fauente qui neminem vult perire, relinquentes omnia quæ in seculo habere videbantur, sub monastica norma & sub doctrina sancti ipsius patris Deo se mancipauerunt. Ipse ergo aquam ad ipsum cœnobium de longe perduxit, officinas ad omnia necessaria parauit, habitacula quoque puellarum ordinate disponens, hierosolymam adijt, sacrasque plurimum reliquias impetrauit, tabulasque eburneas optimas secum deportauit, sicque Romam multoties adiens, plurimorum sanctorum reliquias detulit, & honorifice cum episcopis in prefatis locis conseruandas condidit, in quibus locis suffragantibus illorum sanctorum meritis quorum reliquiæ ibi delatæ sunt, præstante Christo, vberiora fidelibus populis beneficia largiuntur. Tantis igitur laborum certaminibus in huius mundi stadio pro vitæ cœlestis brauio transcursis, cum iam Dominus operarium suum digna donare mercede disponeret, resolutionis corporeæ imminens tempus, ante dedit ag-

noſcere Nam iam paſchali inſtante ſolemnitate, feria quinta qua cœna Domini habebatur, gregis ſibi commiſſi pater ſollicitus monaſterium puellarum deuote adijt pro more fidelium præcepta Domini expleturus. Inter igitur multa exhortationum verba, & conſolationum affamina, hoc quoque eis prædixit, quod de reſolutione proprij corporis diuinitus ſibi notificatum manebat. Scitote filiolæ ſuperna inſtante vocatione, me in hoc vlterius corpore manere nullomodo poſſe, nec mœreatis quaſi paſtorem ablatum, cum vos æterno cuſtodi regique ſponſatas, certa cordis deuotione teneatis fixum. Nullo igitur corporeo ex me adiutorio amplius ſuſtentandas, cœleſti rectori vt proprias commendo filias. Ad harum ergo conſolationum affamina, cum vehementi vlulatu erumpentes in lachrymas, pater ſanctus dolorem verbis exhortationum mitigans, valedicens eis, & benedicens abſceſſit. Cum pſalmis autem & hymnis peractis omnibus, ad cœnobium redeundi iter aggreditur, eadem monachis, pauperibus & peregrinis facturus. Inter ordinandum igitur plurima, forte accidit, vt filiolum ſuum quem de ſacro fonte ſuſceptum monachum eſſe ſtatuerat, Daguinum nomine, exigentibus culpis ſuis, verbere increpationis vt moris eſt feriendum decerneret, nam hic vt poſtea claruit, peſſimus & flagitioſus fronte polita ſub ouina pelle, rapacis contegebat geſta-

mina bellux. Itaque ex merito suæ iniquitatis, Diabolo cum Iuda proditore traditus indigne ferens doctrinalia patris obiurgamina, intumescente mascula sub pectore bili, contendit insanus sanctum virum tradere neci. Denique cum beatus pater diurno anxietatis labore non modice fessus, vna cum fratribus lectulo reclinatus membra sopori dedisset, quia odium incurrit qui arguit criminosos, idem filius sathanæ armis impietatis armatus, postquam eum fessum soporatum credidit, irruens in eum mortali vulnere attentauit, nam cultello illum rabidus ferijt, & patris sanguine, manus proprias impudens filius maculauit. Arreptum vero Daguinus quo sanctum percusserat ferrum, reatus sui conscius in piscinam quæ intra claustra monasterij tunc temporis habebatur quam citissime potuit velut occultandum deiecit. Videres tunc laticem velut tanti sceleris cognitorem, ferrum in se receptare expauescere, nam mox vt aquam tetigit, velut leuissimæ pluma materiei, super aquas mirabiliter natauit, ipse autem homicida amens factus, ecclesiam petijt, cruentisque manibus signum pulsare cœpit. Fratres vero vt audierunt signum inconsueta hora, cum magna admiratione surgentes, & sanctum virum interfectum audientes, ad lectum illius cucurrerunt, sed adhuc anxietate nutantem in eo spiritum repererunt. Comprehensum igitur prædictum Daguinum, fratres

ſancto viro obtulerunt, ſcire cupientes quid de admiſſo tanto ſcelere, ſeueritas clementiæ eius iudicaret, denique ſanctus pater verborum Domini non immemor, quibus patri pro perſecutoribus ſupplicauit, dicens, pater ignoſce illis quia neſciunt quid faciunt clementer remiſit illi, quam in ſe exercuerat culpam. Deum tibi frater inquiens pœnitentialiter placabilem fieri ſtudeto, nam quantum ad me attinet omni te liberum impietate remitto. Romam ergo fili progredere, vt te hoc ſcelere immunem exhibeat, qui ligandi ſoluendique poteſtate ſuſcepta, diuerſis morborum generibus ſubuenit corporis vmbra. Egreſſus igitur Daguinus, ex præcepto beati viri Romam petijt, vnde poſtea non eſt reuerſus. Beatus vero Bercharius diutiſſime angore vulneris morbidus, tandem carne ſolutus, cœleſtis vitæ gaudia exultanti ſpiritu fœlix petiuit. Ad tanti quoque viri obitum viris vndecunque religioſis confluentibus, ſepultus eſt quodam loco extra cœnobium, multis inibi Deo donante, miraculorum pollens effectibus Sed cum iam Dominus vlterius ſanctum ſuum occultare nollet, expræfato cultelli miraculo cæteriſq; ad tumulum ſancti viri oſtenſis, ſeruis dei viſum eſt inde corpus beati patris debere trāſferri, ac illi inde tranſlatum tumulauerunt retro altare in baſilica. SS. apoſtolorum Petri & Pauli quam ipſe viuens ædificauerat, vbi ſuffragantibus eius meritis multa tribu-

untur dona populis, ex cuius ſepulchro longo poſt tempore, oleum pullulans in vas ad hoc paratum viſum eſt defluxiſſe, cunctis morbo obſeſſis nimium ſalubre. Huius igitur, quia peccatorum pondere prægrauati ſumma operum aſſequi proprijs viribus nequaquam præſumimus, eius qui dixit, ſine me nihil poteſtis facere imploremus auxilium gratiæ, quatenus qui merito peccatorum deprimimur, dextera virtutis ſuæ ſubleuemur, qui cum patre & Spiritu.S. viuit & gloriatur in ſecula ſeculorum. Amen.

NOTÆ IN HISTORIAM *S. Bercharij.*

NOn temere & perperam rerum S. Bercharij geſtarum hiſtoriam in publicum emiſi, quæ publico hactenus prohibita fuit, nec ante hunc diem, lucem diemq; vidit. Deruenſe autem cœnobium vernacule *Monſtierender* dictũ licet in Cathalaunenſi diœceſi ſit coſtitutum finitimum tamen & conterminum eſt diœceſi Tricaſſinæ, in qua primum ipſe D. Bercharius complura ſacraria ſiue ædiculas excitandas extruendaſque procurauit, nempe eccleſiam S. Martini de Lutoſis, qui pagus ad iuxta

dicti cœnobij pertinet, sacellum S. Mauricij quod ad anachoreticam mandram spectat: monasterium Sanctimonialium 700 ab hinc annis funditus dirutum & euersum, in quodam loco cui tunc nomen erat Mangisuillare, & deinceps puellare monasterium appellatum, nostrates gallico idiomate, *Pellemonstuer* nuncupant: quiquidem duo vici, vnam non amplius leucam à prædicto cœnobio subducti sunt, tandemque idem cœnobium extruxit in deruensi sylua, à qua nomen sortitum est, nunc oppido non exiguo insigne, cui & primam originem, & suam appellationem indidit. In illo autem loco vbi situm est præfatum cœnobium, columbam quercui seu fago insidentem idem S. Bercharius prius conspicatus erat, super cuius stipitem excisum etiamnumhodie Deiparæ virginis imago collocata est in ipsi⁹ sacello, quod in auersa & posteriori ecclesiæ memorati cœnobij parte extat, cuius ecclesiæ structuram tunc auspicabatur, cum lethali confossus vulnere concidit. Illius autem columbæ spectaculum à sodalibus & symystis dicti monasterij memoratur, à dicta tamen historia prorsus abest, quæ tantummodo narrat, ardentes & longe lateque lucem spargentes faces non procul ab ea arbore colluxisse, quod tanquam ibidem condendi cœnobii diuinitus aliquod immissum augurium agnouit lubens & accepit, augustumq; esse & Deo gratum eumdem locum, inde

ominatus eſt. Ideoque Tricaſſini Antiſtites, cum huius vicinitatis & proximitatis gratia, tum vt in D. Bercharii meritorum ſocietatem & communionem admitterentur, ampliſſimis & copioſiſſimis donis ſæpedictum cœnobium locupletarunt, auxerunt, amplificarunt, cui rei fidem aſtruent tituli, qui paulo poſt proferentur: ingenti etiam Chriſtianiſſimorum regum fauore & benignitate, bono ſuo fato vſum eſt, iam inde ab ipſis D. Bercharii temporibus, & deinceps. Verum operæpretium videtur, prædictæ monaſterii inſtitutionis tempus præciſe indicare, quod ad maiorem fidem obtinendam, expeditius fieri non continget, quam ſi conceſſæ à Childerico inuictiſſimo Rege in eum finem litteræ, ſub lectorum oculos ſubijciantur quas ex eiuſdem monaſterii chartario, hac ſerie & verborum formula conceptas elicui.

PRIVILEGIVM A CHILderico Rege S Berchario datum.

Celſitudo regalis clementiæ, religioſorum virorum petitionibus ſemper debet annuere, maxime gerentibus ſtudium curæ eccleſiaſticæ, quatinus diuinum cultum exhibentibus benigno affectu, ſubueniat & opem ſuæ deuotionis impendat, vt eorum oratio apud Domini clementiam nobis ſuccurrat, & pro pace & ſtabilitate regni noſtri iugiter

interueniat. Qua propter ad notitiam cunctorum peruenire iubemus, quoniam adijt serenitatem nostram venerandus ac religiosus Abbas Bercharius, supplicans vt concederemus ei quendam locum in foreste deruo, & in fine Vuasiacinse, in quo sibi liceret construere monasterium, & vt daremus sumptus ac prædia, per quæ ea quæ competerent monasterio vel locis cellarum compleret, & monachorum congregationem ibidem aptaret. Placuit igitur reuerentiæ nostræ summi viri supplicatio, & quæ postulauerat, concessimus illi. Qui monasterium construens supra fluuium vigore in honore BB. Petri & Pauli vel cæterorum SS. petijt altitudinem nostram, vt pro rei totius firmitate, integram emmunitatem circa ipsum monasterium contraderemus. Nos igitur cœlesti beneficio promoti, consensu episcoporum & optimatum nostrorum, precibus tanti viri aurem accommodantes, iubemus vt de omni facultate ipsius monasterij, tam quod ego ipse ibidem delegaui, quam etiam quod à reliquis Christianis hominibus noscitur esse condonatum, quodq; ad præsens in quibuslibet locis, territorijs, & ex eius hæreditate vel studio, tam vltra ligerim in Herla scilicet & saturiaco vel domno fronte cum appendicijs suis, quam etiam citra ligerim possidere videntur, seu quod ibi dem adhuc inantea in Dei nomine à cristianis hominibus iuste & rationabiliter fuerit additum ve condonatum pro quiete ipsius regni nostri integram emmunitatem, pro reuerentia ipsius sancti loci concedimus, vt nullus iudex publicus quolibet modo iudiciaria accinctus potestate in curtes ipsius monasterij vbicumque ad præsens eorum maneat possessio vel

dominatio, aut quod inantea vt diximus fuerit additum vel condonatum nec ad causas audiendum, nec fideiussores tollendum, nec freda exigendũ, nec mansiones faciendum nec rotaticum infra vrbes, vel in mercatis extorquendum nec vllas paratas aut quaslibet redibutiones exactare præsumatur, sed in omni facultate ipsius monasterij, vt præfatum est in omnibus locis & territorijs vbi aliquid possidere videntur absque interdictu iudicum, remotis & resecatis omnibus petitionibus de partibus fisci, vsque super ripam fluuioli magnentis, progrediente in directum termino ad locum qui vallis profunda nuncupatur sub emmunitatis nomine inconcusse, tam nostris quam futuris temporibus valeant dominari vel possidere, quo fiat vt & nos de præstito beneficio ad mercedem pertineat, & ipsos seruos Dei in ipso monasterio consistentes melius delectet, pro stabilitatate regni nostri adtentius Domini misericordiam deprecari, & vt hæc emmunitas firmior habeatur, & per tempora conseruetur, manus nostræ ac fidelium nostrorum tam episcoporum quam optimatum subscriptionibus subter eam decreuimus corroborari.

Signum Reoli episcopi
S. Leodegarij episcopi
S. Attelani episcopi

S. Vulfaudi maioris domus.
S. Almarici.

Erat an. 670. *Data 4. Non. Iulij, an. 3. regni eius Childerici Regis Actum compendio palatio.*

Sed vt claro summoque loco D. ipse Bercharius ortus erat, copiosissimisque opibus (quemmadmodum testatur quæ de eius vita & gestis litterarum monumentis consignata

si historia)

est historia) exuberabat, sic eis non parca sed liberali & munifica manu vsus: dictum enim cœnobium grandi & vbere reditu adauxit, complura prædia & latifundia, quæ hæreditario iure à parentibus acceperat eidem assignans & impertiens, vt liquido constat ex litteris ad id traditis, in quibus plurima fortasse, vt & in subsequentibus corrupta & deprauata vocabula occurrent, nihilominus, ex memorato chartario syncere & candida fide excerptæ, & huc adiectæ sunt, ne temporum contumelia eas posteris præriperet.

EPISTOLA S. BERCHARII qua concedit cœnobio Deruensi plures villas vltra ligerim de propria hæreditate sua.

EGo Bercharius in Christi nomine Abbas. Illu in Dei nomine potest ad animæ nostræ remedi um pertinere cum ad loca Sanctorum, aliquid v luntate bona fuerit condonatum, & idcirco p hanc epistolam donationis, ad monasterium cuis vocabulum est Puteolus supra fluuium vigeræ que proprio labore, donatione & adiutorio regum ædificauimus, dono ibidem à die presenti hæreditatem nostram in villa Diseio vltra ligerim supra fluuium Crete cum appendicijs suis hoc est quicquid visus sum habere in Cauannas, in Sauiniaco, in Balgiaco, in

*Britello, in Musciaco, in Bißiaco, in Crisceio, in Caßiniaco, in Abloniaco, ibi habetur capella in honore S. Aniani, in grauisio, in Laminiaco; in Nubileio, in lusceio, in sacron; in Virgiolo, in Sorgenio, in Vergenio, in Aliaco, in montiniaco; in Cartal & ferZiaco, quæ omnia superius nominata nobis ex successione paterna atque materna legibus obuenit, tam terris quam domibus, ædificijs mancipijs ibidem commanentibus, quæ in præsenti tempore tenere videmur totum ad integrum, ita vt hæc omnia superius intimata ad iam dictum monasterium volo esse in * dominicatum, vt ibidem in perpetuo proficiat in augmentum, & monachi qui ibidem deseruiunt die noctuque pro peccatis meis & regum & totius populi deprecari debeant, & si quis (quod fieri non credimus) de hæredibus vel prohæredibus nostris contra hanc epistolam donationis insurgere conatus fuerit, in primis vita propria careat, atque eum stirpe sua captiuus ...... & sic vt Sodoma & Gomorrha in præsenti seculo percussa est, similiter percutiatur potestas & habitatio ipsius ...... Actum Remis ciuitate sub Die 3. Cal. Septemb. Præsente Domno & glorioso Childerico Rege an. 4. regni eius.*

* Forte en domaine.

Signum Niuardi Archiepiscopi
S. Leodegarij episcopi Augustidunensis
S. Mummolení epis. Nouiomensis
S. Hermari Abbatis
S. Hilduini Abbatis
S. Bercharij Abbatis qui hanc cartam Donationē fieri iußit.

Qui post laudatum Childericum, imperij

Gallici gubernacula administrarunt, eamdem quam ipse munificentiam & largitatem erga cœnobium illud exercuerunt, ac præ cæteris Clodoueus & Pipinus maior palatij, plurima priuilegia in eius gratiam & fauorem à Bertoendo episcopo Catalaunensi obtinuerunt, quæ in eius litteris in prædictum chartarium insertis plenissime continentur apertissimeque declarantur: Datæ vero sunt Rhemis mens. febru. die 15. an. 2. gloriosi D. nostri Clodouei regis, quarum præcipuæ clausulæ in compendium redactæ & contractæ in indice titulorum dicti chartarii continentur in hæc verba. *An. 695.*

Priuilegium datum à Bertoendo episcopo Cathalaunensi ad rogatum claræ memoriæ Clodouæi Regis & Pipini maioris domus regiæ, in quo idem episcopus dat nobis electionem Abbatis & Abbatissæ, tam in nostro quam in puellari monasterio, qui etiam prius dedit nobis in villa nostra & aliis circumuicinis omnimodam iurisdictionem nihil sibi retinens præterquam benedictionem, Abbatis & Abbatissa, confectionem crismatis, collationem ordinum & pœnitentiales.

Qvatvor Trecensium Episcoporum diplomata, in fauorem dicti cœnobii Deruensis expedita, primum pro duobus altaribus Diœcesis Trecensis, scilicet S. Mariæ de Summauera & de Braux.

Ego in Dei nomine Gualo Sanctæ Trecaßinæ Ecclesiæ præsul, Omnibus S. Dei Ecclesiæ fidelibus tam præsentibus quam etiam & futuris notum esse volumus, quia Adso, ex monasterio B. Petri vbi corpus requiescit S. Berchary, venerabilis abbas, & cæteri monachi ibidem Deo seruientes, venerunt ad nos obsecrantes similiter mansuetudinem nostram vt duarum Ecclesiarum altaria quæ sunt sita in Comitatu Brionense, vnum scilicet in villa quæ dicitur Summauera, alterum vero supra fluuium Brah. in honore S. Mariæ sacratum eis perpetualiter concedere dignaremur. Quorum petitionibus adsensum præbuimus, & supranominata altaria, eis perpetualiter pro remedio animæ meæ atque Episcoporum antecessorum & successorum nostrorum concessimus, atque hoc priuilegium inde fieri iußimus. Ita vt Deo præsidente nostris & futuris temporibus ea secundum Dei & SS. eius honorificentiam poßideant regant atq; gubernent, salua tamen ordinatione Episcopali, & post nostræ mortis finem, anniuersarium nostrum celebrent diem. Sacerdotes vero qui in illis Ecclesiis seruire videbuntur ad nostram veniant Synodum & synodalia non negligant soluere seruitia,

Si quis autem successor noster tactu inuidiæ inflammatus, hoc opus pietatis & misericordiæ, quod à nobis constitutum est destruere voluerit sit alienus à Christo, & resurgens in iudicio, duplici contritione corporis conteratur & animæ. Et vt hoc Priuilegium omni tempore firmum & stabile parmaneat, manu propria subterfirmauimus. Actum Trecis Ciuitate publice sub die 8. Id. Septemb. An. 17. Regnante Domno nostro Lothario Rege. *An. 972.*

DE 3. ALTARIBVS, DE Laderniaci corte, Dodiniaca corte, & Requiniaca corte.

EGo in Dei nomine Manasses S.. Augustæ Trecorum Ecclesiæ præsul, Notum esse volumus omnibus S. Dei ecclesiæ fidelibus qualiter Adso Abbas Deruensis monasterij adijt clementiam nostram deprecans, vt concederemus iam dicto loco tria alteria, videlicet de Laderciaca Corte, de Dominica Corte, & de Requiniaca Corte, Cuius petitioni libenter annuentes concessimus ipsi loco hæc eadem altaria, vt habeat atque possideat, ea scilicet ratione vt exinde vicarios nobis proferat qui animas fideliter custodiant, Et si ipsi vicarij vita discesserint, alij iterum proferantur, salua tamen ordinatione Episcopali, Vt autem eum nullus inquietare præsumat, & hoc nostræ authoritatis Priuilegium stabile permaneat, manibus proprijs firmare curauimus. Actum Trecorum Ciuitate publice sub die 5. april. Anno 4. Regnante Domno nostro Hugone Rege. Manasses humilis Trecorum Episcopus Hadricus Archiclauus,

Laderniaca Cors Lassicourt.

Dodiniaca Cors nunc Crestoste.

Requiniaca Cors S. Leger lez Briené.

An. 991.

Adroldus indignus Archidiaconus.

EXEMPLAR CONCESSIONIS Ecclesiæ de Sigiffonte.

EGo in Dei nomine Frotmundus Sancta Augustæ Trecorum Ecclesiæ præsul, Notum esse volumus, Omnibus Christi fidelibus scilicet tam futuris quam præsentibus, Nos propter nostrorum magnitudinem criminum diluendam Abbati & fratribus SS. Apostolorum Petri & Pauli Deruensis monasterij vbi requiescit S. Martyr Berchariús & S Theodosia virgo quoddam dedisse altare. Scimus enim proculdubio minuenda crimina nostra, si seruorum Dei multiplicemus stipendia, quibus freti, Domini sagatius frequentent seruitia. Damus itaque eis & in æternum datum volumus, altare in honore S. Remigij sacratum de cappella quæ est sita in Pago Pertensi iuxta fluuium Vigere prope monasterium iamdictum. Verum ea ratione vt tam tempore vitæ nostræ quam post solutionem carnis nostræ, pro nobis ad Dominum preces dignentur fundere. Sicque prædictum altare ab omni seruitio teneant liberum excepto pontificali censu videlicet quatuor denar. in festiuitate S. Remigij, nullusque successorum meorum hoc violare præsumat donum, pro remedio salutis nostræ Dei fidelibus collatum. Actum Trecorum Ciuitate publice sub Die 7. Id. April. Regnante Roberto Rege.

Cēsus pontificalis.

PRO ECCLESIA DE Puellari monasterio.

IN nomine S. & Indiuiduæ Trinitatis patris & filij & Spiritus. S. Ego humilis Frotmondus Augustæ Trecorum Pontifex vt ipse disposuit magnus & omnipotens Rex, Præsentibus & futuris notum esse cupimus quod Venerabilis Abba Bruno ex SS. Apostolorum Petri & Pauli Sanctiq́; Berchari martyris monasterio ad nos venit supplicans mansuetudini nostræ, vt cuidam altari quod est in villa quæ dicitur puellare monasterium largiremur libertatem, Est autem illud altare in honore. S. & perpetuæ virginis Dei Genitricis Mariæ vbi quondam plurimorum extiterat congregatio virginum, in quorum loco Monachos sub iugo Abbatis predicti loci ordinandos esse constituit, Et idcirco maxime libertatem poscit vt ibidem seruientes Deo, nulla turbare poßit inquietudo. Huius ergo petitionem quia Deo placitam esse credidimus, suscipere dignum duximus & quod petijt, cum fidelium nostrorum clericorum & laicorum consensu libenter conceßimus, ipsamq́; Ecclesiam cum altari ab omni consuetudine vel redibitione, liberam esse reddidimus, salua tamen ordinatione pontificalj, eo tenore vt vnoquoq́; anno in SS. omnium festiuitate persoluant 2. solid. mihi successoribusq́; meis. Actum Trecorum Ciuitate publice pridie Cal. Maij, regnante Henrico Francorum Rege.

Idem monasterium, Regis Caroli calui

non mediocri largitate donatum eſt, ſicut ipſe ſuis reſcriptis teſtatum reliquit quorum exemplaria referam, vt & beneficus eius animus, & calidus pietatis ac religionis in ſacras ædes, & diuinis officijs deſtinatas deuotaſq; affectus innoteſcat. Quibuſquidem reſcriptis alia etiam comitis Heriberti qui maxima auctoritate olim in hoc inclyto regno pollebat, prioremque clauſulam tituli confirmationis à Lothario rege exhibiti, corollarij inſtar adnectam.

CHARTA PRIVILEGII
Caroli calui.

Carolus &c. Hoc autem præcipue ex auctoritate Dei omnipotentis, ſeu noſtra regali auctoritate interdicimus, vt neque comes, neque aduocatus, neque alia potens perſona in omnibus villis & poſſeßionibus monachorum placitum ſuum teneat, neque fredas exigat, vel aliquam diſtrictionem faciat, neque homines S. Petri & S. Berchary, pro aliqua offenſa, vel pro aliqua re bannum comiti in omni poteſtate ſua perſoluant, nec in omni regno noſtro, de rebus & negotijs ſuis cuiqnam miniſteriali rotaticum reddant, ſed omnes monachi & cuncta familia eiuſdem loci ſub mundiburgio noſtro, vel ſucceſſorum noſtrorum regum ſemper conſiſtant, & ſub noſtra deffenſione permaneant. Abba quoque vel rector monaſterij eiuſdem in capella noſtra epiſcopis & abbatibus noſtris adhæreat, & nobis fami-

liariter deseruiat, ita tamen vt vitæ suæ regulam non excedat, & pro quacumque vtilitate & necessitate sua nostram præsentiam licite adeat, & causas opportunitatis suæ nobis familiariter ostendat. Defuncto autem Abbate, propriam eis electionem concedimus, & cum nostro consensu secundum regulam S. Benedicti, & cum voluntate eorum qui sanioris consilij fuerint, si etiam parua pars congregationis, melius elegisse probari poterit, abbatem constituimus ordinari Et post pauca *Et aduocatus eorum quem ipsi monachi cum consensu nostro elegerint, nostra vice eos in omnibus adiuuet, prosit & defendat, vt liceat monachis quiete Deo seruire & pro nobis Domini misericordiam exorare. Princeps autem in cuius comitatu existunt, pro Dei amore & pro remedio animæ suæ causas eorum libenter audiat, & in quantum potuerit adiuuare festinet. Concedimus etiam eisdem Dei seruis in vico sessum vnum in dominicatum ac accipiendum salem cum proprio vti vulgo dicitur stalone & furca superposita, vt sine aliquo contradictore moriam licenter habeant &c. Data 9. Cal. Febru. an. 18. regnante Carolo gloriosiss. regé, Actum Carisiaco palatio regis.* *An. 838.*

CHARTA HERIBERTI Comitis.

IN nomine S. & Ind. &c. *Heribertus gloriosus Francorum comes, notum sit vniuersis S. Dei ecclesiæ fidelibus tam præsentibus quam etiam &*

futuris, quoniam Adso Abbas & cæteri fratres ex monasterio S. Petri & B. Bercharij martyris pretiosi in saltu Deruensi constituti, vbi ipse gloriosus martyr, & Sancta Theodosia corpore requiescunt ante præsentiam nostram venerunt, & causas suæ necessitatis humiliter intimauerunt, reclamationem facientes de mercato scilicet & pontanatico in villa quæ dicitur Olumna. Dicentes videlicet ab antecedentibus Francorum principibus Carolo imperatore augusto, & Bosone quondam eiusdem Caroli imperatoris Conspalatio, per regale præceptum S. Petro & S. Berchario fuisse concessum, vnde & ipsius regalis præcepti auctoritatem præsentialiter mihi ostenderunt, in quo supradicta dictimercati & pontatici traditio continebatur. Simul etiam hoc rationabiliter demonstrauerunt, quod hæc quæ ab anterioribus regibus, supradicto loco concessa fuerant, per incuriam & negligentiam temporum succedentium, ab eo loco fuissent abstracta. Quam rem diligenter considerantes, simul & de salute nostra sollicite cogitantes, in primis pro Dei amore & B. Petri apostolorum principis, nec non & pro remedio animæ nostræ, petitioni eorum libenter ad sensum dedimus, & illud meratum quod petebant cum pontanatico & salniuo, S. Petro & fratribus reddidimus, ita vt ijdem fratres medietatem in mercati districtione, & pontanatici acceptione possideant, & nos aliam medietatem in diebus nostris teneamus. Et hoc eo tenore facimus, vt quandiu viuimus Domini misericordiam studeant exorare, & post discessum nostrum memoriam nostri faciant, & anniuersarium nostrum celebrare non negligant.

Si quis autem aut nos ipsi, aut aliquis successorum nostrorum hanc nostræ eleemosynæ largitatem iniqua præsumptione temerare aut violare voluerit, inprimitus iram Dei omnipotentis incurrat, insuper & fisco Regio 50. librarum mulctam, &c. Signum Heriberti gloriosi Comitis Sig. Alsonis Comitis &c. Data 16. Cal. Februa: an. 14. Regnante Domno Lothario rege Francorum. Actum monasterio Deruo publice. An. 969.

CONFIRMATIO
Lotharij.


Lotharius Diuina propitiante clementia Francorum Rex. Si iustis & rationabilibus seruorum Dei petitionibus aurem clementiæ impendimus, procul dubio exinde æternam à Domino mercedem nos recepturos speramus. Quapropter vniuersis S. Dei ecclesiæ fidelibus tam præsentibus quam futuris notum fieri volumus, quod adeuntes regiæ celsitudinis nostræ præsentiam dilectißima scilicet nobis coniux nostra regina, nomine Emma, simul etiam Adalbero S. Laudunensis ecclesiæ nec non & Gibuinus Cathalaunensis sedis antistites reuerendi intimauerunt nobis quod Heribertus comes palatij nostri nobis carus & fidelis in omnibus ad locum S. Petri Deruensis cœnobij vbi S. martyr Bercharius corpore requiescit humiliter venisset &c. Arnulphus notarius ad vicem Adalberonis Remorum archiepiscopi recognouit, Actum Lauduno clauato anno 980. regnante Domno Lothario, anno. 27. feliciter.

PRAEFATIO IN LIbrum secundum Historiæ S. Bertharij.

CVm hucusque typographicæ operæ in excudenda D. Bercharij historia processissent, oportune admodum & consentanée animi mei voto, deuenit in meas meas chirografus libellus, eamdem historiam in duos bipartitam tomos, complectens. Prior continet quæ superius excusa sunt, paulo tamen fusius & vberius, cum referat eumdem S. Bercharium eo die quo Christi resurgentis solemnitas celebratur é vita excessisse anno 685. Posterior plurima memoratu dignissima quæ in Deruensi cœnobio contigerunt; multa etiam egregia miracula meritis ipsius B. martyris facta percenset. Quinetiam ibidem narratur, aliquot ab eius sacro transitu annis, cœnobitas ipsius monasterij, propemodum coactos & compulsos fuisse, quibusdam de causis illic expressis, religiosum monasticæ vitæ statum deserere, & ab arctiore illa disciplina desciscere, ad quam tamen deinceps Ebonis Archiepiscopi Remensis suasu & hortatu reuocati sunt, postulante etiam & hoc negotium vrgente Hantone cœnobiarcha, accedente pariter voluntate regis & Imperatoris Ludouici pij vt ex ipsius

litteris manifestum relinquitur, quæ in eius rei executionem exhibitæ, in dicti monasterij Chartarium insertę sunt. *Sub data 2. id. Feb. an. Christo propitio 14. imperij Domni Ludouici Augusti, & Lotharij 5. indict. 3. Actum Aquisgrani Palatio regio.* An. 828. Expedit igitur illud posterius volumem typis mandare, vt eius attenta & sedula peruolutatione lectores intelligant exploratumq; habeant, quis rerum supradicti cœnobii status totis quatuor aut quinque seculis extiterit.





INCIPIT LIBER SECVNDVS, DE *diuersis casibus Deruensis cœnobij, & miraculis S. Bercharij.*



Vius anterioris executionem operis, diuinæ dignationis ordinatione ad memoriam informandam posterorum, insignis prudentia solertissimi *Assonis abbatis sæpe denonimatæ ecclesiæ Deruensis luculentissimo sermone nobilitauit: ea vt prætulit intendens prosequi quæ qualicunque modo notata à successoribus siue discipulis sanctissimi abbatis & martyris Bercharij, ætati eius potuere perferri. Quæ vero post obitum beati viri ipsius meritis diuino beneficio compensata se relaturum promiserat, minime explicuit, relinquens etiam intacta adnotatorum plurima, scilicet impedimentis diuersarum actionum perturbatus, maximeque euentu festini obitus interceptus, vnde nostra ætas hactenus obnubilatur inscitia miraculorum almi prius sæpissime denominandi Bercharij, quæ innumeris ante volutis temporibus vel ad eius tumulum, siue per diuersa loca ipsius

Alibi Adso nominatur.

nominis inuocatione diuinæ sublimitatis operatio mirifice præstiterat. Hæc intuli minime derogans vitæ simplicitati, aut affectans fastum modernæ adulationis, sed ne obloquatur alicuius leuitas, quod ante venerabilis Assonis tempora, sit muta omnis nostra antiquitas, quod contigit non tam incuria & scriptorum raritate; quam irrumpentium gentium barbara feritate, seu etiam crebra inter se populorum vicinorum concertatione. Nam haud longe post transitum gloriosi martyris, exorta altercatione inter Ragafredum Karolumque qui ob nimiam & christiánis temporibus antea inuisam inquietudinem Martellus vocitatus est, innumeris nobilibus pæne aporiatis, ecclesiæ plurimæ sunt ad nihilum penitus redactæ, distributis earum possessionibus, mancipijs quoque ac sacerdotalibus vasis & rebus, secularia arma & intestina bellorum negotia tractantibus. Huiuscemodi perturbationis euentu cõpulsi sunt fratres supradicti Deruensis loci cum monastico habitu, militaria arma arripere, decernentes proprio arbitrio sibi suisque posteris opprobriose fœditatis dedecus adscribi, si causa talis exercitij paterentur se perpetuo priuari possessionibus rerum variæ oportunitatis, procuratione B. Bercharii eorum stipendiis diuersis in locis delegatis. Hac occasione habitu potiti incongruo primo à sacri ordinis tramite expeditionibus studendo deuiare, demum ipsa etiam vesti-

ἡ ἀπορία, Inopia

menta propria velut armorum impedimenta monſtruoſa habentes, ægre pati cœperunt: ſicque priori paulo melius adiicientes conſilium, ſpretis cuculis, clericalibus ſeſe indumentis operuere, iudicantes ſe decentius eo ornamento Deo omnipotenti mundanis quoque ſtudiis famulari. Tali modo magnificentia ipſius loci facie mutata, peſſundari atque in deterius labi, variis impulſionibus cœpit, donec miſeratione diuina & meritis beatiſſimi protectoris noſtri Bercharii, rumor tantæ perditionis attigit aures auguſti Ludouici. Hic adeo omni bonitatis luce refulſit, vt iure proprium ſibi pii nomen adſciuerit, cuius prudentiſſimis conſiliis aſſidue intererant ſacerdotes ſanctiſſimi, abbates etiam religioſiſſimi, inter quos ſpectabilis vitæ honeſtate, omniſque ſcientiæ probitate habebatur Odo abbas loci quem ſtabuletum vocitatum, anterioris textus deſcriptio prælibauit exſtructum à S. Remaclo pontifice, cuius conditioni felix martyr Bercharius quondam tradidit imbuendos primęuos flores ſuæ adoleſcentiæ relinquens eo loci conſpicuum memoriale proprii tyrocinii. Cum itaque rex memoratus eccleſiarum dei cultum variis tribulationibus deprauatum ſatageret in melius reſtaurandum reformare, regalis decreto conſilii, ſupra nominato abbati curam delegauit Deruenſis cœnobii: quo eius induſtria, quiret capeſcere idem locus, alimenta & monimenta priſcæ inſtitutionis

ac nobilitatis quam plurimam extitiſſe etiam annales regii teſtabantur. Itaque Domnus Odo abbas venerandus, memorandæ operationis executione ſuſcepta, pontificum ac coabbatum collegio fultus, præfatum locum adiens, religioſitate omni ab æuo proturbata, fratribuſque ſui ordinis ſtrenuiſſimis inibi ordinatis, eccleſiæ prædia ſiue xenia innumeris caſibus profligata, regia inſimulque pontificum auctoritate, diſtributa etiam precii maxima quantitate vſibus fratrum reſtituit: perquirens priſca priuilegia imperiali vt decuit munificentia roborata: nec deſtitit donec ad vnguem polita cuncto Francorum orbi refulſit religio ipſius loci. Ipſis quoque eiuſdem loci fratribus, haud defuit ſpecialis prouiſoris Bercharii conſpicua virtus, qua eis ſuam cœlitus adeſſe magnificam notificaret præſentiam. Inſtante etenim annua ſolemnitate natalis S. Remacli pontificis venerandi, rectores delegati procurationis eiuſdem cœnobii, inter multa prædicamenta ſacræ doctrinæ, etiam mirificos actus pretioſi confeſſoris Chriſti, ſubditorum ſæpiſſime inculcabant memoriæ: quibus accenſi fratrum animi, pari voluntate cuncti ſpondent in ipſius vigiliis ſeſe celebrem ſancto Berchario peragere noctem. Interea euenit Deo fauente pridie ipſius celebritatis, adeſſe ibi quendam contractum omnibus membris, adeo vt viderentur femoribus plantæ pedum ipſius coniunctæ, iſque magnarum conatibus pre-

cum cœpit insistere, vt pernoctando in eadem basilica, foret sibi licitum Dei expectare auxilium, dicens sibi cœlitus notificatum, quod in ecclesia B. martyris, festoque die S. confessoris esset sibi initium optatæ sospitatis. Fratres vero hoc audientes, multo magis exhilarati, concedunt supplicanti omnem oportunitatem vt poposcerat pernoctandi. Celebrata itaque synaxi completorii, capessentibus fratrib⁹ quietem primi somni, æger repentinis clamoribus, æditituos templi ac cunctos excitat fratres quiescentes in conclaui dormitorii. Surgentes autem subita perturbatione stupefacti, intrant vt ita dicam inuiti ad peragenda solemnia nocturni officii: riteque peractis omnibus adeunt inspicere mirabile factum, scilicet membra contracti restituta in integrum statum. Inde nimium vt optauerant lætificati, iterum excitantur ad repetendas laudes omnipotentis Domini: reddentes altissonis vocibus supplicia vota, super prædictorum sanctorum consolatione piissima. Interrogatus vero ægrotus quid illi visum fuisset, qua hora clamor eius eorum insonuit auribus, retulit vidisse se quendam angelici vultus ac habitus ecclesiam ingredientem, eique manum porrigentem, cuius visu in pedes constiterat, non sine nimio angore neruorum & vertibulorum. Itaque sospitati redditus, qui ante aliorum fuerat subuectus auxilio, propriis iam gressibus cœpit iter carpere gratulabun-

dus, relinquens eo loci stuporem ingentis miraculi, cum maximo studio ac dilectione monastici propositi. Hoc modo primæ exorbitationis Deruensis cœnobii meritis gloriosi martyris Bercharii statu in melius reformato, per plurima temporum volumina sacrę religionis tramitem, & antiqui decoris inflexibiliter tenuit gloriam, sed tranquilitatem tam iocundæ pacis multis abusiue vertentibus in augmentum impietatis, rursus seueritas animaduersionis, Hunnorum rabiei exponit depopulationem christiani populi: maxime addictis stragi Neustria, & pleraque parte gallici regni. Tempora huiuscemodi infelicitatis impediebantur regimine Karoli iunioris, qui simplex ferebatur nomine, non tam innocentia quam ignauia omnis rei ciuilis ac militaris, omnino referens mores Ludouici genitoris, qui ob nimiam vecordiam vocitatus est, nihil faciens. Imperium ergo huius, quippe iusto dei iudicio instigatus paruipendens Hunnorum exercitus, quaqua versum debacchando insignes funditus euertens vrbes, gladijs & incendio orationum domos plurimarumque gentium deleuit populos. Itaque tam immanis crudelitatis frequentibus nuncijs territi fratres supradicti Deruensis cœnobij, erumpentibus etiam ab occiduis partibus Astingo duce, VVisigotis, qui & normanni, communi consilio, vt audierant aliarum greges ecclesiarum, decernunt sumptis secum ossibus B. Bercharij

De hoc Ludouico quidã nis mentionem faciant quidam Historici, tamẽ eum Caroli simplicis patrẽ fuisse nequaquã astruunt, & vnde monachus Deruensis hæc hauserit mihi nõ liquet. Videat lector I. Til. in Chron. sub An. 884. & Falchetum in Carlomãno cap. 16.

fuga perquirere latibulum hocque statuunt circa ripas araris fluminis: quæ regio ipsis temporibus ferebatur immunis omnis inquietudinis regimine Rodulfi filij nobilissimi Richardi Burgundiæ ducis, qui iusti tenax, eiusque famosissimus vltor extitit. Cum itaque deliberatione habita, Fratres satagerent in quodam domicilio res ecclesiasticas, ac suas qualescunque inuolucris componere sarcinulas, cruciculam quandam à tempore S. Bercharij eidem loco venerabilem, secretarius monasterij suspensam parieti eiusdem domicilij alio recurrens oblitus ad horam reliquit, cum repente ignis inibi accensus congeriem stipularum sibi vicinam nemine aduertente corripiens, flammis intantum domum repleuit, vt ingrediendi omnis abesset facultas. Fratres vero vndique concurrentes incendium domicilij vt pote discessuri paruipendentes, in cōmodum patrocinij sibi à S. martyre relicti ac per multa tempestatum discrimina eatenus reseruati, lachrymabili gemitu culpis propriis exigentibus, se admisisse deflebant, querimoniosis vocibus flagitantes id sibi vel ad solatium suæ exultationis a beato patrono reddi. Nec defuit pij patris præsentia, solaturus mæstissimos solita clementia: nam consumptis incendio contignatione parietibusq; domatis, super prunas ardentes crucicula adeo reperta est illæsa, vt etiam tenue ligamentum auro textum quo hactenus suspensa, à vi ignis fuerit omnino

incontaminatum. Hoc fausto omine exhylarata fratrũ mæsticia, eximij protectoris sibi adesse munimen sentientes ac spem quãdoq; remeandi nacti, alacriores deliberata petiere loca refugij. Quanta vero quibusue in locis hic pater sanctus diuina dignatione miracula gesserit, nulla nostræ memoriæ retulit scedula vetustatis antiquæ: tantummodo innumera priscorum astipulatione, priores nostri nobis testati sunt extitisse, tam per spatia itineris, quam in loco destinatæ mansionis. Quorum rumore celeberrimo accensus memoratus princeps Rodulfus susceptus insignia totius Francorum imperi' supplex locum ipsum reliquiarum B. martyris adijt, se *An. 927.*
suamque felicitatem eius committens suffragijs: multisque donatum muneribus, fratrum necessitates plurimis releuauit largitionibus & eos benignissime consolatos, spem propere ac prospere remeandi, Dei Sanctiue martyris auxilio, & sui laboris iuuamine repromisit, quod fœliciter Deo fauente contigit. Nam idem memoratus princeps laturus auxilium prefatæ calamitati, imperium Francorum subijt, nequaquam tyrannice, sed diuinæ pietatis prædestinatione ob meritum suæ probitatis, electus à pontificibus ac proceribus totius gallici regni, ad effugandam inde rabiem paganæ peruersitatis. Eius itaque formidine potestatis, protinus exterrita omni feritate barbarica, restaurata tranquilitate pacis, repedandi ad propria capes-

ſunt audaciam, qui ob metum paganorum diſperſi, diuerſa petierant loca exilij. Grex quoque ecleſiæ Deruenſis, iuncto ſibi cœtu fratrum Foſſatenſis cœnobij, qui metu ſupra memoratæ internecionis eo confugientes deuexerant ſecum oſſa confeſſoris chriſti Mauri, pari conſilio aggrediuntur iter repatriandi, pariter incedentes, ſimulq; diuina celebrantes officia, donec itineris progreſſione attingerent, quo ab inuicem diſceſſerunt fines Deruenſes atq; Cāpaniæ. Igitur aduentui precioſiſſimi martyris occurrentibus cum plurima turba ſecerdotum clericorumque multis, ac eius familia quaquaverſum diſperſa vndique recurrente, excipitur eximius protector patriæ liminibus templi quod viuens extruxerat in honore SS apoſtolorum Petri, & Pauli. Hoc longa ſolitudine incultum tribulis etiam & vepribus circum altaria horrentibus comentes vndique fratres famulique cum gloria magnæ laudis iterum in eo recondunt oſſa pii paſtoris 17. Cal. Nouemb. Hic dies eo loci celeberrimus habebatur ab antiquo, anniuerſario dedicationis eiuſdem baſilicæ operatione B. Bercharii ipſius dei ordinatione conſecratæ in honore ac nomine S. Saluatoris. Geminata itaque præſcripti diei ſolemnitate, auctoritate præſentium ſacerdotum decretum eſt, perpetuo celebrari ipſo die natalis paſſionis glorioſi martyris Berchari, quam conſtat eueniſſe inſtante feſtiuitate paſchali,

ob quam rem manebat incelebris more christianæ religionis. Hinc inoleuit iocunditas huius præclaræ celebritatis, qua hactenus exhilarantur tempora nostræ ætatis. His succincte prelibatis, ocyus exaretur series incertium hæc subsequentium temporum, quæ adeo obnubilauit inscitia negligentiaque sacri ordinis, vt cœnobitæ istius de quo tractamus loci, publice intra claustra monasterii vterentur coniugibus, nuptiarum solennia celebrantes, vndique generos ac soceros adsciscebant, distribuentes generis ornamenta vel prædia, vndecunque bonorum studio summo labore antiquitus comparata. Hinc ad tantam peruenere rusticitatis ignauiam, vt spretis militaribus expeditionibus, conspectuque regalis ac sacerdotalis conuentus, non tam zelo sacri ordinis, quam voluptate desidis otii maluerint irrecuperabiliter amittere distribuendam vicinis militibus summam mille quingentorum & quinquaginta mansorum cum oportunitate ad ipsos pertinente, videlicet, syluarum, pascui & agriculturæ. Abbatum tamen sibi fauentium subiacebant dominio quorum quia infanda monimenta, etiam nomina à nostra sunt abrasa memoria, excepto eorum penultimo Domno Alardo, cui successit lues tantæ peruersitatis domnus Benzo, iuste ab ipso deturbatus cœnobio. Huius itaque expulsio, ac eiusdem monasterii iterata omnipotentis prædestinatione interius exteriusque

restauratio, vt liquidius pateat supra memorati excellentissimi regis Rodulfi memorandorum gestorum referantur ad medium maxima præconia. Regula etenim sanctissimi patris nostri Benedicti adhuc inaudita hominibus Francorum imperii, solertissima industria istius principis, iubar suæ claritatis plurimis infudit ecclesiis. Qui vero ipsis temporibus qualecunque præferebant monasticum schema, famosissimi quōdam Luxouiensis nominis sese tuebantur consuetudine aliquantula. Sed rex prudentissimus ad decoranda iura sibi à Deo collati regiminis, vt iustitiæ sectator insuperabilis, ita ecclesiarum existens instaurator inflexibilis, nequaquam passus vmbraticum monachos gestantes habitum, absque aliqua vlterius aberrare doctrina, cœnobium Floriacense, insigne reliquiis corporis piissimi patris monachorum Benedicti, corrigendum tradidit S. Odoni abbati monasterii Cluniacensis. Gloriosus autem abbas locum prædictum vt in gestis ipsius legitur sibi à S. Benedicto adoptatum, religiosissime ordinans, libellum regulę eiusdem patris, primus eidem loco intulit. Tantæ postmodum rei celeberrima fama excitus Domnus Gauslinus Leucorum vrbis pōtifex nobilissimus, prædictum locum adiit, inspecturus rumore ad se perlatum ordinem religionis, indeque remeans, sollicitus gregis à Deo sibi commissi descriptionem omnis monasticæ conuersationis quam inibi reli-

gioſiſſimam inſpexit, ſupradictam quoque regulam beati patris ſecum deferens, primus vrbi Tullenſi innouationem monaſtici oſtendit propoſiti. Fretus igitur pontifex ſapientiſſimus multimodis diuinæ inſtitutionis documentis, viris prudentibus vndecunque collectis, cœnobium S. Apri ſitum in ſuburbio Tullenſi regularibus diſciplinis ſtrenue imbutum multorum commoditati profuturum decentiſſime reddidit illuſtratum. Hinc itaque exardeſcente circumquaque zelo ſacræ religionis, horreſcentibus etiam tyrannicis principibus, inordinatos actus habitatorum Deruenſis cœnobii, pari conſenſu totius regionis Domnus Benzo ſupradictus abbas abinde proturbatus coactus petere (cui loco abbatis præerat) cellam Bobini germanicæ inſulæ, in ſuburbio Trecorum auguſtæ. Diſceſſurus tamen clientum prauorum hortatu, cuncta priuilegia, ornamentorumque aliquanta exoſæ ſibi eccleſiæ ſecum tulit: monachis vero ſuis metu inviſæ regulæ in diuerſa fugientibus, ſucceſſerunt fratres adducti à monaſterio S. Apri: qui memoriam ſuæ prudentiæ, noſtræ hactenus ætati oſtentant etiam eccleſiaſticorum voluminum ſagaci ordinatione. Sed quibus auctoribus intromiſſi, priores fuerint expulſi ſuperſedi ſcribere: ne ineptæ controuerſiæ aliquando videar fomentum præbuiſſe. Qui autem qualeſue extiterint quorum optimo ſtudio idem locus poſt aſperitatem

tantæ hyemis, quaſi reuireſcendo floruerit, decreui promere ſcriptis, vt noſcant poſteri quantæ fuerint bonitatis, quos miſeratio venerandi Berchari præordinauerit paſtores, poſt has, & per hos ſuo felici ouili. Primus igitur eorum domnus claruit Albericus, nobiliſſimis natalibus ortus indigena Remenſis, monachuſque S. Apri Tullenſis, qui poſt ſupradictum Benzonem, competens ſuæ bonitati, cum regimine paſtorali ſuſcepit nomen abbatis, adoptato ſibi ad ſupplementum omnis auxilii, Domno Aſſone iam dicto ac frequentius memorando doctrina philoſophica ac vitæ probitate ſpectabili. Hic ditiſſimis nobilibuſq; parentibus Iurenſi tellure ſatus, Luxouio diuerſis ſtudiis litteratoriæ artis pleniſſime imbutus, quem in primæuo flore iuuentutis affluentem verbo ſanctæ eruditionis cum puritate vitæ innocentis, perſpicue agnoſcens pontifex cleruſque Tullenſis, multis ſupplicationibus eductum à voſago, ſubſtituerunt vrbi Tullenſi ad magiſterium ſacri ordinis, vt lumen lucernæ ſuper ſtatuam candelabri. Ibi per aliquanta temporum volumina variis inſudans diuinæ præceptionis exercitiis, poſt maximam multorum inſtructionem, iterum claritas diuini ſplendoris videlicet Aſſo opponitur effugandis deruenſibus nebulis, ad inſerenda plantaria ſuperni obſequii. Ibi poſt modum excedente vita Domno Alberico abbas effectus baſilicam SS. apoſtolorum à

B. Bercario quondam extructam paruissimam reputans, maximi quod nunc frequentamus templi fundamenta iecit amplissima. Villas duas Dreiam, & eam quæ vocatur puellare monasterium priorum incuria amissas, rusticis earumdem agresti rabie vt sunt adhuc pessimæ institutionis, familiæ sancti sibi vicinæ multas inferentibus iniurias, cooperante Heriberto Trecassino comite, expenso precio quantitatis non modicæ propriæ restituit ecclesiæ, deponens ab ipsis & à pluribus aliis exactiones importunissimas tyrannica vi superpositas. Ipso etiam comite amminiculante, priuilegia eiusdem loci quæ supra retulimus à Domno Bensone insidiose deportata ad locum insulæ germanicæ, cũcta recuperauit munificentia Domni Odonis illius loci abbatis, cuius precibus hic famosissimus Aso vitam confessoris christi Frodoberti, primi ipsius monasterii instauratoris & abbatis sermone veracissimo, simplici exarauit stilo. Hic etiam precibus ac iussione S. Gerardi Tullensis vrbis episcopi, vitam B. Mansueti primi dirigente Petro apostolo ipsius vrbis pontificis, disertissime composuit. Gesta quoque S. Confessoris Basoli præfationibus facundis antepositis cum subsequentia miraculorum lepide ædita digessit ad liquidum, hocque non præsũptiue, sed interpellatus à sapiente Gerberto tunc Remensis vrbis archiepiscopo, atque à sibi cognomine præclarissimo viro scilicet

Assone abbate monasterii prædicti confessoris: cuius defuncti haud post multum temporis, tumulum gratia specialis dilectionis versibus honorauit propriis, inquiens inter alia. *O felix Asso, titulum tibi condidit Asso.* Opuscula præterea plura versifice composuit hymnorum etiam aliquanta cantica, Ambrosianos hymnos elucidans glosulis. Sed & 2. librum dialogorum S. papæ Gregorii videlicet gesta S. monachorum patris Benedicti carmine nobilitauit heroico, priscorum poetarum carminibus excellentiori omni modo, deuictus supplicatione sibi familiarissimi Abbonis abbatis supra scripti monasterii Floriacensis, qui vir maximæ prudentiæ ferro insons noscitur occubuisse. Gesta vero huius sancti piissimi protectoris nostri Bercharii ad extremum quoadpotuit comens lepore facundiæ spectabilis, sparsit totius galliæ oris quæ eatenus inculte exarata habebantur & abdita. Nec vero tantummodo proderat monachalibus cœnobiis, verum plurimis clericalibus ecclesiis, inter alia commoda tradidit modos & horas orationum ac multiplicis psalmodiæ, tam æstatis quam hyemis quadragesimæue tempore, vt hactenus palam testatur verbis & affectu clerus trecassinæ ecclesiæ. Huius tunc temporis Manasses præsul, hunc abbatem miro colebat affectu, se propriæque parrochiæ actus, eius committens industriæ. Istius pontificis frater Hilduinus nomine, eo tempore co-

mes Arceiacensis campaniæ, militari audacia, multa crudelia commiserat facinora. Hunc Asso piissimus adeo est insecutus, quorum erat affluentissimus verbis sanctæ prædicationis, vt eum in se reuersum cogeret cuncta relinquere, & profiteri laborem Hierosolymitani itineris; sese ei dans comitem subeundi tanti laboris gratia piissimæ consolationis, referens actus B. Bercharii: qui adiens Hierosolymam fertur duxisse secum VVamierum tormentorum S. Leodegarii reum. Itaque huiuscemodi opinionis promulgatione, multis viris illustribus excitis; determinatione istius patris dies decernitur, loca cunctis congrua ordinantur subsequendi, aut opperiendi Assonem doctissimum, operis paucis attentari famosum signiferum. Igitur anno verbi incarnati 992. pius pater vale dicens Charissimis filiis ac fratribus ob hoc inibi plurimis congregatis, largiter flendo deosculatis omnibus, ipse prosecutus cũctorum ingenti vlulatu & gemitu ingreditur iter viæ Hierusalem mundanæ iam sibi pactis valuis matris nostræ syon cœlestis. Secuti sunt autem eum à cœnobio frater quidam & famuli vsque ad ingressum maris, inde deportaturi cæteris consolatoria verba patris. Ipse vero non tantum verba, verum manu propria conscriptas inde direxit litteras, intimans se die datarum litterarum intrasse mare ducens ad portum vrbis Babylonicæ. Sed festinantem ad maiora certamina, di-

gnatio omnipotentis euocat ad brauium cœlestis remunerationis: nam in ipso mari correptus langore vltimi exitus, cœpit vrgeri extremi angoris singultibus, lingua tamē inrecuperabilis mansit à sociorum consolatione inflexibilis, minime vacans à laudibus piissimi redemptoris, cuius flentes socios commendans custodiæ, beatam animam à puppi exultationis, transmisit ad gaudia patriæ cœlestis. Huius corpus defuncti, comites illustres viri ipsius sanctitatis conscii, nequaquam passi vt mos est pelagi fluctibus dari, sed maximo cum honore secum quatriduo deuehentes, quinto die prospero cursu ad portum insulæ quæ fertur astilia appulsi, decentissimo vt par erat condiderunt inibi mausoleo. Inde plurimis eiusdem comitatus perpetuum voluntarie subeuntibus exilium, aliquanti optati itineris labore peracto remeantes, diem obitus locumque sepulturæ ac extrema mandata diu expectati patris mœstissimis detulere discipulis. Præcedentibus succincte transcursis, libuit paulisper immorari laudibus istius beati viri, quia hic omni felicitate felix multorum sanctorum gesta scriptis depinxit propriis, atque ab eius in hunc locum cum domno Alberico ingressu, omni infelicitate, supradicta hæc caruit ecclesia, nec dicam caruit solummodo, verum quod fausto vtinam proferam omine testor augmentatam omnis decoris honore vsque ad exitum Domni Brunonis, septimi a vene-

rando Alberico abbatis, septem annorum lustris hanc honorifice gubernantis.

De Brunone huius loci Abbate.

HIc vir prudentissimus ordinatus est romæ à S. papa Leone 9. donatus eius cognomine cum baculo pastorali, & benedictione condigna tanto patri. Hic etiam inter multa suæ sagacitatis memoranda opera sæpe adiens romana consilia, fauentibus eius probitati archiepiscopis magnæ auctoritatis, Athelenardo Lugdunẽsi, Hugone Crisopolitano, ac Mainardo Senonensi, aliisque sacerdotum quam plurimis, annuum censum Diseiacensis prædii, post tempora supramemoratæ infelicitatis primus suo loco cuius erat iuris restituit. Vsus quoque sibi decenti familiaritate successorum supra denominati S. papæ Leonis scilicet Stephani, Nicolai, Victoris atque Alexandri, plurima prisca priuilegia, multaque moderna eorum auctoritatis confirmatione roborata, sollicitus post se venturæ ętatis, istius loci prudens recondidit archiuis. Eius imperiis frequenter iteratis impulsus hoc arripui opusculum muta pagina, à nomine auctoris quę vt reor stat aliquãti nimium loquacissima garrulitate inepti sermonis. Sed scienter malui patere irridentiũ cachinnis, quam non implere iussa tanti patris, super miraculis B. Bercharij, quorum ipse plurima visa vel à cernentibus

Hic Bruno interfuit synodo Rhemensi habita An. 1049.

vel fidelium & veracium testimonio subnixis tradita, sæpe recensens, pariter ostentabat aliquāta suis manibus scedulis adnotata. Horum gratia multa præfatus sum minus vtilia, scilicet causa execusationis, cur rara sint memoriæ tradita ante tempora sæpe memorandi Assonis; à cuius regimine quia narrandi inchoamus initium, eo viuente facta primum replicentur miracula. Heribertus comes qui cognominatus vetulus cuius supra meminimus incurrit quondam validæ febris nimium incommodum, cuius ardoribus frigoribusque dum laboraret multo tempore plurimorum quæsiuit auxilia Sanctorum; vt eorum meritis quiret adipisci aliquod remedium, Parisius, Mettis, Trecis, sanctorum expetijt suffragia; Sancti quoque Remigij; & B. Memmij adiens sepulchra, aliorum etiam sanctorum visitauit loca, quorum non placuit meritis vt præstarent opem illius sanitatis. Nouissime Vitriacum venit nimis afflictus, auxilium Domini sperans, virtute qui inibi habetur claui eius. Verum Dominus noster Iesus Christus qui nec sic ei largitus est sanitatem; inspirauit vt super prædicandi patris Bercharij interuentu, posceret fratrum huius loci orationū solamen. Mittens ergo ad magnum abbatem Assonem, obsecrat vt pro eo tam ipse quam omnis congregatio Dei ac sancti martyris imploraret meritum, quia vitę suæ nullum vltra aliud sperabat auxilium, nec ei veniendi, ad

S. Bercharij

S. Bercharij limina aliqua ſuberat facultas. Hanc legationem recolendus Aſſo benigne ſuſcipiens, quoniam vt adhuc liquido patet, huius loci vtilia idem princeps ac ſi ſua procurabat: adſcita omni congregatione, ſtatuit vt propriam ea nocte pro eo funderent orationem, ſoluturi in craſtino, miſſæ matutinalis itidem pro eo celebrationem. Ipſe quoque Deo deuotiſſimus abbas, miſſa peracta cathena in S. Petri cum aliqua parte reliquiarum S. martyris lauans, ei in vaſe paruiſſimo tranſmiſit ad potandum. Ipſam ergo lauationem vt libauit, mox ſomno corripitur, ſurgenſque poſt longam pauſationem, nullo monente cibum petijt, ſanitati deinceps reſtitutus. Ipſe autem vt Samaritanus Deo gratias reddens, ob memoriam tanti beneficij, medietatem terræ quam habemus Vlcenias, SS. Apoſtolis. P. & P. & B. Berchario martyri dedit, ipſemet eo pergens, atque ad confirmationem largitionis inde ſe expelli à quodam noſtro monacho nomine Albuino fecit. Relatum eſt ſupra ſtudio memorandi Aſſonis, ac auxilio iam dicti Heriberti comitis, reſtitutas dominio huius eccleſiæ villas duas, id eſt Dreiam & puellare monaſterium, quibus vicinus eſt locus paruiſſimæ inſulæ, dictus ab antiquo mangiſuillare. *Droye.* Ibi B. Bercharius auidus vitæ ſolitariæ, primam olim conſtruxit eccleſiam in honore S. Albini, perluſtrans abdita Deruenſis ſyluæ quo poſtea vitans frequentias ſecularium,

ſæpe Deo fudit gratarum libamina precum; ſolitus pernoctare ibi cum diſcipulis, ſi quando contigiſſet, cauſa alicuius neceſſitatis demorari circa puellarum monaſterium, in villa iſtius nominis ab eo extructum. Verum peccatis imminentibus monaſterium illud monialium poſtmodum eſt adnullatum, & eccleſia illa funditus redacta ad nihilum, non tamen omnino locus deſolatus largitate cœleſtium donorum: nam villæ puellaris monaſterij quidam ruſticus nomine Vulfarus cernens ſtudio venerandi Aſſonis vndecunq; ſaxa adunari ad ampliationem huius templi, paruipendens vtpote alienus dominium monachorum, adnexis plauſtro quatuor paribus boum, pergit deuehere lapidem altaris eccleſiæ ſupradictæ inſulæ. Hunc ergo plauſtro impoſitum, rediens venit ad vadum per quod introierat, moxque tanto pondere fixi ſunt boues, vt trahere ad aquam minime poſſent: exclamat itaque ruſticus, ſtimulo fuſtibuſque agitando boues, ſed nequaquam proficit: volens flectere animalia ad dexteram vel ad læuam, nec ſic adipiſcitur efficiendi aliquam poſſibilitatem. Ad hoc factum villæ iam dictæ multi conuenientes, mirabantur ſuper hac re, ac diuinitus inſpirati, proteſtabantur nolle Deum, vt altare extructum opere famuli ſui, ab eo loco poſſet educi: quod audiens ruſticus, verſus ad orientem, ſpondet Deo Sanctoq; Berchario lapidem ſeſe loco proprio relocaturum, ſi eius

nutu reciperet animalia perditum greſſum: Hæc dicens, boues concutit, & ſtatim mirum in modum videres eos citius retro redire, quam antea feciſſent in nullo recto itinere, atque ita ſuo loco reſtitutum eſt altare. Exinde Dominus, illic multas virtutes operari, & locus cœpit venerationi haberi: ea occaſione ac opera Aſſonis abbatis, qua ſunt redditæ villæ ſupradictæ ditioni huius loci. Quando deo diſponente domni Aſſonis tempore hoc cœnobium cœpit germinare, vt iterum quaſi vireſcendo releuaretur, ſicut ſæpe ſuperius protulimus, non ſolum villæ cœperunt rehabitari, ſed etiam in locis & ſaltibus vbi numquam fuerant, cœperunt ruſtici qui vndiq; confluebant incolę fieri. Itaque per id temporis conſtruebatur quoddam manſionale ſuper * ſufflanam fluuium de ſuper Lutoſas, quod adhuc a primi habitatoris nomine Haraoth manſionale nuncupatur. Ibi inter primos habitatores quædam vidua commanens, cæcam habebat filiam. Factum eſt autem vt monerentur à ſcientibus vicinis, quatinus ad eccleſiam Lutoſas quam S. Bercharius ædificauit, ad honorem S. Martini properarent, imploraturæ Domini miſericordiam, ſancti quoque Berchari ipſius conſtructoris, & S. Confeſſoris Martini, cuius nomini ac honori B. martyr eam dedicando tradiderat. Mater vt hoc comperit, die ſtatuto petitura eccleſiam, ib quam ferret, filia plena fide, parauit cande

*legendum forte Sublanã gall. Souleine.

lam. Dum ergo pergentes ad ostium venissent ecclesiæ, filia cæca quæ à matre ducebatur, contemplatur diuinitus accensam, quam gerebat manibus suis candelam. Exclamans autem dicit matri suæ, mater, candela mea accensa est: genitrix respiciens videt candelæ flammam, & cum exultatione interrogat filiam. Tenerrima filia quomodo scis? & illa: Quoniam bene domina prospicio. Tunc vtræque oblato munere ac fusa oratione Christi martyri sanctoque confessori, gaudentes, & Deo gratias agentes, domum sunt reuersæ. Vt autem comprobaretur iuuencula vtroque suffragatore sanitati reddita, palam ostendit se, ibi suscepisse munus gratiæ duplicis; scilicet restaurationem luminis, & custodiam perpetuam virginitatis, nam perfectissime lumen promerita, sacrum velamen suscepit, quod per plures annos vsque ad obitum deuotissime seruauit. Locus monasteriolus dictus cum ecclesia quam ibi B. Bercharius, in honorem Sancti Mauricij ædificauerat, ad nihilum ipsius temporibus sic erat redactus, vt nec super sacratissimi altaris lapidem remansisse contingeret operturam: nec etiam ab vllo frequentabatur, sed cura & iuge studium officinas huius monasterij renouantium, haud procul, ab illo repererat semitam, qua facilius possent lapides aduehi. Ipse quidam locellus vndique sylua magna circumseptus, penitus vero circa præscriptum lapidem confusa

frutetis gramina abundabant. In hac præterea monasterii villa Ioannes vocitatus quidam extiterat homuncio, habens malę institutionis filium nomine Dagobertum. Hic die quadam circa prædicti loci confinia dum ob custodiam sequeretur animalia, cæteris cum pastoribus sequentibus gregem, pro comperta fertilitate interiora penetrantem, nequid abduceretur, adolescens nefandus solus remanens, sacrum ascendit altare, atque ipsum quod gestabat ferro tangens ait. Mea hic erit statio, pecusq; meum cuius reuersionem haud comperero inreuerenter ab hoc exigam sancto. Tali vesaniæ insistentem, socii vt repererunt, nimia vix supplicatione vt descenderet meruerunt. Sed vt ex tantæ benedictionis fastigio malesanus descendit, tantus nimiæ tribulationis vigor super eum ascendit, vt nisi per contribulium subuectionem, ad genitorum valeret repedare mansionem, plurimosque dies lætali angore contritus, & oculis orbatus, post modicum lamentandæ prauitatis indultum spatium, præsentis vitæ accepit terminum. Exinde arborum densitate radicitus eruta, oratorium illud reædificatur, hactenus habitatorum assiduitate vsitatum, fruunturque illic dominica miseratione, qui tota eam expetierint deuotione. Non minus mirabile accidit de lapide altaris, quem mellitus pater & pastor Berchatius ad honorem S. Sulpitij dedicauit. Quidam militaris ordinis vir fuerat genero-

ſus, plurimis excellens poſſeſſionibus, inter quas poſſidebat quoddam prædium cryptas vocitatum, cuncta oportunitate floridum, ac fœcunditate quam exigit ſimplex ruralis incolatus decoratum. Id vero duriter perturbabat eum, quoniam ſi terrenorum, cunctæ adeſſent commoditates, illic quo primum Dei quæreretur regnum nunquam fuerat Chriſti tabernaculum, volens igitur in eo baſilicam ædificare, iubet deuehi prædictum altare. Locus autem quo eccleſia iam dicti S. Sulpitii fuerat, eſt iuxta viculum qui dicitur Tiliolus conſtans ex huius monaſterii manſo, ſed cuncta eius conſtructio præter memoratum lapidem, deleta erat ſub cœlo. Itaque plauſtro adducto, quidam ruſticus petram ſuperponens, redditos ſemitæ boues deducere cum cœpiſſet, poſt modicum ſpacium boues exorbitantes, minime vltra progredi valuerunt, miſer vero homuntio nimium fatigatus, ſæpiſſime conclamando, & ſtimulando eos, quamquam parum proficeret, vt potiretur requie ſupra conſcendens recedit, neſciens ſe magis dolori oppoſitum, quam fatigatione exutum: mox etenim dolore obſidetur grauiſſimo, boues etiam non potuerunt pedes mouere à loco. Sic tandem conuictus deſcendit, lapidem depoſuit, ac in loco illo eum relinquens domum petiit, eoque langore per aliquod tempus maceratus, vitam amiſit, animalia etiam peſte conſumpta ſunt. Dominus vero qui hæc iuſſerat, vi-

Tiliolus, Til. Treceſ. diœceſ. viculus.

dens quod acciderat, nec lapidem à loco vbi fuerat proiectus remouit, neque oratorium quod ædificare disposuerat inchoauit, timens quod displiceret omnipotenti: sed post 50 & amplius annos filius prædicti diuitis, in viculo qui dicitur villaris, ecclesiam condidit, ac sæpius dictum lapidem aduexit, & ex eo altare ibi constituit. Fidelissimus Dei abbas Berengerius successor dignissimus memorandi Adsonis, audiens quosdam à partibus Tullensium volentes cupiditate prædæ & spoliorum effringere istud monasterium, indixit vt ipsa cortis cœnobij valde muniretur, & vigiles ipsam circumeútes omni nocte insisterent. Post aliquas vero noctes dum circumissent ambitum cortis vigiles, & ad partem orientalis fenestræ secus altare S. Mariæ clamantes & clangentes vt mos est castrorum, restitissent, ecce vox à parte templi clamans vigilibus insonuit. Qui estis vos tanta inquietudine insistentes Deo & Sanctis eius in hoc loco, quisue iussit vt hæ vigiliæ circa Dei agerentur tabernaculum? Illi respicientes ad sanctuarium imaginem loquentis testati sunt se vidisse circumfusam immensa claritate, & ob nimium pauorem nihil aliud sunt respondere ausi, quam quod illorum Dominus abbas hæc iusserit. Quibus vox loquentis talia intulit. Dicite abbati. Nunquid non præualet adhuc seruare hunc locum, qui hactenus protexit eum? Videte ne vltra conuenientes, taliter hic inueniamini

His dictis disparuit, & illi continuo halitum vix habentes, aufugerunt. Horum vnus vocabatur Grimoldus de tribus fontanis, alius Ioannes. Hic Ioannes circiter 30 postea viuens annos, meruit narrare multis hanc S. martyris seruorum suorum consolationem: Alter verbo Grimoldus metu ipsius visionis infirmitate captus, ante annum vitam finiuit. In eodem autem loco nullus deinceps vigil deputatus est, & illi qui eo tempore hunc volebãt infringere, conuenientes circa vrbem Tullensem, hospiciaque suscipientes, orta inter eos contentione plures ex eis inibi ferro interiere, qua de causa nimium perturbati reliqui, redierunt ad propria. Post aliquot etiam dies ductor eorum vita priuatus est, sicque Deus protexit hunc locum, propter sui famuli & custodis nostri Bercharij meritum.

Aliud Miraculum.

Quidam claudus vltra mosam fluuium habitans nomine Girardus per visum docetur, vt si sanitatem recipere vellet, dilecti Dei Bercharij suffragium festinus quæreret. Optatum is callem dum requirendo teneret, ad cuiusdam nostri clerici qui Bruno dicebatur mansionem peruenit, ac huic causam sui aduentus aperuit, qui prædictum debilem deduxit ad monasterium gaudens 15. die ante festum ascensionis dominicæ, deinde per tres dies, ante ascensionem in quibus litania fieri solet, vltra posse suum secutus est

turbam monachorum, ſemper orans qui ferebantur merita beatorum: Id quoque in die aſcenſionis, non minus deuote peregit. Feria vero ſexta, & ſabbato ſic fuit fatigatus, vt ex hoſpitij lecto quod Deo plenus abbas Bruno ei deputauerat, nequiret exire. Nocte igitur quam dominicus dies ſequebatur, iterum quare monaſterium reliquiſſet interrogatur, ac mox repetat iubetur. Mane facto eccleſiam petijt, & vſque ad publicam miſſam ab ea non diſceſſit. Dum autem legeretur euangelium cœpit tremere, & paulatim vehementer planctus emittere, vt enim peruentum eſt ad ſecreta, dum cogeretur vt quieſceret pro miſſæ reuerentia, pertonabat his vocibus. Ecce morior, ecce morior. Iacens enim ad terram ſecus dextri chori introitum, dirigebantur nerui eius, ac velut ex aqua exiſſet, fluebat ſudor per corpus eius, tali equidem paſſione vexatus eſt vſque ad completas, tunc denique totus fuit extenſus, ſed manebat vt ad exitum ſpiritus: quod quidam noſtrorum Odo nomine ſeniorum cernens, tactus dei fiducia & validus corpore, iacentem qui fuerat claudus, ſeminecem arripuit, & ante S. Petri altare depoſuit. Poſt modicum deinde ſpatij, vt ad ſe homo redijt, memoratus ſenior cœpit eum deducere, quaſi mater docens eum incedere. Senioribus autem hinc laudes Ieſu bono pſallentibus, omne ſuburbium accurrit, & tantus in eis ardor excreuit, vt quaſi ſaluato-

rem Dominum noſtrum præſentem intuerentur, quiſque certaret ſacro altari deferre munus. Qui vero hæc ignorans ſuperueniebat, & nil præter indumentum quo tegebatur detulerat, continuo illud offerebat Deo & ſuis apoſtolis pro amore Bercharij ſui martyris. Nequaquam ex toto poſſumus exprimere, quam vehemens gaudium extitit ipſo die, ſed lachrymarum vbertas quæ à monachorum gaudio procedebat, & occurſus populorum quo affluebat, teſtimonium perhibuit, quod paraliticus de quo lectum eſt in euangelio preſens...... Vnde tantus odor hinc emanauit, vt ex multis partibus ante noctem multa plebs aduenerit, & à partibus campaniæ & de Barro ſuper albam, de cuius parte videlicet de vico qui Salex vocatur quædam cæca affuit nomine Lamfendis, quæ continuo promeruit lumen, & hæc pro tanti muneris deuotione, ſacrum excepit velamen, quod vſque ad obitum magnifice geſſit. Conuenit etiam magna multitudo debilium videlicet, cæcorum, claudorum, ardentium aliorumque infirmorum, ex quibus plures, viſus, greſſus, extinctionis, variæque ſanitatis gratiam adepti ſunt, nemo tamen extitit aliorum, qui non aliquod ſentiret remedium. Is vero Girardus, per plures annos in hoc loco manſit, deinde monachalem habitum accepit.

Aliud Miraculum.

Altera die Rainardus quidam de villa car-

cerali corte astitit, cui totus dexter iam arserat pollex. Hic athletam carissimum Domini Bercharium inuocauit ad subuentionem, & mox adipiscitur arsionis extinctionem.

Aliud Miraculum.

Crispiacus villa quædam dicitur, sita in confinio castri Breonensis & Syluæ Deruensis, hæc ab antiquo latronum extitit altrix, vt pote admixta syluæ, quæ immensa circumquaque diffusa, præbet huius studij hominibus grata latibula. Istius itaque villæ miles quidam Berterus nomine, cum suorum conplicium turma clanculum adgressus villam quandam super maternam fluuium in comitatu Pertensi, maximam inde suum multitudinem adduxit. Hos insequuti viri ipsius regionis, nequaquam valentes adtingere, per hanc reuersi villam, ab hominibus huius S. martyris sues suos cœperunt exigere, adserentes eorum ductu se eos amisisse. Istis vero hæc contradicentibus, sese illic adfirmant reuersuros, nichilque in omni hac villa relicturos, verum neque S. Bercharij corpus. Plurima ergo insanissime comminata diem statuunt reuersionis, interim obligantes sacramento omnes colonos supradictæ Pertensis regionis, ad direptionem huius loci. Tandem statuto tempore simul conuenientes elegerunt 700. ex tanta multitudine, iubentes cæteros ad propria remeare, validiores septingentos vt diximus,

Crespy.
Briene.

retinentes non causa alicuius nostrorum timoris, sed ad ostendendam magnitudinem suæ potestatis, sibique præfecerunt quendam virum nomine Badinum. Prænuntiatur huius ecclesiæ fratribus, vnde perterriti sunt non modice, hinc quoque amplius angebantur, quoniam aberat Domni Berengerij abbatis venerabilis præsentia: deuotissimus etenim Deo abbas VVillermus S. Benigni Diuionensis ecclesiam religione & parietibus per auxilium Brunonis Lingonensis episcopi miroopere innouauerat, ad cuius dedicationem prædictum patrem sibi familiarissimum inuitauerat. Fratres itaque quod solum repererunt consilium, legatione directa hostes vt quiescerent orauerunt, promittentes reuerso patre, die statuto se suosq; omne eis ius legaliter exhibere, ipsi interim psalmis & orationibus S. martyris notum flagitantes auxilium, signorum ecclesiæ sonitu notificabant suo paruissimo populo, hostium aduentum. Aduersarij autem humillima fratrum legatione spreta, ac quia inde sæuiores effecti cum fremitu valido appropinquantes, occupauerunt collem quo nunc habetur vinea prope ecclesiam S. Remigij, quem ob pugnam inibi factam, hactenus incolæ, castellionem vocitant. Ruricolæ vero nostri fere 20 animati spiritu Domini fractis obstaculis quibus detinebantur à monachis, eorum verentibus interitum, paruipendentes multitudinem hostium, pug-

tiam inituri, in eos irruunt superuenientibus à foris eorum auxilio septem equitibus, tunc temporis in hac villa habitantibus, nam cæteri equites & famuli diuersa petierant, causa obsequij fratrum & abbatis. Itaq; antequam conuenirent, densitas fumi ingens inter vtrosque apparuit, quod cernentes aduersarij paucitati nostrorum neglexerunt occurrere, sed baculos quos omnes tantæ multitudinis cum lanceis gestabant, super eos iactantes, vt puluerem æstimauerunt consternere: Deus autem qui suorum seruorum seruos animauerat in rebelles suos, meritis S. martyris ab ipsa baculorum grandine omnes ita reddidit illæsos, vt neminem eorum tetigerit tanta fustium multitudo. Hac defensione nostri alacriores effecti, continuo se miscentes aduersarijs, supra scriptum ductorem illorum necant, ruentibus cæteris, vt folia arborum vento tempore hyemis: Ita B. martyris auxilio viginti septem virorum impetu cedentibus septingētis, sylua proxima quam sibi rebantur auxilio fore fugientibus, causa perniciei cœpit furore Domini imminente existere, nam frondes vndique super eos cadentes plurimos vulnerabant, multos interficientes, quidam autem gemitu morientiū, casu ramorum vel foliorum adeo terrebantur, vt magis certarent se fruticibus inserere, quam iter fugiendi arripere. Stupore igitur tantæ vltionis circumquaque territi, huius ecclesiæ aduersarij, haud paruo tem-

poris ſpatio paſſi ſunt quieſcere familiam eximij protectoris Bercharij.

Aliud Miraculum.

Frater quidam Hugo nomine dictus, cuius mirificam viſionem ſimulque pia merita pijſſimę Dei genitricis Mariæ, S. quoq; Bercharij martyris ab ipſius inferorum clauſtris manifeſtam liberationem ſcribere conamur loco ..\... ſub ſtrenúa monachorum diſciplina, puer Deo fertur oblatus, cui à primis annis viuere vt libuit, maiorum religio prohibuit, ſed diuerſis artium exercitijs non mediocriter inſtruxit, & eorum rectos actus volens nolenſue, ſecutus eſt, vſque in tempora iuuenilis ætatis, quando vt illa fert ætas nimis diſſolute vt libuit viuere quæſiuit: Sed quia religionis vſus talia prohibendo compeſcuit, exoſum tenuit quod pie amare debuit, fratrumque cum quibus fuerat altus collegio poſt habito, fugit Cathalaunũ. Hui' tunc vrbis pontifex Gibuinus, agnita eius ſcientia, gratanti eum benignitate retinuit, impellens eum ad renouanda opera ſuæ eccleſiæ, quæ erant obnubilata multorum temporum vetuſtate, ſuarum opum ei tribuens fruendi liberum arbitrium. Ille vero dum huiuſcemodi mortalis vitæ gloria fruitur libere, vltra modum cœpit obliuiſci futuræ: ſed amator benigniſsimus, qui omnes vult magis ſaluos fieri quam perire, mirabiliter reuocauit laqueis mortis deuinctum miſericordiſsima ſua pietate: nam prædictus

antiſtes cuius vtebatur ſuffragio, ad conſecranda moenia templi SS. apoſtolorum Petri & Pauli, ſanctique Bercharij martyris, cuius prima fundamenta vt præmiſimus venerandus Aſſo abbas locauerat ire diſponens Deo ordinante ſecum duxit hunc ſibi familiarem. Itaque prudentiam ſtudiorum huius auditu percipiens honorandus abbas Berengerius cum ſuis, ingenti ſupplicatione impetrauit ab ipſo eum ſibi dimitti. Redeunte autem pontifice ad propriæ ſedis cathedram prædictus abbas fratreſque hunc ſibi fauorabiliter relictum, in remoto diuerſorio cum ſibi neceſſarijs manere conſtituerunt vbi ad votum cuncta ei etiam ſuperflua (quod dictu graue eſt) miniſtrantes, formam crucis dominicæ iubent vt nouerant eum poſſe, formoſe componere: Sed ſaluator ſeculi qui lauit crimina mundi, non paſſus eſt, impune formari imaginem ſui vultus ab eius neglectis manibus, quem longanimi tolerantia iam expectauerat diu: nam componens effigiem crucis, dum formoſe in ea ſculperet imaginem redemptoris pro redemptione omnium patientis, acri langore correptus ad extrema perducitur. At vero oppreſſus ſupplicio vix tollerabili, lachrymoſis ſupplicationibus auxilium fratrum implorare cœpit, vt eum quam citiſsime habitu monaſtico renouarent, ſub quo cnofitebatur ſe vixiſſe vt lupum ſub ouina pelle fraudulenter. Fratres ergo, eius vehementiſsime an-

gustiæ compatientes, diuersorium in quo languens decumbebat compleuerunt lachrymantes, ac feruenti charitate quod petierat, concesserunt regulariter. Inuidus autem omnium bonorum & seductor animarum diabolus, cernens miserum iam reformatum indumentis dudum stolide spretis, diu conquestus iniurias sibi inlatas ab ordine monachorum sacro eiq; odioso infremuit in eum, renouans per multa machinamenta dolosum ac multiplex ingenium. Mox itaq; cum inmensa dæmonum turba, duo adsunt teterrimi, qui barbarico impetu irrumpentes domicilium ægri moliebantur si foret possibile violenter abstrahere miseram animam à corpore. In quorum contentione dum fierent moræ, Deo protegente, vnus alterum arguit cur inducias darent pro qua venerant animam rapiendi, cui cum responsum opponeret, quod præclarissimus Dei martyr Bercharius, cuius sacra ossa inibi tumulata venerabantur, eum protexerat, alter se non posse respondit, quoniam videret eum munitum viatico corporis Christi, & defendi precibus monachorum ipsius martyris Bercharij. Sed dum prolongata altercatione, horrifico strepitu terrerent miserum, subito & mirabiliter ipsi ægro patienti cernentique hæc omnia apparuit manus sola, quæ eis ineffabili misericordia fecit diuiduum atque aufugium, sic imperiosa Dei auctoritate liberans viribus defectum: Beata si quidem

Dei genitrix

Dei genitrix & vere Beata omni refulgens pietate, dum pijssimis auribus attenderet quærimonias fratrum exitum ægri orationibus præmunientium, non distulit mittere vnici protectionem ad sustentandam imbecillitatem infirmi. Ipsa quoque Archangelorum Domina non multo post venit, sua benigna pietate manifeste visere dissoluta menbra infirmi, ne raperet malignus, quem sacro sanguine suo Iesus Christus eius redemerat filius: nam in titulo crucis qui stabat ad pedes artificis decumbentis, subito visus est illucessere globus æthereus lacteis inuolutus circulis, & condecoratus per designata loca radiantibus stellis. Hic visus est mirabiliter Deo cooperante in binas partes diuidi, eiusque in medio cœlestis regina subtili & ineffabili veste fulgere vt nulli foret dubium genitricem Dei esse: in cuius apice, dum tam sancta micaret beatitudo, descensum fecit per mediam crucem à summo vsque ad imum strata via auro residens quia domina in filij solio. Tunc fratrem non minus attritum, grauissimis langoris tormentis quam dæmonum insidijs, virgo pijssima talibus dignata est roborare alloquijs. Ecce miser homo meis & famuli sui Bercharij precibus, filius meus ad misericordiam flexus, tibi pœnitentiæ indulsit tempus, vt ad locum in quo DEO & sanctis eius oblatus fuisti rediens, vitam deinceps vt expedit corrigas. Hæc dicens protensa manu misericor-

diæ perturbato dæmonum agmine,cum erexit & reliquit bene se habentem,ac quæ pertulerat conspexeratque astantibus flebiliter referentem.

Aliud Miraculum.

Feriatus quidam dies fuerat, vel sicut qui illius temporis supersunt plurimi protestantur, sacratissimi Iesu Christi martyris Laurētij sollemnitas, totum orbem gaudio repleuerat. Qua die quidam homuntio miserandus nesciens sibi sed irrationabiliter vti asinus viuens, messis campum quo immitteret falcem,ingreditur,dumque insisteret incisioni, vnus ex manipulis intrinsecus manui affirmatur, quem nullo modo valuit abijcere, quoniam nec manum apperire poterat, neq; vnam ex spicis quas duricies manus articulis impresserāt expellere quibat. Angustia itaq; ingenti perterritus, ad mansionem gressus dirigit, gestans vicinorum gregi admirationem, & Dei rebellium inobedientiæ ostentaturus confusionem. Vicinorum itaq; animatur consilio, ac diuersa iubetur circumire loca sanctorum. Expetijt S. Mametem Lingonis monachorum gemmam,& martyrum glorioso agmine septum Desiderium, simulque cœlestes Geminos cum innumerabilibus circumquaque sanctorum meritis. Deinde perlustrauit Trecis sanctorum martyrum Sauiniani & Patrocli sepulchra, cum cæteris multis quos enumerare longum est, inter quos vt in cœlo lucifer, coruscat felix

Lupus antiſtes. Hi autem & alij ſanctorum ſpiritus ſicut ante conſpectum diuinitatis ſummæ audierant deliberatum quoniam alterius officium exiſteret, exaudire diſtulerunt huius hominis preces. Verum Ieſus noſter qui agmen ſuorum magnificat, huius appulit ſua pietate animum quatinus non infimi martyrum Bercharij efflagitaret ad hanc neceſſitatem merita: dum enim vollens intrare cortem, veniſſet ad pontem qui de parte pratorum venientibus præbet ingreſſum, ſupraque conaretur aſcendere, veſpertinale ſignum ilico forte ſonuit, atque anguſtiatus homo ſic ore clamauit. Senior S. Berchari, ſuccure huic meæ neceſſitati. Ad hanc vocem manus relaxatur, ac ſpicæ cadunt humotenus, quas collegere conſequentes, & cum homine lætificato ſenioribus perferunt, quos dum cantare habebant veſpertinales hymnos, cœperunt pſallere matutinales, ſiquidem, Te deum laudamus. Spicæ autem ad huius rei teſtimonium multo tempore in hac eccleſia pependerunt, & in loco vbi ceciderunt inuito portatore, vſque ad hæc noſtra tempora crux erecta manſit. Milo nomine quidam miles terram de theſauro S. Petri in Baldulficorte vt cauſa aduocationis teneret inuaſit, quam magis comprimebat, quam defenſabat. Multotiens ſuper hoc abbatis iuſſu ammonetur à ſeniore, cuius prouidētia theſaurus regebatur, ſed dum nullam honori ſuperno reuerentiam pertulit, febre

valida corripitur : cum autem ex nulla parte posset remedium excipere ad B. patris Bercharij veniens subsidium, se confitebatur reum & inuasionem possessionis non facturum: mox ab infirmitate conualuit, & post aliquantum temporis relicta, complectitur prædictus dolor ac amplior eum arripuit, & vt prius promissa emendatione ante sanctum se reddidit culpabilem & assecutus est sanitatis gratiam: veritas namque dixit qui quærit inuenit. Is mortem prosequebatur & repperit, nam tertio beati martyris bona absorbuit, & triplex dolor eum contriuit. Coactus ergo restituit sancto quod inuaserat, & iureiurando non facturum amplius promittebat: Deus autem vt scriptum est, ne ab eo deinceps derideretur, viuendi finem illi largitur: antequam vero moreretur, mandauit vt misericordiæ patris corpus suum ferretur, quod & factum est, & intra ecclesiam sepultus. Recipiens ecclesia res suas solide possedit vsque ad hæc nostra tempora, donec vt plurima Stephanus eas dolo obtinuit. Locus piscinæ quo impius Daguinus velut occultandum quod S. Bercharium percusserat deiecit cultellum, priscis temporibus adeo obliuioni erat traditus, vt in recta humo par esset totius claustri planitiei ac prato, neque aliquis valde seniorum ipsum perfecte nouerat. Extitit autem vir quidam in ipsis aquitaniæ partibus à quibus extitit oriundus sæpe memoratus prouisor no-

ster Bercharius, qui mulctatus cæcitate angebatur non modice, assiduis precibus petens misereri sibi à Deo omnipotente. Monetur itaque per somnum, vt S. Bercharii in saltu Deruensi adiret cœnobium, ibique perquireret, quo proiectum natauerat eius occisionis ferrum, certus ex ipsius aqua sibi lumen posse restaurari cæcitate depulsa. Hac visione animatus predictus cæcus iter iussum ingressus hoc ad monasterium peruenit, narrans quæ sibi fuerant dicta fratribus ac abbati: qui retulerunt se nescire certius locum vlla ostensione antiquorum. At ille plenus fide obsecrat vt duceretur intra claustra, indicareturue sibi locus cognitus vel aliqua fama. Quid multa? veniens ad locum, fodere terram manibus cœpit. Huius fratres cernentes fiduciam animi, vocatis famulis iusserunt vt ipsa humus foderetur ei. Nondum mensura trium pedum in profundo terrę effossa fuerat, & ecce cæcus manum ad fossam applicuit, & terra humida orbes oculorum liniens, mox diu desideratum recepit lumen. Nocte quadam dum vnus fratrum custos videlicet ecclesiæ lecto menbra reclinasset, cœpit intra se cogitans reuoluere, si sancti corpus quod super debilem materiam iacebat, casu inde cecidisset, ingens peccatum omnibus adesset: hinc timore perculsus eadem hora à lecto egreditur, summa cum deuotione pręparatus, ad sanctum altare ascendit, & B. patris ossa super ipsum depo-

fuit: qui fusa oratione & amota casus sollicitudine, dormitum cum accepta securitate vadit. Cui mox adest B. pater Bercharius, & baculo quem tenebat manu sicuti narrare solebat, cum fremebundo vultu tangens eum vocauit. Quem prædictus custos aspiciens tremendo interrogat. Quis es tu Domine? Ad quem beatus cum increpatione hæc intulit. Ego sum ille, cuius super creatoris & saluatoris nostri Domini Iesu Christi mensa corporis composuisti cinerem. Ergo propera surgens, & inde corpus meum ad priorem transuehito locum. An nesciebas quod vbique regnet Domini nostri potentia, & super timentes se illius semper sit custodia? Ex hoc idem senior excitatus, sanctissimos artus in priori laco pro iubentis relocat imperio: & quia tempus noctis vrgebat, somno potiturus iterum reperit cubile. Tunc secundo venit ad eum benedictus pater Bercharius dicens: quia simplici mente hæc fecisti, & vt sacra curares iussum fuerat tibi Abbatis tui, cessum est seueritati: vnde confitens hoc illi reuela, simul castigatione adsumpta, nequaquam tale aliud præsumas. Vicus est quidam non longe ab hoc monasterio, cuius nomen nunc designare non cupio, qui non raro habitatore colebatur, & omni vbertate: in quo quidam extitit sacerdos, cui ea intentio assurrexit, vt de hoc patre nostro ac protectore Berchario reliquias deposceret, & in eiusdem vici basilica reconderet, quod

ſua perquiſitione diffidens aſſequi, ad tanti negotij ſupplementum copulauit ſibi quendam in hoc ſuburbio manentem clericum, quemque ſi non propalo nomine, tamen cunctis notus agnoſcitur familiaritate. Itaq; obtentis reliquijs preſbiter detulit, & in prędicta condidit eccleſia. Nocte igitur ſequenti is qui compos repedauerat, & clericus qui impetrator fuerat, clementi per viſum correctione percelluntur audientes quod tanti patris benedictione, indignum oppido excepiſſent ſupreſſerant inde non per Dei imperium. Secunda ſiquidem nocte admonentur denuo, & tertia dum fuere ammoniti, pro nihilo ſunt arbitrati. Ecce poſtquam fuere à ſomno excuſſi, tanta eos inquietudo peruaſit, vt in die nulla eis accederet comeſtionis delectatio, & nocte dum protinus oculis admiſiſſent ſomnum, ambobus aderat quidam horror, quo ad requiem non ſinebantur niſi momento vnde acrius attererentur. Igitur dum per dies octo tali detinerentur tormento, perſona clericalis preſbyterum coactus petijt, viſa & perpeſſa pandit, qui rurſus eadem ſe confitebatur patientem, ac percunctatur congruum huius calamitatis remedium: Vnde illorum neuter nihil ſalubrius quicquam arbitrantes, benedicti patris quam quod redderentur pignora: ſecundus quamquam cũ enormi reddidit mœſticia. Clericus ea deinde ſuo adhuc differens loco reſtituere, recondidit intra monaſte-

Locus mutilus.

rium: domum ergo reuertitur, optata vt iam salute potiretur, sed eodem testante amplius solito priori perturbatur incommodo: aliquantis namque diebus his angustiis compulsus, indicat seriatim æditio, quidquid sibi accidisset cum presbytero, & quidquid solus præsumpsisset, quamque nunc proinde maceratur atrociter. Quid vltra? verissime credito mihi multotiens est vt reciperentur oratum, quam primo vt largirentur quæsitum. Redditur vtrumque & B. patris memoria quæ vsque hodie seruatur seposita: & perditæ sanitatis officium, ostentans hominem sanum. Itaque post dierum paucitatem villę Domini hostes combusserunt basilicam, ac deinde post aliquantulum temporis euelluntur, ab ipso etiam vico, incolæ, suarum merito quarundam præsumptionum.

Aliud Miraculum.

Pleraq; antiquitatis monimēta huius conuētus mentionem faciunt, sed qua de causa indictus, & quid in ipso actum fuerit, non exprimūt.

Gloriosus rex Robertus, apud villam Aireyas nomine noscitur cōcilium habuisse, vbi cum innumeræ plebis multitudines, diuersi vtriusque sexus, ætatis concurrerent: ad cumulandam quoque populi proficiscentis deuotionem, plurima Sanctorum corpora à fidelibus viris aduehi cœperunt: inter quorum veneranda pignora, seniores nostri de sacro patroni nostri corpore, non ignoras detulere reliquias, cōuenienter in feretro ad earum translationem præparato. Factum est autem vt super quodam comite Landrico nomine, nostri seniores facerent ob prædia

B. protectoris nostri quæ comes prædictus inuaserat proclamationem: vnde indignatus, pretiosissimi patris reliquias diripere cogitabat, autumans in feretro esse sanctissimum corpus sicut nostrates exterius testificabantur. Non ergo regis potentiam veritus, quoniam ipse rex mitissimus præ cunctis existebat, & magis mansuetudine quam feritate suos vincere cernebat: idcirco direptionem S. corporis perpetrare satagebat: quatinus non reddendi occasionem haberet iniuste peruasa, cum possideret hæredem simul & hæreditatem. Post vero tanta spatia itineris, venerunt ad aquam quæ vrmuntio dicitur antequam ad castrum Florentini accessissent inuenere transitum difficilem, nam crepido laticis profunda reperitur, & pons etiam soli homini strictissimus, ideoq; equites ad transfretandum excipere non audebant, ne forte ab humeris eorum laberetur: pedites vero qui solebant ferre pro strictura pontis non quibant conducere, quoniam minus 4 peditibus feretrum ferri non poterat. Ergo dum meditari vellent, qualiter illius amnis transirent cursum, metus eos inuadebat, ne hostis persequeretur dum ob feretri onus equites & pedites aqua proturbaret. Tunc per ammirabilem patrem & protectorem nostrum, antiqua & diuinitus iussa replicantur miracula: nam sicut dictum est portitores & secutores reliquiarum sancti, multum & diu turbarentur vnus ex eis

velut quondam Moyses eos adhortatus est dicens. Eia charissimi commilitones & beatissimi huius Domini nostri deuotissimi seruientes, pedibus transeamus per aquam, securius transferentes tam preciosissimæ mercis pondus nostris humeris. Ad illius exortationem & Dei nostri iussionem relinquentes pontem, & ex his quatuor pedites collo feretrum apponentes, transierunt per prædictum amnem. Cum autem vsque ad renes in fluuio fuissent, & absque impedimento egressi sunt, & amplius exsiccati quam fuissent ingressi, reperti sunt. Vnde non solum ex nostris orta est exultatio sed & ex his qui nostrorum comitatui se iunxerant magna laudatio. Cucurrit & iam non parua multitudo audientium & ex vicis circumiacentibus ad hoc miraculum. Tempore quodam extitit ita hominum pergrandis mortalitas, vt plurimi vno in die vno in loco obirent. Factum est vt hac de causa vtriusque dignitatis homines, sanctorum quærerent suffragia, vnde multi patris optantes adminiculum petiere vt eis perducceretur eius sanctissimum corpus. Inter quos quædam potens persona obtinuit legatione sua, vt super Blesam deferretur, quo procederet ipse obuius comitante populorum multitudine. Glorificandi patris illo delata sunt menbra vbi vndecunque & populi multitudo, & aduenientium irruit magna deuotio. Prædictæ personæ dum præstolare-

tur aduentus, remandauit non licere ſibi obuiam exire, facerent de reditu quod ſeniores vellent. Sancto tamen duabus illic noctibus custodito, & à confluentibus venerabiliter ad adiutorium ſibi inuocato, quique rediere in ſua: ſed occulto Dei iudicio illi ad octo dies fuit terminus vitæ. Relatis itaque artubus ſancti, venit intentio villæ ruſticis, vt vbi ſanctum manſerat corpus ad memoriam tantæ benedictionis quam per ipſius merita ſenſerant, ſignum Dominicæ crucis configerent: nam ſancti cinere aduecto fugit ipſa hominum mortalitas. Parata eſt materia cuius onere boues 10 onerati fuere. Coloni aduenere, crucem erexere ſed eleuata apparuit in tranſuerſo. Quod cernentes ruſtica manus ingemuit & eorum vnus magna voce intonuit. Si vere tanti patris huc fuit corpus delatum iſtius crucis dirigam lignū: ſicque directum eſt & quod omnes nitebantur, ille ſolus conſtituit. Nequaquam recordor qua pro cauſa deuotio compulit quod cuncta congregatio eccleſiam S. Mariæ quæ eſt Summaueræ petijt, ac illic patris glorificandi Bercharij geſtauere menbra, perrectum eſt enim ſexta feria pentecoſtes. Finita autē oratione, poſt antiphonam quę inchoatur ad introitum eccleſiæ, dum cœpit vulgus aduentare munera ferens ad altare, mox ingens aduenit ventus, cum quo ſurrexit turbo eximius, Verum multitudo populi quæ foris eccleſiam remaſerat, quoniam non omnis

introire valuerat, cum huc illucque aufugisset pro turbine, quædam mulier cæca inibi remanet quæ continuo lumine est donata. Deinde nostri seniores, dum pro more vellent psallere rogationum preces, clamor attollitur pro re gesta populi qui modulamina & preces cantatorum, cœgit vertere ad iubilamina laudum. Nam vt surrexerunt ad clamantes omnes dicere. Te Deum laudamus & applauserunt intonare. Ecce sancta Dei mater propalauit seculo, quam sibi purissimo vel castissimo affectu martyr Dei ac prouisor nostri Bercharius seruiuit eius filio. Ipsa quoque imperiosa genitrix, merito deprecationem pauperum anticipat, quæ totius pietatis enixa est fontem, ac antequam me inuocetis, dicam vobis ecce adsum promittentem. Nam propter sui fidelissimi serui & nostri benignissimi Domni Bercharij amorem, non est passa diu clamores sufferre populi, post tanti itineris laborem: fœlix grex & populus quibus pater talis & pastor tribuitur. Finita deinceps hymnorum canoritate, & missa ingenti cum veneratione Dei ministrum ac nostri prouisorem retulerunt lætantes qui aduenerunt gementes ad propriam sedem.

Textus corruptus est.

Aliud Miraculum.

Miraculum quod patrum nostrorum relatione cognouimus fuisse patratum à bono patre nostro Berchario temporibus priscis, quodque nostra ætate & si dissimili modo,

pari tamen virtute & merito factum præsentibus vidimus oculis,nosse optantibus velut poculum vini optimi propinamus: vt modernis id ipsum si deuotio fidelium poposcerit,& opportunitas temporum exegerit,non ambigatur posse fieri in futuris. Nostra ætate ab ipsis fere gloriosę dominicę resurrectionis diebus vsq; in natali SS. Apostolorum Petri & Pauli, vt credimus peccatis mundi huius exigentibus, cœli facies pretendebatur ænea,& terra indurauerat vt soliditas ferrea, adeo vt hæc bina elementa mortalibus intentarent mortem, exhibentia minime quæ oportet exhiberi ab eis oportuno tempore. Hoc igitur infortunio non modice pauefactis omnibus maiores natu plebis huius ecclesiá in vnum conglomerati, expetunt Domini abbatis Brunonis præsentiam, postulantes concedi sibi B. patris Bercharii corpus quatinus liceret eis per agros suos & confinia famulari baiulatione illud circumferre, vt suo sancto interuentu propitiatio cœlestis subueniret afflictis. Tali ergo prece efflagitatus immo euictus domnus abbas cum senioribus, annuit eis insumpsitque id fieri prænominata die SS. Apostolorum Petri & Pauli. Veniente autem die huiuscemodi insumptionis explicitisque matutinorum iubilationibus apostolicæ sollemnitatis, cum præcepto Domini abbatis, quidam é fratribus deposuerunt feretrum continens celestem margaritam de loco pau-

ſationis vt acclamanti populo exhiberetur, vt præſcriptum eſt baiulandum. Liquet huic martiri noſtro tūc competiſſe, quod de quibuſdam ſanctis dicitur, quia linguæ eorum claues cœli factæ ſunt, nam eadem nocte cœpit cœlum nubibus obnubilari, & pluuiæ guttas terris infundere. Sed ne glorificatio tanti luminis habitantibus noſtra ætate in domo Domini occuleretur, ſed magis in propatulo exhiberetur, luceſcente aurora poſt crepuſculum, ſol rutilus iubar ſuum mundo huic pleniter inuexit. Hora autem tertia qua creditur Spiritus Sanctus fidelium mentes impleuiſſe ſua gratia, aſſunt multi populi in atrio & in eccleſia, in foro & per platearum compita obſecrantes vt reſpiciente eos de cœlo diuina miſericordia, geſtare mererentur patris ſui menbra ſanctiſſima, geſtandoque impetrare de tribulatione tunc præſenti ſuffragia. Tunc munus Domini optatum tandemque collatum ſuſcipientes à fratribus, egrediuntur eccleſia. Læta cateruatim currit plebs corde fidelis, nec deſunt patres nec matres nec iuniores. Portatur pater S. per ſeruorum ſuorum confinia pulſanſque pro eis prece ad valuas ſublimis miſericordiæ, confeſtim obtinet poſtulata, pro baiulantium ſemetipſum inopia. Mira canam verbis, optoque tradere ſcriptis. Cum autem à fratribus & populis præeuntibus & ſubſequentibus pater S. portaretur iterum cœpit obducere omnipotens cœli faciem

nubibus atris, & quasi minaretur & diceret velle se pluere sed differre ne baiuli sui dilecti cum obsequentibus impedimentum obiiceret. Tandem expleto itinere deuotæ processionis cum ambitum templi replesset populus, & facto silentio pulsatisque signis concentores imposuissent introitum missę apostolicæ sollemnitatis, ecce respectus misericordiæ cœlestis, qui demisit largitatem suæ benignitatis. Nam duritia cœlorum benignum suscepit à secretioribus imperium: rorem mittens dulcifluum, quo resoluta nubium tenacitas in largitate: diu negatam terræ infudit abundantiam: terraq; frugum suarum desideranti plebi parturiuit copiam. Tantis ergo ac talibus tamque euidentibus miraculis, refrenat, concludit obstruxit Dominus ora loquentium aduersus iustum iniquitatem in superbia & in abusione, largiens magna multitudine dulcedinis suæ quod absconderat timentibus se.

EXCERPTA EX MARtyrologio Ecclesiæ Deruensis.

QVarto Non. April. Apud Cæsaream Cappadociæ, passio S. Theodosiæ virginis, quæ Diocletiani tempore vltro se confessoribus socians, in custodia tenta & nihilominus in equuleo cruciata,

Dei virtute est de vinculis, aquis bestijs eruta, nouissime martyrium, capitis abscisione compleuit: & post multum tempus, corpus eius multa deuotione deportatum est Deruo monasterio à fratribus loci, & magno debitoque honore locatum, & ibidem diuina dispositione quiescit, pie petentibus adquiescens salutis suffragia.

PASSIO S. THEODOSIÆ habetur in vetustis libris dictæ Ecclesiæ, eiusque tale est exordium.

TEmporibus illis Diocletiano quater, & Maximiano tertio Consulibus, orta est persecutio Christianis, quo tempore vasa Dominica persecutionis titulo probabantur. Adueniens igitur Vrbanus præses in ciuitatem Cæsareæ prouinciæ Palæstinæ, multos pro Christi nomine comprehendit confessores, eosque iubet in carcere claudi, audiendos proxima sessione. Cum iussisset sibi tribunal parari, vt confessores Dei audiret: tunc virgo quædam nomine Theodosia, nobili familia exorta in seculo, inæternum futura nobilior, quæ erat annorum circiter decem & octo, vultu & aspectu decora, mente & proposito illustrissima, suis parentibus vnica, &c.



CATALOGVS EPISCOPORVM TRECENSIVM, CVM BREVI RERVM AB EISdem gestarum descriptione.

Auctore NICOLAO CAMVZAT Tricassino.

DE S. POTENTIANO

primo Trecensi antistite, primordijs, incunabulis & antiquitatibus, cæterisque Trecensis Ecclesiæ rebus memoratu dignioribus.

CHristi Domini apostoli; post eius in cœlestem sedem ad dexteram patris opt. max. ascensum; & S. Spiritus missionem & descensum, vt sibi demandatum, spargendi in totum terrarum orbem diuini verbi, & euangelij annuntiandi munus exequerentur; interiectis aliquot annis, nonnullos discipulos aliosq; vt in remotissimas sese regiones conferrent, & pura eloquij cœlestis semina, infidelibus ethnicorum sulcis mandarent, impiumque idolorum cultum funditus euerterent, diuino prorsus consilio selegerunt. Tunc apo-

ſtolici ordinis coryphæus & ſignifer D. Petrus Sanctiſſimis viris Sauiniano & Potentiano ex numero 72 diſcipulorum prouinciam eundi in galliam commiſit, in eamque profecti ſunt, circiter annum à ſalutari Chriſti ortu quinquageſimum, & recta in Senonenſem ciuitatem antiquiſſimam, & celeberrimi nominis conceſſerunt: in qua cum præconum verbi euangelici officio aliquandiu functi eſſent, & plurimos, præeunte eiuſdem S. Spiritus gratia, ad chriſtiani inſtituti puritatem, reiecta vana Deorum gentilium ſuperſtitione, vocaſſent: idem Potentianus cum Serotino ipſius diſcipulo, Tricaſſes catholicæ fidei annuntiandæ gratia deſtinatur, vt in actis eorum martyrij legitur his verbis. *Potentianus & Serotinus vrbem Trecaſsinam indubitanter adeuntes protecti ſunt Domini voce qua dixerat. Ecce ego mitto vos &c. edocentes per plurimos dies paganorum infidelium plebes, ex quibus ad baptiſmi gratiam non paucos peruenire fecerunt. Cum vero iam ad baptiſmum populi conflueret multitudo, in honore & memoria apoſtolorum Petri & Pauli, intus in vrbe eccleſiam paruo opere Domino conſecrauerunt, & in eadem ex conuerſis fidelibus miniſtros praeeſſe ſpecialiter elegerunt.* hæc ibi. Sed tanti negotij tamque fœliciter inchoati progreſſum, Montanus tunc Comes Trecenſis impediuit & remoratus eſt: vtrumq; enim dicta ciuitate exire compulit, ſicque Senonas ad S. Sauinianum protopræſulem ſe receperunt, vbi martyrij palma inſignes, non multo

post ipsum, in æthercam beatorum domum euolarunt. Qui autem Trecis in christianam militiam nomen dederant, & catholicam fidem susceperant, in eiusdem exercitio, vt par erat, firmissime hærentes, & ampliori numero in dies excrescentes, sub dominatu principum, acerbissimorum christiani nominis hostium vixerunt. At rerum duobus fere seculis gestarum memoria plane intercidit, nec vlla prorsus extant tam longi temporis monimenta, ad imperium vsque Aureliani, sub cuius impotenti principatu, an. videlicet 275. Patroclus, Sauinianus, Claudius, Iustus, Iocundinus & Iulia virgo alijq; plures, in suburbano agro Trecensi, grauissimos martyrij labores, excelso inuictoque animo subierunt: quoquidem tempore vt eiusdem D. Patrocli memorat historia, florebant Tricassibus, Eusebius archipresbyter, & Liberius Diaconus: vnde facile colligere est, sæuientibus etiam & debacchantibus grauiorum persecutionum procellis, fideles pastorum ope & ductu non fuisse destitutos, aut derelictos à sacerdotibus, qui ecclesiasticam politiam, diuersis ministrorum in ea constitutis ordinibus religiosissime conseruarent & sustentarent. Grauiter sane, & ægro animo dolenda, tot monumentorum nobis ereptorum iactura, quod vnum efficit, vt res innumeræ sempiterna hominum memoria dignissimæ, perpetua obliuione sepultæ iaceant. His igitur prætermissis quæ nobis in

Baron. in annal. sub an. 275.

notitiam non venerunt, ad cætera quæ huius capitis præsefert titulus & extructionem metropolitanæ ecclesiæ Tricassinæ, Diuis Petro & Paulo consecratæ, orationis cursum deflectam, quæ admodum veneranda est, cum ob antiquissima sacratæ substructionis fundamenta, tum quod ab ijs, augusta consecratione inaugurata sit, qui Christi mortalis inter mortales degentis, congressu & cosortio vsi fuerant. Erectionis autem huius templi narratio, non solum supradictis actis, sed traditione quadam ad nos, perpetua quadam serie & velut per manus transmissa est, & testata posteris relinquitur, quæ & disertis verbis expressa habetur in diplomate amplissimarum indulgentiarum quas Leo 10 summus pontifex eidem ecclesiæ liberalissime impertiuit, ex quo quidem decerpsi sequentem periodum. *Cupientes vt ecclesia Trecensis, quæ sicut accepimus in honorem B. Petri apostolorum principis ab exordio exerescentis fidei, vt à maioribus traditum est & pie creditur, per B. Potentianum fundata extitit, ac inter alias ecclesias regni Franciæ, præsertim Comitatus Campaniæ insignis existit &c. Datum Bononiæ an.* 1515. 18. *Cal. Ianua.* Quæ cum ita se habeant vt retuli, argumenti ratio postulat vt illud annectam, nimirum ante 600. annos, & circiter an. 980, dictam ecclesiam in latius ampliusque spatium propagatam fuisse à Milone præsule Tricassino: itemque ab Herueo etiam episcopo anno 1208, cum ipsa eccle-

ſia fortuito incendio pariterque Tricaſſ. ciuitas concrematæ fuiſſent an. 1183 die 23. Iulij ſicut Robertus monachus S. Mariani Antiſſiod. notauit in ſuo chronico his verbis. *Plurima quoque ignium clades per Gallias acciderunt, quæ plurimas vrbes & oppida plurimum attriuerunt: inter quas Antiſsiodori pars maxima, tam diuitijs quam ædificijs amplior atque inſignior in vigilia S. Mariæ Magdalenæ, ſubita incenſione conſumpta eſt. In craſtinum eiuſdem feſti, Trecæ ciuitas populoſa, referta opibus tectis ampliſsimis, repentina conflagratione fere funditus eſt euerſa. Celebrabantur ibi tunc nundinæ, in quibus diuerſas congeſſerant opes, qui de diuerſis partibus confluxerant inſtitores. Ita vero de nocte ſubitum emerſit & inualuit vorax incendium, & circumquaque ventorum turbine raptabatur, vt dum volunt vnuſquiſq; vel ſua vel aliena eripere, aut eos interciperet flamma, aut quæ ſeruare voluerant, deſererent exurenda. Facta eſt perinde ineſtimabilis rerum deperitio, & periere quamplurimi medijs ignibus intercepti. Epiſcopalis eccleſia tegulis plumbeis decenter operta, illo tunc incendio conflagrauit. Necnon & S. Stephani baſilica quam Henricus comes fundarat, & dotarat reditibus, aurique & argenti & ornamentorum varia ſuppellectile adornarat, perijt & cum ea tota illa ornamentorum inſignium congeſta varietas.* hucuſque Robertus. Antiquis etiam literarum monumentis conſignatum eſt alio caſu conuulſam ac dirutam fuiſſe prædictam eccleſiam, cui rei fidem aſtruit Gregorij 9 bullata charta, cuius ea eſt clauſula. *Cum igi_*

tur Trecensis ecclesia nuper tenebroso turbine conuoluta, concussis 4 angulis ab imis corruerit fundamentis, quodam yconio & Sanctorum in ea quiescientium thecis, miraculose seruatis illæsis, quia ruinam tam miserabilem quisque misereri tenetur
An. 1229. *&c.* Datum Perusij 4 Id. Septemb. An. 3. Eiusdem vastitatis & subuersionis mentio est in Cardinalis Romani quodam rescripto, cuius talis est scriptura. *Romanus S Angeli Diaconus Cardinalis apostolicæ sedis Legatus &c. Cũ igitur B. Petri Trecens. ecclesia quam nuper repentinæ casus ruinæ deiecit, nobili opere ac sumptuoso consurgat, nec ad eius reædificationem propriæ suppetant facultates, nisi fidelium eleemosynis adiuuetur. Datum apud S. Dionysium in Francia.* 11. *Cal. Decemb. An.* 1228 *Pontif. Gregorij* 9. *an.* 2. hæc ibi. Insuper scriptum reperitur, idem augustum delubrum, aliqua parte sui fuisse labefactatum an. 1389 vt indicant hæc verba ex libro obituum ipsius ecclesiæ desumpta quæ sic habent sub Die 11. Ianu. *Obijt D. Stephanus Gueverti sacerdos & canonicus, qui dedit* 100 *Francos, qui expensi fuerunt in Rameya ecclesiæ, quæ ceciderat vigilia Natiuitatis Domini An.* 1389 Paulo ante scilicet An. 1365. memoratæ ecclesiæ campanile, violentissimo ventorum impetu & grauissimo turbine concussum corruerat, quod Caroli 5. regis literæ non obscure signant hoc contextu. *Karolus Dei gratia Francorum Rex &c. Notum facimus vniuersis quod cum nuper, videlicet die mercurij ante festum Assumptionis B. Mariæ virginis vltimo præteri-*

tum, insurgente à casu quodam turbine, seu vento horribili & validissimo, campanile ecclesiæ cathedralis S. Petri villæ nostræ Trecens. quod campanile prædictum ex elegantissima forma & splendore sui, nedum dictam ecclesiam sed etiam totam villam decorabat, ex impetu & impulsione violenti & validissimi venti seu turbinis supradicti ruptum & præcipitatum, ceciderit, propter quem casum non nulla ædificia, quæ corpus huiusmodi ecclesiæ sustinebant, diruta & destructa extiterunt. Datum Die vltima Augusti An. 1365. huc vsque regiæ literæ. Huius autem sacræ basilicæ structura & fabrica, nunquam tot partibus, tot numeris absoluta fuit, quot hodie visitur, quæ nec mole nec ornatu, splendore & magnificentia metropolitanæ Parisiensi ecclesiæ, cuius sibi tutelam Deiparæ virginis cura vindicat, quidquam concedere videtur: adde quod augustissimis complurium Sanctorum reliquiis ornata & locupletata est, quarum indiculum in vetustis ipsius ecclesiæ libris contentum, in calce descripturus sum. Nec vero id silebitur, ipsius ecclesiæ campanile quale hoc tempore conspicitur, restitutum fuisse & excitatum anno 1436. Sed & superioribus adiicere lubet, sacrum corpus D. Helenæ virginis, quod etiamnum integrum & omnibus menbris compactum est, Chorinto Achaiæ capite, in dictam Trecensem ecclesiam an. 1209 à nobilibus Francogallis, qui Constantinopolitanum imperium, sub suum iugum miserant traiectum & illatum fuisse.

Nec ita multis ante annis, eadem ecclesia sacratum dentem D. Petri Apostoli, ab Henrico Campaniæ Comite munificentissime donatum, summa cum veneratione exceperat nec non verticem seu coronam capitis S. Philippi apostoli datam à Garnero, qui in eiusdem ecclesiæ puppi sedens clauum tenebat an. 1205 quoquidem anno in prædicta expeditione Constantinopolitana, cuius principes & duces secutus fuerat, é vita migrauit. Est vero dictum caput argentea theca, auri bracteis exterius inducta, imagunculis & sigillarijs subtiliore artificio elaboratis insignita iuclusum, in cuius circuitu hi versus incisi sunt.

Si mihi pro pretio rubet aurum, gemma diescit,
Intus quod capio, pretij commercia nescit.
Petre tuo denti, capitique Philippe dicatum
Vas ego: dens summa, caput, ima parte locatum.
Hunc Roma captum, Comes hic Henrice tulisti
Hoc Grecis raptum, Præsul Garnere dedisti.

Præterea in dictæ ecclesiæ sacrario seruatur paropsis ex lapide iaspide ab eodem Garnero episcopo missa, argenteo margine cincta, in quo characteribus græcis insculpta sunt hæc verba metrice conscripta.

Καὶ πρὶν ὑπηρέτει το τρύβλιον δεσπότῃ
Κείνῳ, μαθητὰς ἑστιῶντι τοὺς φίλους
Καὶ νῦν ὑπουργεῖ τοῖς μεγίστοις δεσπόταις,
Μαρτυρεῖ τὸ δῶρον εἰσειργασμένον

Versio latina.

Et prius seruiebat catinus Domino

Iste, discipulos conuiuio excipienti amicos:
Et nunc seruit placando Domino,
Testatur hoc donum in id inductum & factum.
Eidem ecclesiæ 40 canonici sacris officiis celebrandis, & diuinis laudibus cotidie decantandis deseruiunt, quo numero comprehenditur præfectus prioratui S. Georgij de gannayo diœcesis Trecens. qui ex cœnobio D. Quintini Bellouacensis dependet. Is in templi adyto sedile obtinet,& præbendę fructus annuos,quos maiores appellitant, quiq; canonicis, antiquo more debentur, qui antelucanis paschalis solemnitatis officijs interfuerint, precipit : aliis etiam emolumentis nonnullis & nummariis distributionibus fruitur,sicut continetur in veteri dictę ecclesiæ codice qui pillosus liber dicitur sub An. 1349. fol. 10. pag. 2. tali sermone *Item sunt in ecclesia Trecensi 40 præbendæ, adiuncto Priore de S. Georgio, qui percipit in ecclesia Trecensi vnum grossum prout vnus canonicus, & debet scribi in tabula inter presbyteros ad septimanam presbyteri faciendam. Et si sit præsens in choro quando facit septimanam suam, percipit distributiones quotidianas prout vnus canonicus in dicta septimana tantummodo, & in omni alio tempore est exclusus.* Verum ne quid silentii velo obtegatur quod huc spectare videatur, inserendæ hic sunt literæ, quæ cum ab Episcopo Philippo, tum à dictis canonicis coniunctim in gratiam dicti cœnobii concessæ sunt, è carthulario eiusdem cœnobii depromptæ, quarum hæc est

series & contextus.

CARTA FVNDATIONIS prioratus S. Georgii de Gannayo Trecens. diœces.

Philippus Dei gratia Trecensis Episcopus, præsentibus & posteris salutem. Quoniam apud nos Ecclesia B. Georgij apta erat diuino seruitio, placuit fratribus S. Petri ponere in ea Regulares Canonicos, quatinus & Deo seruirent deuotius, & alios exemplo bonæ conuersationis incitarent. Illis ergo attendentibus diuersas congregationes istius Ordinis, refulsit Ecclesia B. Quintinj Beluacensis, ex cuius veneranda religione locus S. Georgij posset illustrari. Domno itaq; Yuone Abbate Trecis in Capitulo B. Petri residente hæc ratio approbata est ex vtraq; parte, vt fratres S. Georgij à B. Petro sua teneant, à B. autem Quintino regulam, in quaquidem si offenderint illius sit ecclesiæ, aut aliquid in eis corrigere aut aliquem ex eis transmutare. Si autem aliquis aliquod terrenum aduersus eos proclamauerit ad iusticiam veniant in manu Petri eos vndique patrocinantis. Verumtamen si forte euenerit eam Ecclesiam ad aliam transire regulam, ista illi nullam extunc habeat subiectionem. Huic autem conuentioni interfuerunt fratres Ioannes Decanus, Golbertus Archidiaconus, Guido Archidiaconus, Theodorinus Archidiaconus, Arnulphus Cantor, Hubertus sacerdos, Berlandus sacerdos, Petrus Leuita, Cõstantinus Leuita, Gitardus Leuita, Gildardus leuita, Fros-

Hic Yuo postea fact' est Carnutens. episcopus.

mondus Subdiaconus, Hugo Subdiaconus, Gilduinus Subdiaconus, Odo subdiaconus, Ansellus Subdiaconus, Iacellus Cancellarius manu propria scripsit.

DONATIO VNIVS praebendæ ecclesiæ Trecensis, facta cœnobio S. Quintini Beluacensis.

PHilippus Dei gratia Ecclesiæ Trecaßinorum episcopus, totius ecclesiæ filijs regulariter viuentibus & victuris futuræ perfrui regula beatitudinis. Est fratres carißimi, inæstimabilis meriti nos ea quæ Dei sunt construere, quia nimirum immensi periculi ea nos (quod absit) destruere: habet enim se ad vtrumque iusticia, vt bene agentibus reddantur præmia, male autem operantibus debita supplicia. Operemur bonum ergo ad omnes, maxime autem ad eum qui omnium Dominus est, quatinus ad vtrumque feruens dilectio nostra, qui facit vtraque vnum copulet nos, caritatis obsequio. Et quoniam redemptor noster redemptionis nostræ pretium non aliud misericorditer dedit quam semetipsum, à nobis quidem est ei reddendum, non aliud magis quam nos ipsos ad tantæ pietatis commercium, quatinus redempti pretioso sanguine ipsius, pretiosa redemptione mereamur per ipsum diuinæ maiestati assistere. Veruntamen quia nimium nos ipsa premit mortalis infirmitas, perfectos etiam terrena inhabitatio multum aggrauat, curandum est vnicuique summopere pro viribus, Sanctorum patrocinia con-

quirere, vt qui diffidimus ex merito nostro, ad spem misericordiæ subleuemur, eorum interueniente auxilio. Quapropter Ego Philippus Dei omnipotentis cuius nutu sum Episcopus Trecensis, horrendo iudicio vehementer perterritus, duxi maxime mihi necessarium in cœlesti palatio procurare patronum, illum scilicet martyrem, beatum inquam Georgium: eius itaque cuidam ecclesiæ quam pluribus miraculis Dominus ad laudem gloriosi Martyris dignatus est sublimare, Ego quidem ad eius promerendam gratiam & ad eiusdem loci fratrum humilitatem in ecclesia S. Petri concedo præbendam integram atque perpetuam, vt sicut filia alactatur á matre, sic ecclesia illa consoletur ab vberibus consolationis nostræ. Et quoniam quæ ab Episcopo fiunt in ecclesia, assensu clericorum stabilienda sunt, ne forte peruersa posteritas aliquid contra ius malignetur imposterum: auctoritate sigilli nostri, sigilli etiam capituli B. Petri collaudantibus quod feceram communi fauore canonicis confirmo & corroboro. Seruitium autem huius prebendæ, ita reddetur vt ipsi apud nos septimanam suam faciant, vel fieri faciant ab aliquo Sacerdote ex parte nostra. Confirmo etiam eis nominatim ecclesiam B. Mariæ de Druto seu ab antecessoribus meis siue ab alijs benefactoribus suis, vel in futurum iuste & canonice possessuri sint, firma & illibata eisdem permaneant Super aduersarios autem huius priuilegij immitto anathema nostri officij, anathema inquam maramata quod non dissoluetur per infinita secula, Actum est hoc Anno ab Incar. Dom. 1090, Indict. 14. Regnante Rege Francorum Philippo, & me Philippo Trecensi Episcopo, 4. Non.

Ecclesia S. Georgij de Gannayo miraculis illustrata.

Martij, residente in Capitulo B. Petri. Nomina fratrum qui affuerunt & laudauerunt hæc sunt, Normanus Præpositus, Gisbertus Archidiaconus, Petrus Archid. Guido Archid. Ioscelinus Archid. Hugo Archid. Ioannes presbyter atque Camerarius, Berlamus Presb. atque Decanus, Brochardus presb. Hubertus presb. Odo Cantor, Constantinus Diaconus, Petrus Diac. Ramerius Diac. Hilduinus Diac. Girardus Diac.

LITE POSTEA MOTA

inter Capitulum Trecense, & Abbatem S. Quintini, ratione fructuum prædictæ præbendæ, per iudices à Summo Pontifice commissos decisa est in hunc modum.

EGo N. B. Quintini Beluacensis Abbas, vniuersumque eiusdem ecclesiæ capitulum, notum fieri volumus omnibus ad quoscunque litteræ præsentes peruenerint: quod cum inter nos, & canonicos B. Petri Trecensis quæstio mota fuisset super minutis partitionibus supradictæ ecclesiæ, quas nostras esse vendicabamus, ratione vnius præbendæ quam habemus in eadem ecclesia, & aliquandiu agitata fuisset: tandem coram Domino Parisiensi & Magistro Petro Cantore Parisiensi, quibus in eadem causa summus pontifex vices suas commiserat, de partium assensu in hunc modum est amicabiliter sopita. Sane cum prior noster S. Georgij qui fructus præbendæ illius percipere consueuit, singulis annis Mauricio.

ratione præbendæ prædictæ, sicut & alij forinseci canonici C. solidos persolueret, gratia pacis à præfatis canonicis est statutum: Vt de prædictis C. solid. Prior S. Georgij 40 tantum solidos annuatim persoluat, totam integritatem præbendæ percepturus, sicut & alij eiusdem ecclesiæ canonici præter prædictos 40 solidos, & exceptis minutis partitionibus. De minutis enim partitionibus, hoc inter nos & ipsos canonicos est statutum, quod sæpedictus prior tempore hebdomadæ suæ, quam in prælibata ecclesia facere consueuit, in 4 festis annualibus tantum, natali videlicet, Pascha, Pentecoste & in festo B. Petri, sicut vnus de alijs canonicis, eam quæ se continget percipiet portionem, alias quantum ad minutas partitiones nihil penitus percepturus. &c. annus autem quo hæ litteræ scriptæ sunt, minime signatus est in autographo. At ne quid amplius desiderari possit, hoc etiam superioribus accedet, canonicos nimirum dictæ ecclesiæ, episcopi Tricassini iurisdictioni non subiacere, sed ab ea prorsus exemptos & immunes esse: quod G. Parui episcopus an 1524 suis literis peculiariter agnouit. Iidem etiam canonici, iuris dicundi potestatem, plenamque authoritatem in suis septis obtinent, quæ ipsis à Comitibus campanis concessa est: neq; cuiquam nisi eisdem canonicis, paucisque aliis fas est in augustiori & primario adyti altari missarum solemnia celebrare, nec ius episcopo est canonicatū in eadem ecclesia potiri. Hoc vnum præterea obseruandum superest præfatis canoni-

cis olim præfediſſe præpoſitum, quæ dignitas An. 1167 ſublata & extincta eſt: & maximæ quondam authoritatis & eminentiſſimæ poteſtatis fuit, vt liquido conſtat ex eo titulo qui eius ſuppreſſionem complectitur: & videtur is qui eam prouinciam ſuſtinebat, quaſi aduocati munus in dicta eccleſia obijſſe, ſi attentius iura quibus vtebatur conſiderentur, quæ memoratus titulus ſigillatim percenſet. Aduocati autem qui vulgari & gallico vocabulo, *Aduoes* dicebantur, antiquitus eccleſijs & cœnobijs à regibus præficiebantur, erantque tanquam procuratores, œconomi & adminiſtratores eccleſiaſticorum prouentuum. Ex eo autem tempore dictæ ſuppreſſionis, ſemper Decanus præfuit ſæpedictis canonicis, qui eum, cum illius obitus ſedem vacuam reliquerit, ſuffragijs ſuis dicunt declarantque, quodquidem Prætoriano Senatui placuit, qui ipſam dignitatem litigioſam inter Iac. Guilemet à capitulo electum, & Io. le Gruyer à Rege nominatum eidem Guilemet adiudicauit An. 1557 die 29. Octob. At ne quid videar non ſatis certis indicijs teſtatum in medium adferre, obſignatis agam tabulis, & authentica inſtrumenta, quæ ſupradictorum fidem indubitatiſſimam faciant & confirment, è ſcrinijs dictæ eccleſiæ eruta, ſingulatim producam.

DOMINICA DIE INFRA festum Ascensionis, in ecclesia Trecensi fit festum S Reliquiarum in ea existentium, quarum elenchus pro lectionibus legitur hoc modo.

INcipientes ab ipso fonte & origine sanctitatis D. N. Iesu Christo, qui in Sanctis suis semper gloriosus existit, munera pretiosa quae habemus ab ipso, cum gratiarum actione referamus in publico. De sanguine & capillis eiusdem D. N. Iesu Christi, de S. ipsius inconsutili tunica, de S. eiusdem sudario & sandalijs; de sacrosancta corona spinea, ipsius capiti dum pateretur imposita: de signo salutifero viuificae crucis, de spongia cum qua eidem acetum cum felle mixtum Iudaei porrexerunt, de lapide eius sanctiss. sepulchri, de arundine cum qua caput ipsius incussum est, & de pane sacratiss. coenae eiusdem, scutellam quoq; sanctam in qua in coena eiusdem gloriosum cum suis Discipulis cibum sumpsit. De capillis pretiosis B. & gloriosae genitricis eius Mariae. Laudemus igitur eandem gloriosam virginem & matrem cum filio suo, & praescripta eximia & deuota solicitudine custodire & venerari curemus. Pollicem dextrum cum quibusdam ossibus, & partem cilicij venerabilis praecursoris Domini & Baptistae Ioannis, quo inter natos mulierum maior attestante Domino nemo surrexit. Dentem quoque B. Petri Apostolorum principis, in cuius honore ista fundata est Ecclesia, Caput S. Philippi Apostoli, &

partem

partem reliquiarum beatorum Apostolorum Thomæ, Bartholomæi, & Andreæ, & crucis eiusdem. Totum Corpus B. Sauiniani martyris, & pretiosum talentum costarum beatorum sociorum & martyrũ Sauiniani Senonensis archiepiscopi, Altini & Potentiani istius Ecclesiæ deuotissimi fundatoris, cum parte colli eiusdem Altini beatissimi: Costam inuictissimi Dei athletæ Laurentij, cum alijs ipsius corporis reliquijs; Rochetum fœlicissimi Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi quo indutus erat cum per martyrium transiuit ad Christum: & quædam ossa & alias multas Sanctorum Stephani Papæ, Stephani prothomartyris, sociorum S. Mauricij, sanctorumq́; Galli, Eustachij, Agapiti, Theopisti, Theopistæ, Eutropij, Christophori, Panthaleonis, Ferruci, Columbani, Firmini, Cosmæ & Damiani martyrum pretiosas & copiosas reliquias: dentem quoque B. Blasij episcopi & martyris, & partem brachij B. Georgij martyris. Veneremur etiam pretiosas & inestimabiles margaritas corporum beatorum Episcoporum Trecensium, Vrsi, Cameliani, Prudencij & Pauli, in presenti ecclesia integre quiescentium: Sed & venerabiles & gloriosos antistites, Nicolaum, Martinum, Amandum, & Vlbianum Ierosolimorum Episcopum, & Sanctissimos Confessores, Theobaldum, Helynum & Maculphum, qui istam suis pretiosis reliquijs decorauerunt Ecclesiam. Vere etiam venerari condecet Sacratissimarum virginum Helenæ & Mastidiæ Sanctissima corpora, quibus integris, Trecensis purpuratur Ecclesia: & pedem cum alijs reliquijs B. Margaretæ virginis & martyris, cum Sanctis reliquijs Helenæ matris egre-

gia Imperatoris clariss. Constantini: & alia multa plurimorum Sanctorum Apostolorum, martyrum, Confessorum atque virginum pignora gloriosa, quæ longum esset per singula præsenti scripto propter multitudinem comprehendi, sed nomina eorum scripta sunt in cœlis.

LITERÆ COMITIS
Hugonis, de libertate claustri canonicorum.

Aduertat lector ecclesiã Trecensem SS. Apost Petro & Paulo dicatam, titulo etiã S Saluatoris hic insigniri, ob sacellũ eiusdẽ S. Saluatoris, quod in ea extat augustissimũ, ibidem enim extra ctum fuisse oratorium à S. Lotẽ-

IN nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis, Ego Hugo Comes Dei gratia Trecensis, post vulnerum meorum nimis difficilium afflictionem, & eorumdem Deo medicante euasionem, perpendens me in pluribus diuinam gratiam offendisse, pœnamque prædictam peccatis meis exigentibus me iuste promeritum, attendens longe maiorem promeruisse, de collato mihi beneficio à Domini benignitate videlicet de reddita mihi sanitate proposui in conferendis beneficijs aliquibus ecclesijs Domino gratias reddere, & quia bonum desiderium lætus debet comitari exitus, testante B. Augustino, Qui Dominum orat vt bonis principijs meliores adiungantur exitus, quod in interiori meo votis dispesueram, exhibui effectibus. Dedi igitur ecclesiæ Trecensi B. Petri & S. Saluatoris libertatem domorum Canonicorum, videlicet vt nemo præsumat deinceps eas violare, propter furem ibi repertum, nec aliquo modo extrahere ipsum, sed liberum permittere in manu atque nutu canonicorum, nec mensuram vini sine annona

quamuis falsam accipere ibidem, neque inde extrahere aliquid violentia, nec etiam fugitiuum aliquem: nec omnino à canonicis pro re aliqua, neque à domibus eorum exigere aliquam consuetudinem. Seruientes etiam qui viuent de proprio victu canonicorum ita liberos efficio, vt etiam si mercatores fuerint, nullam mihi prorsus vel meis faciant consuetudinem & nullum pro mercatura soluant teloneum. Quod si forte clamor fiat de aliquibus prædictorum seruientium nemini respondeant neque in ius veniant nisi ammonitione canonicorum. Quid plura? nullum prorsus mihi vel meis faciant seruitium. Præterea tres seruientes, qui custodiunt commune bonum Canonicorum videlicet Cellarius & Grenetarius atque Maior eadem libertate, quæ data est prædictis seruientibus à me donantur, & de quocumque officio viuant, nullum teloneum, nulla prorsus consuetudo mihi vel meis ab eis persoluatur. Decimam etiam mei telonei huius ciuitatis, supradictis præbeo canonicis ad constituendum aliquid in ecclesia B. Petri & S. Saluatoris, hac conditione vt nihil inde redigere ad proprios vsus liceat episcopo siue canonicis. Huius rei testes sunt Milo episcopus, Raynaldus præpositus, Girardus, Petrus, Goscelinus, Drogo, Anselmus Archidiaconi, Golfredus dapifer, Guido de vuangeruco, Galcherius defirmitate, Comes Andreas de Rameruco, Ebrardus de firmitate Andreas de Baldamento, Pontius de mareyo. Actum Trecis Anno 1104. *ab incarnat. Dom.* 4. *Non. april. Indict.* 12. *Residente Richardo Cardinali in supradicta Ecclesia in synodo, Præsente Manasse Remensi archiepiscopo, Manasse Suessionensi*

tiano & Serotino, primis Christianæ doctrinæ in agro Tricassino præconib⁹ traditione quadam ad nos vsq; delata pie creditur.

Episcopo, Hugone Cathalaunensi Episcopo & multis alys comprouincialibus episcopis. Præsente etiam Lamberto Senonen. Archiepiscopo Iuone Carnote si Episcopo, Ioanne Aurelianensi Episcopo, & multis alijs comprouincialibus Episcopis, Præsente quoque Radulpho Turonensi archiepis. Mabrodo Redonensi Episcopo, & multis alijs comprouincialibus Episcopis, Regnante Philippo Francorum Rege, Milone Vrbis Trecorum Episcopo existente, Hugone eiusdem Comitatum obtinente. Qui id temporis nempe An. 1104. Tricassinæ ecclesiæ præerat antistes, Philippus appellabatur, nec suppetit mihi vlla ratio cur Milo nominetur in supra scripto titulo, cuius typus in archiuis dictæ Ecclesiæ triplici sigillo signatus adhuc extat: nisi forte binominem fuisse ipsum Episcopum quis astruat.

LITERÆ EXTINCTIONIS Præposituræ.

IN nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Ego VVillelmus Dei gratia Carnotensis electus, Henrico Trecensi episcopo, totique eiusdem ecclesiæ Capitulo imperpetuum. Quoniam ea quæ ad profectum & notitiam futurorum peruenire debent, inserere scriptis, antiquorum consueuit auctoritas, Ego Vuillelmus eorum exempla imitari dignum arbitrans, dispositionem inter D. Trecensem Episcopum & Capitulum, & me eiusdem ecclesiæ Præpositum de præpositura factam, memoriæ scriptorum mandare

curaui. De Domini itaque episcopi Trecensis, & vniuersi capituli consensu, meaque concessione statutum est, quatenus præbendam meam integram, & ecclesiæ Trecensis præposituram cum integritate honoris, dignitatis, & potestatis in electionibus videlicet, cum iustitia claustri & domorum inuestitura cum etiam feodorum iure sicut hactenus me habuisse dinoscitur, quoad vixero, vestræ vniuersitatis concessione libere & quiete possidere, & ea quæ ad ius claustri pertinent, per procuratorem eiusdem, scilicet ecclesiæ canonicum mihi gerere liceat. Iustitiam autem terræ, & omnium dispositionem exteriorum, & eiusdem præposituræ redditūum perceptionem, quæ propria voluntate mea, & pietatis intuitu, ad consolationem fratrum, capitulo Trecensi misericorditer resignaui, exceptis 20 libris quas pro redditibus præposituræ vestro consensu mihi retinui, quæ singulis annis de redditu ecclesiæ S. Remigij, in natiuitate Domini 10. lib. & 10. lib. in Pascha sine dilationis obstaculo mihi persoluentur: Eidem vtique capitulo pro voluntatis & vtilitatis suæ arbitrio, exercere, administrare, & disponere amodo licebit. Hoc quoque nihilominus præmissis annectere curans, quoniam de mea concessione, & communi vestra voluntate, quod post decessum meum, nullus mihi substituatur præpositus immutabiliter vna decreuimus: & decretum nostrum tam iusiurandi vestri religione, quam præsentis scripti mei attestatione firmauimus. Vt autem hæc omnia firma semper & illibata permaneant, præsentis scripti munimine, & sigilli mei authoritate roborare dignum duxi. Huius rei testes sunt &

actores Henricus Trecensium Comes, Henricus Trecensis Episcopus, Petrus Decanus, Manasses Archidiaconus Galterus Cantor, Odo Archidiaconus, Guerricus Archidiaconus Radulfus, Stephanus Giraudi, & Stephanus Lupus, presbyteri Magister Vuillemus Rainaldus, Diaconi, Haicius de planceyo Manasses de Pougeio, magister Stephanus Roeelinus subdiaconi Anselmus de Triagnello, Mathæus Senonum præcentor Hilduinus Remensis Vicedominus, Magistri Petrus & Robertus, & alij quam plurimi, Actum est publice in Capitulo Trecensi, Anno ab incar. Dom. 1167.

DIPLOMA ALEXANdri 3. quo non licet electo vel episcopo retinere prębendam, vel redditus ad capitulum pertinentes.

ALexander Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs Decano & Capitulo Trecensi Salutem & Apostolicam benedictionem. In his quæ ab apostolica sede requiritis & pro ministerio nostro & pro deuotione vestra hilariter debetis & efficaciter exaudiri. Ea propter Dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, & volentes vobis imposterum præcauere, presentium auctoritate duximus prohibendum: nequis vestrum, cum in episcopum electus vel consecratus fuerit, post consecrationem suam præbendam ante habitam, vel alios redditus ecclesiæ vestræ nisi quos ad ius episcopale constiterit pertinere, ad suos

vsus valeat retinere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam prohibitionis nostræ infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum, Datum Tuscul. 12. Cal. Maij.

BVLLA LVCII PAPÆ 3. qua inhibetur omnibus extraneis, missam celebrare in maiori altari Ecclesiæ Trecensis.

*Lucius Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs, * Ha. Decano & Capitulo Trecensis Ecclesiæ salutem, & apostolicam benedictionem. Ea quæ ad decorem domus Domini, & ordinis ecclesiastici respiciunt honestatem, apostolico fauore nos decet amplecti, & quæ propter hoc à viris ecclesiasticis laudabililer ordinantur, auctoritate nostra firmare, ne qualibet ex leuitate mutentur, & venustas ecclesiæ confundatur. Sane relationis vestra tenore comperimus, quod cum ecclesia vestra propter canonicorum insolentiam, qui nolebant ad presbyteratus ordinem promoueri, ignotæ personæ atque minus idoneæ passim ad celebrandum in maiori recipientur altari, insistente bonæ memoriæ M. quondam Episcopo vestro apud vos communi fuit assensu statutum, quod personis extraneis ab eiusdem altaris seruitio pœnitus elongatis, solis Abbatibus, * canonicis & matricularijs vestris & Priori S. Georgij,*

* Haicio.

* videlicet S. Lupi &

S. Martini Trecēs. qui bus etiam id iuris & priuilegij concessum est, vt in duab⁹ sublimioribus exedris o dei ad læuā in sācta ecclesia considean.

*qui habet in ecclesia vestra prebendam, in ipso altari diuina celebrare liceret, & ne pro ministrorum defectu diuina quandoque contingeret officia prætermitti, præter sacerdotes qui in ecclesia vestra maiorem locum habent & officium dignitatum, septem ad hoc canonici simplices fuere Presbyteri perpetuo deputati. Attendentes igitur quod ex hac ordinatione, honestius Deo seruitium impendatur, & ipsius ecclesiæ consulatur honori, & iustis postulationibus vestris grato concurrentes assensu, eandem ordinationem * sicut de communi assensu rationabili prouisione facta esse dinoscitur, ratam habentes, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Statuentes vt nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Velletri 4. Cal. Martij.*

Circiter an. 1183.

* Hac lege postmodum antiquata & noua 300. ab hinc annis inducta, hic numerus septenarius canonicorum presbyterorum ad quaternarium reductus est, & adhuc conseruatur anno nunc labente millesimo sexcentesimo nono.

SENTENCE RENDVE

au Baillage de Sens, par laquelle du consentement du Sieur Euesque de Troyes, les Chanoines de son Eglise sont declarez exemptz de sa iurisdiction.

A Tous ceux qui ces presentes lettres verront, Francois Boucher conseiller du Roy, Lieutenant general au Baillage de Sens, Commissaire, Iuge & gardien, donné & deputé de par ledict Seigneur aux venerables Doyen & Chapitre de l'Eglise S. Pierre de Troyes, membres & suppostz d'icelle, pour cognoistre & determiner au Siege dudit Sens, de toutes leurs causes & querelles meues & à mouuoir tant en demandant comme en deffendant, comme par priuilege Royal à eux octroyé & notoirement publié audict Siege peult apparoir, salut: Sur-ce que proces ait esté meu & introduict en c'este court, entre lesdicts venerables Doyen & Chapitre, & Maistre Claude de Lirey Prestre Chanoine prebendé en ladicte Eglise demandeurs & complaignans d'vne part: Et Reuerend Pere en Dieu Monsieur l'Euesque dudit Troyes en son nom & comme ayant prins la cause pour Maistres

Iean Collet ſon Official, Gruco Moynet ſon ſeelleur & autres ſes complices, & Martin Marie deffendeurs oudict cas dautrepart : Pour raiſon & à cauſe de ce que combien que leſditz de Chapitre tant en Chef que en membres & conſequamment ledit Lirey à cauſe de ſa prebende & Chanoinerie en ladite Egliſe, ſoient ſeullement ſubiectz immediatement auſditz venerables Chanoines & Chapitre, & par appel à Monſieur l'Archeueſque de Sens, ſans ce qu'ilz ſoient ſubiectz, ne iuſticiables en premiere inſtance ne autrement, en quelque maniere que ce ſoit audit Reuerend Eueſque de Troyes, ſon Official, ſeelleur, ſes vicaires, promoteurs, ne autres officiers. Ains exemptz de la iuriſdiction Eccleſiaſticque dudit Eueſque, dont ilz ont ioy & vſé, tant en Chef, que en membres, & en ſont en bonne poſſeſſion & ſaiſine de tel & ſi long temps, qu'il neſt memoire du commancement ne du contraire: en poſſeſſion & ſaiſine qu'il na eſté, & n'eſt loyſible audit Official, ſeelleur dudit Eueſque de Troyes, ou aultres Officiers de decerner citation contre ledit Lirey, ne autres deſditz prebendez en ladite Egliſe, pour reſpondre par-deuant ledit Official de Troyes en matiere perſonnelle, ne autrement, ne d'en tenir cour ou iuriſdiction, ne contraindre icelluy Lirey, ou autres deſditz prebendez à proceder pardeuant luy en ladite matiere ne à lexecuteur d'icele citation,

citer ledit Lirey, ou aultres desditz prebendez, pour respondre pardeuant ledit Official, à requeste dudit Martin Marie, ne aultrement en quelque maniere que ce soit. En possession & saisine si ledit Euesque de Troyes, son Official, scelleur, ou executeur de ladite citation, s'estoient efforcez ou efforçoient faire le contraire desdites possessions & saisines, de les contredire, empescher, & le tout faire reparer & remettre, tantost & sans delay au premier estat, & deü, par raison & Iustice, & combien que ledit Lirey, & lesditz de Chapitre de Troyes, en la qualité que dessus, prebendez en icelle Eglise Sainct Pierre de Troyes, ayent ioy & vsé desdites possessions & saisines, pour y estre maintenuz & gardez; Neantmoins les Officiers, dudit Euesque de Troyes, ou l'vn d'eulx à requeste dudit Martin Marie, s'estoient ingerez de decerner vne citation pour citer, à comparoir pardeuant ledit Official de Troyes ledit Lirey, Chanoine prebendé en ladite Eglise Sainct Pierre de Troyes, qui auroit esté executée, & si s'est ledit Official, efforcé cognoistre de ladite matiere pure, personnelle, à lencontre dudit Lirey, nonobstant ladite exemption en troublant parce & empeschant ledit Lirey, en s'esdites possessions & saisines, ensemble les prebendez audit Chapitre à tort sans cause induëment de nouuel, au moyen dequoy, & pour auoir reparation desditz nouueaux troubles, &

empeſchemens leſditz Doyen Chanoines, & Chapitre de Troyes, enſemble ledit de Lirey, auroient obtenu noz lettres de Commiſſion, & complainte en forme de maintenuë, & gardé, en vertu deſquelles ſe ſeroient faict maintenir & garder par certain ſergent Royal, es poſſeſſions & ſaiſines deſſuſdites, à lencôtre deſditz Eueſque de Troyes, ſon Official, ſeelleur, vicaires, promotteurs, executeur de la citation, enſemble côtre ledit Martin Marie, & pource que ledit Martin Marie ſe ſeroit oppoſé, ledit ſergent auroit aſſigné iour auſditz Marie, Eueſque de Troyes, ſe Officiers, & autres deſſusditz, pour dire par ledit Marie ſes cauſes d'oppoſition, que pour pluſ-amplemét veoir maintenir & garder leſditz venerables, & Lirey, es qualitez que deſſus én leurſdites poſſeſſions, & ſaiſines. Ouquel procés tant à eſté procedé, que finablement Iean Arrault, Procureur dudit Reuerend Eueſque de Troyes, tant en ſon nom, comme ayant pris ou prenant en main, le faict & cauſe pour leſditz Maiſtres Iean Colet ſon Official, Gruco moynet ſon ſcelleur, & autres ſes Officiers, auroit conſenty, les concluſions deſditz venerables & Lirey, en vertu de la procuration ſpeciale, à luy enuoyée delaquelle la teneur ſenſuyt. A Tous ceux qui ces preſentes lettres verront, Guillaume Bruyer, eſcuyer, licencier és loix, Preuoſt de Troyes, & Garde du ſeel de ladite Preuoſté, ſalut. Scauoir faiſons que parde-

dant Symon Mangenet, & Guillaume Rogier, clercs Notaires Iurez, & establiz à ce faire és Baillage & Preuosté dudit Troyes, de par le Roy nostre sire, Fut present en sa personne, Reuerend Pere en Dieu, Messire Guillaume Paruy, par la permission diuine & du Sainct Siege Apostolique, Euesque de Troyes, lequel tant en son nom que comme ayant pris ou prenant en main, le faict & cause pour venerables, & discretes personnes, Maistre Iean Coller son Official, Gruco Moynet son seelleur & autres ses Officiers, feist, ordonna, constitua, & establist ses procureurs generaulx, & certains messagers especiaulx, honorables hommes Maistre Iean Attault Procureur à Sens, Pierre Martin, Anthoine Guiot, ausquelz & chascun deux pour le tout portant ces letres ledit constituant donna & octroya, & par ces presentes, donne & octroye plain pouuoir auctorité mandement especial, & plaine puissance de pour & ou nom dudit Reuerend, constituant dire & declarer en certain proces, pendant en la cour du Baillage de Sens, entre les venerables Doyen Chanoines, & Chapitre de l'Eglise de Troyes, & Maistre Claude de Lirey, *alias* Boulanger Chanoine, prebendé en ladite Eglise, complegnans & demandeurs en cas, & matiere de saisine & de nouuellete d'vne part, & ledit Reuerend constituant tant en son nom que cõme ayant pris, & prenant en main le faict & cause pour

lesditz Colet, Gruco, & autres ses Officiers, deffendeurs auec vng nommé Martin Marie d'autrepart, que combien que puys an & iour ença eu esgard au temps, de l'introduction dudit proces, ledit Colet Official, ayt decerné ses lettres de citation, à requeste dudit Marie, à lencontre dudit de Lirey, icelluy faict citer pardeuant luy; & octroyé deffault contre ledict de Lirey, soubz vmbre qu'il ne sestoit presenté ne mis à laudience deuant le siege de l'asignation à luy donnée par ladite citation ou aultre dependent d'icelle, à raison de quoy lesditz venerables eux disans parce troublez & empeschez en leurs droictz, possession & ioyssance, ont intenté la complaincte dont c'est meü ledit proces, neautmoins veu les letres, & pieces exhibées par lesditz venerables audit Reuerend constituant signammant certain arrest de la cour de Parlement, donné entre lesditz venerables Doyen, & Chapitre d'vnepart, & l'Euesque dudit Troyes regnant le 21. iour de Iuillet l'an 1478. icelluy Reuerend constituant oudit nom, ne veult soustenir ce qui auroit esté faict en ceste partie par ledit Colet, & autres ses Officiers, & de consentir pour & ou nom d'icelluy Reuerend constituant qu'il soit dit, Iugé, & appoincté par le Bailly dudit Sens, ou son Lieutenant, & partout ailleurs ou il appartiendra que à bonne & iuste cause, lesditz venerables Doyen, & Chapitre ensemble ledit de Lirey, se sont

douluz & complainctz pour raison dudit trouble & empeschement, que à tort il à esté faict contre eulx & qu'il soit osté & leué à pur & à plain, à leur prouffit, & outre de consentir pour & ou nom dudit Reuerend constituant que iceulx venerables Doyen, & Chapitre tant en Chef que en membres soient dictz & declarez exemptz de la iustice, & iurisdiction dudit Reuerend & ses Officiers, & de metre à laudience dudit Reuerend & de sondit Official, etiam pour les cas mentionnez ou Chapitre *Volentes de priuilegijs in sexto* excepté toutes-foys en matiere de herezie & de la foy, & es cas esquelz vng diocesain peult de disposition de droit congnoistre sur les exemps de sa iurisdiction hors ez cas mentionnez oudit Chapitre *Volentes* sans parce deroger ne preiudicier aux aultres priuileges, ioyssance, possessions, & concordatz pretenduz par lesditz venerables, & audit cōstituant ses droicts, priuileges possessions, & deffenses au contraire de ce qui n'est consenty cy dessus, Et generallement de faire autel & autant surce que dit est & les deppendences comme ledit Reuerend constituant feroit & faire pourroit se present en sa personne y estoit iacoit ce que le cas requist mandement plus especial prometant ledit constituant par sa foy donnée en parolle de Prelat, la main mise au pictz soubz l'obligation de tous les biens temporelz appartenans audit Euesché, presentz &

aduenir lesquelz quant à ce il à soubzmis & obligé à toutes iurisdictions quelzconques, pour estre contrainct à tenir fermement, à tousiours tout ce que par lesditz procureurs, ou l'vn d'eulx surce que dit est & les deppendences sera faict dict procuré & besongné, payer ladiugé & ester adroit surce le mestier est en tesmoing de ce nous auons seelle ces presentes lettres des scel & contreseel de ladite Preuoste, par le rapport desditz notaires, auec leurs seingtz manuelz, ce faict le 25. iour de Ianuier, l'an 1524. ainsi signe G. Roger, & Mangenet, & seellées en double queüe de cyre vert. Scauoir faisons que nous oy ledit consentement & veües lesdites lettres de procuration, disons que à bonne & iuste cause lesditz venerables tant en Chef que en membres ensemble ledit Lirey, se sont doluz & complainctz pour raison dudit trouble & empeschement, que à tort il à esté faict contre eulx, lequel sera osté & leué, ostons & leuons au prouffit & ioyssement, desditz venerables & Lirey, & oultre auons iceulx venerables tant en Chef que en membres, declaré & declarons exemptz de la iustice, & iurisdiction dudit Euesque de Troyes, & de ses Officiers, & de mettre à laudience dudit Euesque & de son Official, *etiam* pour les cas mentionnez ou Chapitre, *volentes de priuilegijs in sexto*, excepté toutesvoyes en matiere de heresie, & de la foy, & es cas esquelz vng diocesain peult de disposition de

tion de droit cognoistre sur les exemptz de sa iurisdiction hors és cas mentionnez oudit Chapitre, *volentes* sans parce desroger ne preiudicier aux autres priuileges, ioyssance, possession & concordatz pretenduz par lesditz venerables, & audit Euesque ses droiz, priuileges pössesions, & deffenses au contraire de ce qui n'est consenty cy dessus despens compensez de leur consentement par nostre sentence diffinitiue iugement & adroit. Si donnons en mandement au premier Sergent Royal surce requis, mettre ces presentes à execution deüe en ce qu'elles gisent à executer auquel de ce faire donnons pouruoir mandons à luy estre obey. En tesmoing de ce nous auons seelle ces presentes du contreseel dudit Baillage, Donné & faict en iugement audit Sens, le 7. iour d'Auril en l'assignation de iudica l'An 1524. *Signé* Viardot.

ARREST RENDV AV grand Conseil, par lequel le Doyené de l'Eglise de Troyes est declaré électif, & non subiect a là nomination du Roy.

HENRY par la grace de Dieu Roy de France. A Tous ceux qui ces presentes lettres verrôt salut. Comme de la concession,

& octroy de certaines bulles de prouision du Doyenné de l'Eglise cathedralle de nostre ville de Troyes, obtenües par Maistre Iean Legruyer, de nostre cher & bien amé le Cardinal Caraphe lors Legat en nostre Royaulme, nostre bien amé Maistre Iacques Guillemet, Doyen & Chanoine de ladite Eglise, se fust porté pour appellant comme d'abbuz ensemble de l'execution d'icelles, & de tout ce qui s'en seroit ensuyui, & passant oultre par l'executeur desdittes lettres a l'execution réelle & saisie faicte des fruictz dudit Doyenne en eust ledit Guillemet appellé en adherant, & son appel releué en nostre cour de Parlement de Paris, depuis au moyen de ce que ledit Legruyer, auroit voullu pretendre ledit Doyené estre subiect aux cōcordatz, & en nostre nomination & soubz ce pretexte, obtenu placet de nous en vertu duquel il se fust faict pourueoir par ledit Cardinal Caraphe Legat, soubz vmbre de laquelle prouision auroit obtenu lettres de nous portans commission pour faire saisir lesdictz fruictz & dixmes apartenans audict Doyenné, surquoy seroient interuenües lesdictes appellations, lesquelles par erreur eussent este releuées en nostre-dicte court de Parlement combien que la congnoissance en apparticnne à noz amez & feaulx Conseilliers, les gens tenans nostre grand conseil, attendu qu'il estoit question d'vn benefice pretendu en nostre nomination, & pour faire deffen-

ses audit Legruyer, de ne faire poursuitte desdictes appellations, circonstances, & despendences, aillieurs que en nostre-dit grand cõseil, eust ledit Guillemet obtenu lettres de commission dudit conseil, du dernier iour d'Aoust 1556. en vertu desquelles auroiét este faictes lesdites deffenses & assignation à luy donnée en nostredit conseil, au 22. de Septembre ensuiuant oudit an 1556. la congnoissance desquelles appellations, tant de ladite saisie faicte par Maistre Noël Coiffart Lieutenant general en nostre Baillage de Troyes desdicts dixmes & fruictz, apartenans audit Doyenné, que desdites appellations, comme de la concession & octroy desdictes bulles, & prouisions obtenües par ledit Legruyer dudit Doyenné, complaincte dudit Guillemet, pour raison dudit Doyenné, aultres instances d'entre lesdictz Guillemet, Legruyer, & les Chanoines & Chapitre de ladicte Eglise de Troyes, eust este du consentement desdites parties retenüe en nostre dict conseil, par arrest d'icelluy du 17. de Nouembre oudit an 1556. & ordonné qu'elles viendront plaider sur le tout, au premier iour & par aultre arrest dudit conseil donne en audience entre icelles parties, le 24. de Nouembre oudit an 1556. eust esté entre aultres choses en faisant droict sur lesdites appellations interiectées par ledit Guillemet de ladite saisie & execution, desdites lettres ..... auoit este en tout & par tout mal

saisi, proceddé & executé, bien appellé par ledit Guillemet, & iceluy Legruyer condanné ez despens pour ce regard, & en ayant esgard à la requeste desditz Doyen & Chapitre de Troyes, les eust nostredit conseil, receuz parties au proces pour y desduire leurs interestz, ausquelz ledit Legruyer, pourroit respondre & lesdites parties appoinctées a produire, bailler contredictz & saluations & en droit, & quant alappellation comme dabbuz interiettée en audience par ledit Legruyer de l'élection dudit Doyenné, & cõfirmation dicelle faicte audit Guillemet a laquelle appellation nostre procureur general, & Legruyer eussent este receuz a conclure, & entant que touchoit l'appel comme dabuz aussy interiecté par ledit Guillemet, de la concession, octroy, fulmination, & execution desdictes bulles & prouision obtenues par ledit Legruyer, eust nostre-dit conseil ordonné que sur lesdites deux appellations comme d'abbus, lesdites parties & procureur general corrigeroient leurs plaidoyez, produiroient, bailleroient contredictz & saluations dans le temps de l'ordonnance & au conseil, & faisant preallablement droict sur la complaincte formée par ledit Guillemet, auroit este ordonné que lesdites parties escriroient par memoires à toutes fins pour y respondre, produiroient lesdictes parties, bailleroient contredictz & saluations dans le temps de l'ordonnãce & en droict, & eust

noſtre-dit conſeil ioinct leſdites deux appellations comme dabbuz a linſtance de ladite complainćte pour y faire preallablement droict comme de raiſon, auquel arreſt leſdites parties euſſent reſpectiuement ſatiſfait & ſurce que de la part dudit Guillemet, pour le regard de ladite complainćte euſt eſté dict que le Doyenné, de ladite Egliſe Cathedralle ſeculiere de Troyes, eſtoit vne dignité en icelle Egliſe ſoubz l'Eueſque, en laquelle dignité (quant vacation y eſchet) les Chanoines de ladite Egliſe, procedét a l'élection d'vn personnage capable, gradué & qualifié & de ce eſtoient fondez en droict tiltre & poſſeſſion immemoriale & ne ſe trouueroit que iamais y euſt eſté aultrement pourueu, ſinon par l'élection deſdictz Chanoines ou par noſtre Sainct Pere le Pape, qui auoit parcy deuant ordinairement conferé ledict Doyenné; ſans nomination de nous & noz predeceſſeurs quant il auoit vacqué par reſignation, mort, ou aultre eſpece de vacation, & en auoient les eleuz & collataires ioy paiſiblement, & ſilz auoient eſté inquietez ilz auroient obtenu; & n'eſtoit iamais aduenu autremét. Diſoit ledit Maiſtre Iacques Guillemet, que le dernier paiſible poſſeſſeur dudict Doyenne, auoit eſté Maiſtre Nicole Guillemet, par le decés duquel ledit Doyenné auoit vacqué, lequel Maiſtre Nicole Guillemet, en auroit eſté pourueu par noſtre Sainct Pere le Pape, par la reſignation ſim-

plement: faicte en cour de Romme, par Maistre Nicole Lebacle, predecesseur immediat dudit deffunct Guillemet, & a ce tiltre en auoit ledit Maistre Nicole Guillemet, ioy paisiblemét par long temps & iusques à son deces, & par sondit deces auroit ledit Doyéné vacqué au Moys de May 1556. au moyen dequoy lesdictz Chanoines continuans leur accoustumée possession & permissió d'élire eussent procedé a l'élection, tellement que le 22. dudit Moys de May, ledit Maistre Iacques Guillemet, fut demoure esleu en Doyen lequel auroit reffusé par plusieurs foys accepter ledit Doyenné, pour les grandes charges qui y sont pour le seruice de l'Eglise, & dont il est responsable, toutesfois apres plusieurs remonstrances & exortations eust accepté ledit Doyenné, & par mesme moyen incontinant apres installé, & mis en la possession dudit Doyenné, du voulloir & consentement de tous lesdictz Chanoines, & par approbation de l'Euesque dudit Troyes, qui n'estoit aucune confirmation ains seulemét quelque approbation, car ledit Euesque ne pouuoit augmenter le droit de celuy qui auoit esté esleu, ne faire sa condition meilleure, ainsi qu'il sera dit cy aprés, &c. neantmoings estant ledit Maistre Iacques Guillemet, en ladicte possession, eust esté troublé par ledit Legruyer, & sans garder aucun ordre requis, en auroit esté deiecté, & spolié dont il eust apellé ensemble de la procedure

du commissaire, qui auroit fait ladicte eiection, & si auroit aussi pris lettres de commission pour former complaincte, & depuis la matiere retenüe en nostre-dit conseil, & les parties oyes (comme dict à este cy dessus) auroit este ledit Guillemet, bien & deüement pourueu dudit Doyenne, & estoit en bonne & iuste possession d'icelle auec iuste tiltre tel qu'il à este cydessus deduit & qu'il sera plusamplement confirmé, si ledit Legruyer le voulloit impugner, aussi que iceluy Guillemet estoit tonsuré, & Prestre, & aultrement deüement quallifié & gradué auec toutes qualitez suffisantes pour tenir ledit Doyenne, au contraire ledit Legruyer, n'auoit aucun tiltre ne prouision, & si aucun en auoit estoit nul & abusif, tel qu'il ne pouuoit par icelle acquerir audit benefice aucun droict ne possession vallable, consequemment ne faisoit à receuoir au possessoire auquel estoit requis possession auec tiltre vallable, & apres que ledit Legruyet aura baptise & deduict son pretendu tiltre, ledit complaignant iustifiera éuidemmẽt de l'abbuz, & nullité diceluy, ioinct qu'il n'auoit peu impetrer ledit Doyẽné au preiudice du droict acquis audit Guillemet, qui en estoit ia auparauant pourueu & le siege rẽply de sa personne tellemẽt que iceluy Legruyer auoit impetré vng benefice non vacant qui n'estoit & ne pouuoit estre en nostre nomination, dauantage n'estoit ledit Legruyet tonsuré, Prestre,

ne gradué, ny aucunement quallifié des capacitez, & qualitez requises à tenir ledit Doyenné, duquel il estoit dutout incapable, parquoy concluoit ledit Guillemet, a ce que nonobstát l'opposition formée par ledit Legruyer aladite complainɛte il feust diɛt que à bonne & iuste cause icelluy Guillemet, s'estoit dollu & complainɛt, que à tort & sans cause il auoit esté troublé & empesché en sa possession, requerant estre maintenu, & gardé diffinitiuement, en la possesion & ioissance des fruiɛtz, reuenu, & droiɛtz audit Doyenné appartenans, auec despens dommages & interestz, & en cas de long delay, que la recreance luy feust adiugée, & de la part dudit Legruyer deffendeur & opposant à ladite complainɛte, eust esté diɛt que ledit Doyenné de ladite Eglise cathedralle de Troyes, estoit benefice vray eleɛtif duquel partant suiuant les cõcordatz, la nomination nous en apartenoit, & la prouision à nostre Sainɛt Pere le Pape & à ses Legatz, estoit aduenu vacation d'iceluy Doyenné, par le trespas dudit deffunɛt Maistre Nicolle Guillemet, lequel seroit decedé audit moys de May 1556. apres lequel decez ledit Legruyer, eust esté par nous nõmé, tant à nostre Sainɛt Pere le Pape que à son Legat le Cardinal Caraphe, estant lors en nostre Royaulme, lesquelz suiuant nostre-dite nomination auroient bien & deuement pourueu dudit Doyenné ledit Legruyer, qui en vertu de

ſeſdictes prouiſions, auroit prins poſſeſsion d'iceluy en laquelle il euſt eſté troublé par ledit Guillemet complaignant, lequel pretendoit auoir obtenu election deſdits Chanoines, & Chapitre de ladite Egliſe de Troyes, & par le moyen de ce tiltre d'electi. on nul, & abuſif contre les concordatz, au preiudice de noſtre droict de nomination, auroit troublé & empeſché ledit Legruyer, en la poſſeſsion & ioyſſance dudit Doyenne, lequel abbuz eſtant declare par noſtredit conſeil, lors demouroit ledit Guillemet ſans tiltre & poſſeſsion, pour ſouſtenir ladite complaincte, meſmemẽt que ledit Legruyer n'auoit pas ſeullement prouiſion dudict Legat, mais auſsi du Pape, ioinct qu'il eſt bien tonſure & capable pour obtenir ledit Doyenne, & au contraire ſe trouueroit ledit Guillemet ſans tiltre, plurier en benefices, & autrement incapable pour obtenir iceluy Doyenne, partant concluoit ledit Legruyer a ce qu'il feuſt dit que a tort & ſans cauſe ledit Guillemet, ſeſtoit dollu & complaint à bonne & iuſte cauſe iceluy Legruyer ſeſtoit oppoſe lequel par le moyen deſadicte oppoſition ſeroit maintenu & garde diffinitiuement, en lapoſſeſsion & ioiſſance dudit Doyenne, & en cas de long proces que la recreance luy feuſt adiugee, & en tout euenement le fourniſſement de complaincte, auec deſpens, dommages & intereſtz, & reſtitution de fruictz. Et par ledit Guillemet,

par ses additions en respondant aux memoires à toutesfins dudit Legruyer, eust este dit que icelluy Legruyer, n'auoit aucun droict audit Doyenné, car il se pretendoit pourueu diceluy par ledit Cardinal Caraphe lors Legat en nostre Royaulme, toutesfois la prouision qu'il cottoit, estoit subsequente celle dudit Guillemet, car icelluy Guillemet fut pourueu le 22. de May 1556. & ledit Legruer se disoit pourueu le 26. dudit Moys de May ensuyuant, & par ainsi subsequent & posterieur en dacte consequemment sa prouision nulle quoy que ce feust ne pouuoit auoir effect par ce qu'il auoit este pourueu d'vn benefice non vacant, & qui estoit remply de la personne dudit Guillemet, lors & auparauant la prouision faicte audit Legruyer, dauantage estoit ladite pretendüe prouision & collation dudit Legruyer nulle, & abbusiue, car les facultez dudit Cardinal Caraphe, auoient par arrest de nostre court de Parlement de Paris, interuenu sur la publication d'icelles facultez esté limitées & modifiées, & entre aultres par ladite modification, auroit este prohibé audit Legat, de cõferer les dignitez ez Eglises Cathedralles, & collegialles apres celle de l'Euesque, comme estoit ledit Doyenne & d'aultant que ladite collation auoit este faicte par ledit Legat, contre l'arrest & ordonnance de ladite modification elle estoit abbusiue emploiant ledit Guillemet pour ce regard les moyens

de son appel comme dabbuz (: qui seront cy apres declarez) pour monstrer que ladite prouision dudit Legruyer, ne pouuoit auoir aucun effect ioinct la nullite d'icelle collation faicte par vng qui n'auoit puissance de conferer, aumoyen dequoy feust par nullite de tiltre, & prouision, ou par abbus apparroissoit que ledit Legruyer estoit sans droict & sans tiltre qui peust subsister, ny faisoit rien de dire que ledit Doyenne estoit electif subiect à nostre nomination, & que ledit Guillemet n'auoit este par nous nomme, car ledit Legruyer qui estoit sins droict comme dict est n'estoit receuable, à disputer du droict d'iceluy Guillemet, & fauldroit que preallablemsnt ledit Legruyer eust fondé son tiltre & son droict auparauant que de disputer de celuy dudit Guillemet, dauantage estoit ladicte dignité de Doyen en Eglise seculiere, aduenant vacation de laquelle dignité ne demeuroit l'Eglise sans Pasteur, par ce qu'il y auoit vn Euesque, aussi n'estoit ladicte dignité de Doyen vraye electiue, en maniere qu'il n'estoit requis auoir solemnelle confirmation de l'Euesque, & par ainsi n'estoit ladite dignité subiecte à nostre nomination, parquoy ne pouuoit le concordat auoir lieu en telles dignitez d'Eglises seculieres, joinct que les Chanoines de ladite Eglise de Troyes estoient fondez en tiltre & possession d'y pourueoir comme dict à esté cy dessus, persistant ledit Guillemet en ses

fins & conclusions. Et par ledit Legruyer n'eust esté fourny d'aucunes additions & responces aux escriptures par memoires dudit Guillemet, ains auroit employé le contenu en ses plaidoyez sur lesdites appellations cóme d'abbus (cy apres mentionnez) interjettées tant par luy que par ledit Guillemet. Et de la part des Chanoines & Chapitre de ladite Eglise Cathedralle Sainct Pierre dudit Troyes eust esté dit pour leur interest au proces d'entre lesditz Guillemet & Legruyer, pendant audit cóseil pour raison dudit Doyenné, qu'il y auoit plus de deux cens ans ou enuiron que les Chanoines de ladicte Eglise de Troyes par tiltre & priuilege fort ancien, & duquel n'estoit memoire du contraire, à eux octroyé par vn Euesque de ladite Eglise de Troyes nommé Manasses, auquel l'election dudict Doyenné appartenoit, émologué en cour de Rome, ils estoient en possession de élire vn Doyen toutes & quantesfois que vacation aduenoit, & de pourueoir à ladite dignité de personne capable & gradué, comme la grandeur & charge de ladite dignité le requeroit, & les éleuz par eux auroyent tousiours paisiblement ioy dudit Doyenné, suyuant lequel priuilege vacation adüenüe dudit Doyenné par la mort de Maistre Nicole Guillemet dernier paisible possesseur, auroient lesdicts Chanoines & Chapitre deüment éleu ainsi qu'il est requis en telles dignitez ledit Maistre Iacques Guillemet,

homme docte ancien & de bonne vie, lequel auroit esté reffusant deux ou trois foiz d'accepter ledit Doyenne, pour la charge & vigillance qui est requise en telles dignitez, neantmoings voyant ledit Guillemet, qu'il auoit esté pour la troisiesme foiz esleu, na voullu contempner ladite election, ains accepta icelle & a linstāt fut installe Doyen par les Chanoines de ladicte Eglise, & à la mesme heure confirme par l'Euesque dudit Troyes, & mis en possession des lieux & places appartenant à ladite dignité de Doyen, sans contredit ou empeschemēt d'aucun, sinon que quelque temps apres la possession dudit Guillemet, enuiron quinze iours ou trois sepmaines ledit Legruier partie aduerse en vertu de certaine prouision dudit Legat, à luy faicte à nostre nomination se fust efforce prendre possession dudit Doyenne, aquoy ledit Guillemet se seroit oppose, & depuis auroit iceluy Guillemet appelle cōme d'abbuz, tant de l'execution de la pretendüe prouision dudit Legruier, que de la fulmination d'icelle, quoy voyans lesditz Chanoines & Chapitre, & que la prouision d'iceluy Legruyer, leur estoit grandement preiudiciable & d'importāce à laduenir, auroient presente requeste à nostre-dit conseil pour estre receuz parties & ioinctz auec ledit Guillemet, tant à ladite opposition que appellation comme dabbuz & à deduire leur interest à quoy ilz auroient esté receüz par arrest de

noſtredit conſeil dudit 24. de Nouembre oudit an 1556 diſoient leſdits Chanoines & Chapitre, qu'ilz auoient intereſt notable que ladite election par eulx faicte à la perſonne dudit Guillemet à ladite dignite de Doyen, ſortiſt ſon plain & entier effect comme eſtant bonne & canonicque, & au contraire que la prouiſion faicte à noſtre nomination par ledit Legat Caraphe de la perſonne dudit Legruier, debuoit eſtre reuocquée & annullee comme faicte contre les Saínctz decretz & diſpoſition de droict actendu meſmes que ledit Legruier, ne faiſoit aucunement apparoir que ledit Doyenne, fuſt en noſtre nomination auſſi que nous ny auions iamais nomme ny pourueu aucun ioinct que nous ne pouuions pretendre aucun droict de nommer aux benefices ſinon en vertu des concordatz en la diſpoſition deſquelz ne ſe trouueroient les Doyennez des Egliſes Cathedralles ſeculieres, eſtre aucunement comprins meſmes ledit Doyenne contentieux, qui n'eſtoit de la qualite & nature des benefices, auſquelz leſditz concordatz ſe puiſſent aucunement extendre, attendu meſmes que vaccation dudit Doyenné auenant, ne demouroit l'Egliſe ſans Paſteur, & auſſi qu'il n'eſtoit requis ſolemnelle confirmation par l'Eueſque, & pluſieurs aultres raiſons plus amplement deduictes par ledit Guillemet, leſqueles leſditz Chanoines & Chapitre employent, comme eſtant vne

mesme cause des collataire & de ceulx qui eslisoient & de lesleu es choses concernans l'effect de l'election disoient aussi lesdits Chanoines & Chapitre, qu'ilz iustifieront par pieces autenticques & anciennes prouisions des predecesseurs Doyens de ladite Eglise, qu'ilz estoient en possession immemoriale de pourueoir & eslire à ladite dignite de Doyen, telle personne que bon leur sembleroit & que les pourueuz & esleuz, de par eulx auoient tousiours ioy dudit Doyenne sans aucun contredit ny empeschement, en sorte qu'il estoit a presumer encores qu'il napparust autrement de leur droit delleċtion que ledit droict leur appartenoit & n'estoit de celles qui nous peussent donner droict de nomination, par ce que c'estoit vne simple election, aussi n'estoit aultrement requis qu'ilz feissent apparoir de la fondation & priuilege à eulx octroye d'aultant qu'il apparoissoit de leur possession, & que ledit Legruier ne iustifioit ne tiltre, ne possession de nomination, ce neantmoings auroit obtenu nomination de nous. Dauantage estoient lesdictz Chanoines & Chapitre fondez de droict commun de preceder à ladite élection par le cōcille de Basle & pragmatique Sanction qui estoient en ce cas inuiolablement gardez & obseruez, & ne se trouueroit ez concordatz que les Doyennez feussent en nostre nomination ny que noz predecesseurs y ayent iamais pourueu, &

estoit ledit Legruier le premier qui en ladite Eglise auoit donné trouble à ladite election combien qu'il ne sçauoit faire son debuoit de ladite charge, tant parce qu'il est valetudinaire & maladif que aussi il ne pourroit faire les exhortations latines & francoises, que le Doyen doibt faire aux Chanoines plusieurs foiz en l'année capitulairement, ioinct qu'il ne pourroit pareillement vacquer au diuin seruice qu'il conuient faire aux Festes solennelles en labsence de l'Euesque comme estant ladite dignite de Doyen la premiere apres l'Euesque, ne assister aux assemblées qui se font en ladite Ville de Troyes, esquelles ledit Doyen est tenu soy trouuer comme Doyen, & representant le Clerge, qui estoient causes pour lesquelles lesditz Chanoines & Chapitre, auoient accoustume deslire pour leur Doyen, vng personnage capable & gradüe comme estoit ledit Guillemet par eulx esleu, & quant audit Legruier, estoit chose toute notoire qu'il estoit incapable non gradüe ny qualifie ne tel qu'il estoit requis par les Sainctz decretz tellement que si ledit Legruier, eust esté esleu par lesditz Chanoines & Chapitre, eussent deu estre priuez de leur droict d'election : n'estoit iceluy Legruier seulement incapable de tenir ledit Doyenne pour les raisons dessusdites, mais aussi par ce que sa prouision estoit nulle, abbusiue & de nulle valleur comme layant obtenu soubz faulx donne à entendre par personne

par perſonne nayant puiſſance de ce faire car encores que no⁹ euſſions droit de nomination vaccation occurrente dudit Doyenné (ce que non) toutesfois ledit Legat Caraphe, par ſes facultez n'auoit aucune puiſſance de pouruecoir ez benefices & dignitez eſtans en noſtre nomination au moyen des modifications faictes par noſtredicte court aux facultez dudit Legat (comme dict eſt) parquoy eſtoit ladite prouiſion faicte audict Legruier, nulle, comme faicte par celuy qui auoit les mains liées. Quant à ce que ledit Legruier auroit dit que leſditz Chanoines & Chapitre ne pouuoient conferer en eſliſant vng Doyen, attendu la confirmation faicte à linſtant par l'Eueſque dudit Troyes, diſoiét leſditz Chanoines & Chapitre que ladicte confirmation ne attribuoit aucun droict, à celuy qui eſtoit eſleu, ains par la ſeulle eſlection eſtoit pourueu & auoit tout droict acquis toutesfois par vne maniere d'honeſteté, & non qu'il feuſt neceſſaire ſe faiſoit ladite confirmation par l'Eueſque. Auoient leſditz de Chapitre intereſt, tant en la cōplaincte que en lappel comme dabbuz, auec ledit Guillemet Doyen par eulx eſleu pour les raiſons pareilles, que celles amplement deduictes par iceluy Legruier en ſes eſcriptures, partant ſouſtenoient iceulx de Chapitre ledit appel comme d'abbuz, & que ledit Doyenné n'eſtoit ſubject nommé, ne comprins ez concordatz, & n'eſtoit pareillement

en nostre nomination, ne en la prouision du Legat, mais en la pleine & entiere élection & presentation desdicts Chanoines & Chapitre, attendu que de toute ancienneté ilz auoient pourueu audict Doyéné, & les eleuz par eux en auoient tousiours paisiblement ioy iusques à present, parquoy concluoient lesdicts Chanoines & Chapitre à ce que en faisant sortir à effect l'élection dudit Cuillemet, ilz fussent maintenuz & gardez en possession de pourueoir & élire à ladite dignité de Doyen de telle personne que bon leur semblera, & demandoient despens. Et de la part dudict Legruyet pour ses responces ausditz moyens d'interest, eust esté dit qu'il satisferoit par vne seule responce à tous les poinctz alleguez par lesdicts Chanoines & Chapitre, sçauoir est qu'ils estoient d'accord que ledit Doyenné estoit électif dont s'ensuyuoit que estans toutes élections abrogées ledit Doyenné comme comprins soubz les concordatz & indultz octroyez par noz Sainctz Peres les Papes, estoient subjectz à nostre nomination ainsi que plus à plain seroit cy apres deduict au plaidoyé dudit Legruyer faict en l'instance d'appel comme d'abus, lequel il employoit en ceste instance, Quant aux moyés d'incapacité alleguez par lesdits Chanoines contre ledit Legruyer, ne debuoient venir en aucune consideration, car quelque chose qu'ils ayent dit estoit icelluy Legruyer ydoine, capable, & de bonnes

mœurs pour obtenir ledit Doyenné, & n'estoit requis qu'il fust gradué d'autant qu'il ny auoit aucun statut qui en face mention, ains suffisoit qu'il fust suffisant, de bonne vie & mœurs ainsi qu'il estoit, ioinct qu'il n'estoit pas dit que pour n'estre gradué, l'on ne fust sçauant assez pour obtenir ledit Doyenné, & faire tous actes requis de faire à vn Doyen de ladite Eglise, mesmement que le plus souuẽt se trouuoit plusieurs personnes non graduez, plus sçauans & experimentez que ceux qui auoient acquis quelque degré & ne s'estoient lesdicts Chanoines cõtentez alleguer les incapacitez, mais aussi auoient deduict moyens de nullitez contre la prouision dudit Legruyer, & pour ce que lesdits moyens estoient semblables à ceux deduits par Guillemet par eux éleu Doyen de ladicte Eglise, ledit Legruyer pour toute respõce emploioit ce qu'il auoit escript en ladicte instance d'appel comme d'abuz cy apres mentiõnez, persistant au surplus iceluy Legruyer en ses conclusions & demandoit despens de l'instance contre lesdits Chanoines & Chapitre. Et de la part dudit Guillemet pour le regard des appellations comme d'abuz respectiuement interjettées par lesdits Guillemet & Legruier eust esté dit que les deux instances d'appel comme d'abuz, estoient diuerses & fondees en diuers moyens, partant les failloit separer, deduyre, & distinguer, afin que chacune d'icelles print son ordre & effect, & pour

paruenir aux moyens d'abuz de la bulle de prouision dudit Legruyer, disoit iceluy Guillemet que en l'an 1551. le Cardinal Verallo fut par nostre S. Pere le Pape enuoyé en nostre Royaume auec bulles de legation, contenãs plusieurs facultez & puissances, lesquelles facultez & bulles furent presentees à nostredite cour de Parlement de Paris auec nos parties ainsi qu'il est ordinaire de faire & obseruer, car au parauant que vn Legat puisse vser de son pouuoir & facultez de legation, failloit que ses facultez fussent veües & receuës par nostre-dite Cour de Parlement, & n'estoit la puissance dudit Legat ouuerte pour en pouuoir vser en nostre-dit Royaume sinon par le moyen de la reception & publication qui s'en faisoit audit Parlement de Paris, faisoient à notter deux choses seruans grandement à la decision de la cause, l'vne que vn Legat n'auoit puissance ouuerte iusques apres la publication, & de ladite publication & reception deppendoit sa puissance & legation, l'autre point est que lesdits Legatz n'ont puissance sinon ainsi qu'elle leur est permise par ladite publication & selon les restrinctions & modifications en la publication contenües, autrement si aucune chose estoit faicte au contraire estoit hors de sa puissance & permission, & estoient lesdites choses tellement tenües & obseruees qu'elles ne pouuoient estre reuocquees en doubte aussi que c'estoit chose raisonnable

afin d'euiter que aucune chose fust faicte sur les saincts decretz & concordatz, droitz, priuileges, & prerogatiues de nous, franchises & libertez de l'Eglise gallicane & des vniuersitez de nostre Royaume, disoit ledict Guillemet que les facultez dudict Cardinal Verail Legat susdit furent receües en nostredite Cour de Parlement de Paris le 16. de Decembre 1551. & par la publication d'icelles toutes les chambres de nostre-dit Cour assemblees, auroient sur lesdites facultez esté faictes plusieurs restrinctions & modifications, & entre autres que ledit Cardinal Verail ne pourroit conferer les premieres dignitez des Eglises Cathedralles apres la dignité Episcopale, ne pareillement les dignitez des Eglises collegialles ainsi qu'il apparoissoit par l'acte de publication desdites facultez, duquel resultoit que ledit Legat n'auoit aucune puissance de pouruooir ausdites dignitez des Eglises estans de la qualité susdite, & de ce s'ensuyuoit que s'il se trouuoit expedition par luy faicte de telles dignitez elle seroit censee, nulle, & abusiue comme faicte outre ce qui auoit esté permis audit Legat & contre sa legation & arrest de nostredite Cour de Parlement, ce qui auoit tousjours esté receu & obserué par infinis arrestz Or en l'annee 1556. seroit venu en nostre Royaume ledit Cardinal Caraphe auec bulle de legation contenant plusieurs chefs de facultez & puissances à luy concedees par no-

ſtre S. Pere le Pape, & furent leſdites facultez en la maniere accouſtumee preſentees à noſtre-dite Cour de Parlement de Paris, & icelles veües auec la ſolemnité accouſtumee les chambres aſſemblees y auoit eu arreſt de reception & publication deſdites facultez du 22. de Iuin oudit an 1556. auec quelques reſtrinctions & modifications, ſpecialement & par expres qu'il ne ioyroit deſdites facultez ſinon ſuyuant les modifications & limitations faictes par noſtre-dite Cour de Parlement aux facultez de la legation dudit Cardinal de Veralo le 6. de Decembre 1551. limitant ladite Cour les facultez & puiſſance dudit Cardinal Caraphe à meſme reſtrinction & limitation que auoit eſté reſtraincte la puiſſance dudit Cardinal Veralo & non plus parquoy n'auoit peu faire dauantage ledict Caraphe en ſa legation que ledit Veralo auquel auoit eſté prohibé de diſpoſer des premieres dignitez ez Egliſes cathedralles & collegialles comme dit à eſté cy deſſus, neantmoins ſeroit aduenu au moys de May oudit an 1556. vacation dudit Doyéné de Troyes par le treſpas dudict Maiſtre Nicole Guillemet dernier paiſible poſſeſſeur dudit Doyéné, apres lequel treſpas les Chanoines qui eſtoient en poſſeſſion d'élire vn Doyen & qui ont outre la poſſeſſiom immemoriale, droict, & tiltre de ce faire, euſſent procede à l'élection dudit Maiſtre Iacques Guillemet qui euſt eſté éleu en ladite dignité de Doyen

le 22. dudit moys de May oudit an 1536. ce que iceluy Guillemet eust refusé d'accepter. craignant ne pouuoir satisfaire & porter les charges tant du seruice diuin que autres qui sont de l'office & dignité dudit Doyen, toutes-fois apres plusieurs reiterees interpellations, monitions & remonstrances, il auroit pour contenter lesdits Chanoines & Chapitre accepté ledit Doyenné, & incontinent le mesme iour & à l'instant fut instalé & mis en possession dudit Doyenné du vouloir & consentement de tous les Chanoines & aprobation de l'Euesque qui ne se deuoit reputer vne confirmation solemnelle mais vne simple aprobation ou consentemẽt ainsi que à esté dit cy deuant, & par ainsi estoit ledit Doyenné remply de la personne dudict Guillemet titulaire & possesseur, parquoy non vacant, ce neantmoins se fust ledit Legruyer retiré audit Legat Caraphe estãt lors en nostredit Royaume, auquel il fist entendre contre verité que ledit Doyenné estoit vacant combien qu'il fust remply par l'élection qui auparauant auoit este faicte de la personne dudit Guillemet, aussi auroit donné à entendre audit Legat que le Doyenné estoit en nostre nomination combien qu'il n'en fust rien, & soubz telles subreptions & obreptions & fause exposition, luy eust esté ledit Doyéné conferé, & en vertu de sa bulle & prouision se seroit ledit Legruyer efforcé prendre possession & en deposseder ledict

Guillemet lequel auroit appelle comme d'abuz de l'execution & fulmination de ladite prouision, prinse de possession, & de ce qui s'en seroit ensuiuy cõme dit à esté cy dessus, estoit ladite dignité de Doyen la premiere apres la dignité Episcopale en l'Eglise dudit Troyes, parquoy auroit ledit Legat pourueu iceluy Legruyer cõtre l'arrest de publication & limitation faicte par nostre-dite Cour de Parlement comme dit est, consequemment ladite prouision nulle & abusiue par les moyens dessusdits mentionnez ez escriptures dudit Guillemet: dauantage y auoit abbuz en ladite prouision en ce que par les bulles d'icelle estoit derogé aux priuileges des vniuersitez contre les saincts decretz & mesme cõtre l'arrest de publication qui reseruoit les saincts decretz, priuileges & libertez de l'Eglise gallicane & des vniuersitez, aussi que ledit Doyenné ne pouuoit estre tenu que par vn gradué & qualifié, cela concernoit la liberté & priuilege des vniuersitez & supostz d'icelles partãt ny auroit peu ledit Legat deroger & estoit vn vray abbuz, estoit pareillemẽt vn abuz manifeste que iceluy Legruer par sadite prouision auoit esté par ledit Legat crée Chanoine de ladite Eglise de Troyes qui estoit directement contreuenir aux concordatz esquels tels benefices n'estoient cõprins, ioinct que s'ils estoient en nostre nomination encore apartiendroit il seulement a nostre S. Pere le Pape y pourueoir & non

audit Legat par lesdits concordatz. Et quant à l'apel comme d'abuz par ledit Legruyer interjetté de l'élection faicte par lesdits Chanoines & Chapitre de la persõne dudit Guillemet ny auoit aucun abus, car la forme requise par les saincts decrez & concilles y auoit esté gardée, ioint qu'il ne se trouueroit que par les concordatz soit faicte mention aucune que les Doyennez & dignitez des Eglises seculieres soyét en nostre nomination & auons seulement droit de nomination sur benefices & dignitez qui rendent l'Eglise vacation aduenant sans Pasteur comme Archeueschez, Eueschez, Abbayes, & tels autres benefices semblables, or estoyent telles dignitez de Doyennez subiettes aux graduez simples & graduez nommez, & autres graces spectatiues, qui demonstroit bien que ledit Doyéné de Troyes n'estoit en nostre nomination ne des benefices dont lesditz concordatz faisoyent disposition: car si iceluy Doyenné estoit subject à nostre nomination il ne seroit pas comme il estoit subject & affecté aux graduez, resultoit doncques qu'il ny auoit aucun abuz en la prouision dudict Guillemet lequel auoit esté pourucu par prouision vallable & canonique sans aucune cõtrauention aux saincts decrets, concilles, & cõcordatz, & moins à nos priuileges & prerogatiues, partant ledit Legruyer mal fondé en son appel comme d'abus, concluant ledit Guillemet en tant que touchoit l'appel cõme

d'abuz par luy interjetté, que mal nullement & abusiuement auoit esté fulminé & executé & que inhibitions & deffences debuoient estre faictes audit Legruyer de s'ayder de ladite abusiue prouision, & quant à l'appel cõme d'abuz par ledit Legruyer interjetté qu'il deuoit estre declaré non receuable en sondit appel, & condamné ez despens desdites instances, dommages & interests, & les fins possessoires adiugées audit Guillemet. Et de la part dudit Legruyer eust esté dit pour ses moyens esdites apellations comme d'abuz, que vacant ledit Doyenné électif de l'Eglise de Troyes il en auoit esté pourueu par les moyens dessus recitez, mentionnez ez escriptures d'iceluy Legruier, aussi apres vacation aduenüe dudit Doyenné les Chanoines & Chapitre de ladite Eglise auroient contre la teneur des concordatz procedé à l'élection dudit Guillemet pour leur doyen, en laquelle élection auroient esté obseruees toutes les solemnitez requises par lesdicts concordatz & auroit icelle élection esté confirmée par l'Euesque dudit Troyes auec cognoissance de cause & information precedéte ainsi que l'on à accoustumé faire en toutes élections & confirmations solemnelles, depuis aduerty ledit Guillemet de la prouision faicte audit Legruyer par ledit Legat Caraphe & prinse de possession en vertu d'icelle, se fust porté pour apellant comme d'abuz de l'octroy & cõcession desdites lettres de prouision com-

me abusiues & donnees contre les constitutions & concordatz, ensemble de l'execution d'icelles & de tout ce qui s'en estoit ensuiuy, pareillement se seroit iceluy Legruyer porté pour apelant comme d'abuz de l'election & confirmation d'icelle & de tout ce qui s'en estoit ensuyui, auquel appel nostre Procureur general eust adheré, disoit ledit Legruyer quant à l'apel interjetté par iceluy Guillemet, qu'il estoit notoirement non receuable, par ce qu'il n'estoit loisible ne permis appeller des rescripts de nostre S. Pere le Pape mais bien de l'execution dudit rescript & ne se trouueroit que iamais nos Cours souueraines ayent declaré vn rescript abusif ains se seroient contentees de casser l'execution comme abusiue: pareillement ny auoit abuz en la prouision dudit Legat ne en l'execution d'icelle, car il n'auoit rien faict contre les saincts decrets & moins contre la teneur des concordatz qui sont les cas esquels on pouuoit fonder abuz, & si iceluy Guillemet pretendoit que ledit Legat Caraphe n'eust puissance de pourueoir audit Doyenné & que ses facultez eussent esté restrinctes & limitees par nostre-dite Cour de Parlement de Paris qui estoient les plus grandes apres les Pontificales y auoit responce, que telle faute de puissance à vn collateur quant elle seroit veritable n'emportoit aucun abuz ains seullement nullité de collation qui estoit par luy faicte, ne pouuoit ladite prouision faicte par

ledit Legat estre infirmee par voye d'abuz ou de nullité, car il apparoissoit qu'il auoit puissance de pourueoir aux Monasteres, Abbayes, & benefices comme ledit Doyenné, Or ce qui auoit esté modifié estoit a la charge de nostre nomination precedente, mais quand aucun auroit nomination de nous, auoit esté permis audit Legat Caraphe de pourueoir à tous benefices électifs comme il auoit faict au profit dudit Legruyer, lequel auoit nomination de nous, & tout le fondement que ledit Guillemet pouuoit alleguer en c'est endroict estoit que les facultez dudit Legat Caraphe auoient esté limitees par ladite Cour de Parlement pour en iour soubz les limitations & modifications faictes par nostre-dite Cour, aux facultez de la legation du Cardinal sainct George au voille d'or le 25 iour de Iuin 1547. & de la legation du Cardinal Verallo du 16. de Decembre 1551. & que par telles limitations estoit contenu que lesdits Legatz ne pourroient conferer dignitez ez Eglises Cathedralles apres celles des Euesques, à quoy disoit ledit Legruyer que à la verité les facultez dudit Legat Caraphe auoient esté publiées soubz les modifications de celles desdits Cardinaux S. George & Verallo & que par les modifications des facultez dudit Cardinal Verallo estoit contenüe qu'il ne pourroit conferer telles dignitez, mais telle limitation se deuoit entédre selon la modification des facultez dudit Cardinal

S. George, sçauoir est que lesdits Legats ne pouuoient pourueoir à telles dignitez & benefices électifs sinon auec nostre nomination ainsi qu'il estoit declaré par les modifications des facultez dudit Cardinal S. George, en maniere que auec nomination l'on ne deuoit faire difficulté que lesdits Legatz ne peussent pourueoir ausdites dignitez électiues ainsi que auoit esté faict au profit dudict Legruyer qui estoient les moyens de l'appel comme d'abuz d'iceluy Legruyer auquel il estoit bien fondé, d'autant que ledit Doyenné estoit vn benefice pur électif, mesmes que en l'élection faicte de la personne dudit Guillemet par les Chanoines & Chapitre de ladite Eglise la forme obseruée en l'élection des benefices électifs auoit esté entieremẽt gardee, qui estoit directement contre les concordatz d'entre le sainct Siege Apostolique & l'Eglise gallicane; car au lieu de telles élections auoit esté accordé que nous nommerions au Pape personne ydoine & capable pour estre pourueu de tels benefices electifs cõme il auoit faict de la personne dudit Legruyer qui en auoit este deüement pourueu suyuant ladite nomination, tant par ledict Legat que aussi par le Pape. Dauantage pour monstrer que ledit Doyenné estoit vray électif pouuoit grandemẽt seruir l'acte de confirmation d'icelle électiõ, laquelle confirmation auoit esté faicte auec grande congnoissance de cause & information prece-

dente qui sont les moyens par lesquels l'on pouuoit iuger ledit benefice estre électif, parquoy concluoit ledit Legruyer en ce que concernoit l'appel comme d'abuz interjetté par ledit Guillemet qu'il fust declaré non receuable apelant comme d'abuz & condanne en l'amende & aux despens enuers ledit Legruyer suyuant l'ordonnāce : & pour l'egard de l'apel interjetté par iceluy Legruyer concluoit à ce que l'élection faicte par lesdicts Chanoines & Chapitre de la personne dudit Guillemet pour Doyen de ladite Eglise, ensemble la cōfirmation faicte par le superieur d'icelle élection & tout ce qui s'en estoit ensuyui fust declare abusif, & que inhibitions & deffences fussent faictes audit Guillemet de ne soy ayder de ladite élection & confirmation & demandoit despens dommages & interestz. Et par ledit Guillemet pour sa replique eust esté dit qu'il persistoit en ses fins & conclusions cy dessus contenües, & pour respondre aux moyens dudit Legruyer disoit iceluy Guillemet que si la concession ou rescript faicte audit Legruyer estoit de nostre S. Pere le Pape, en ce cas ne pouuoit ledit guillemet appeler de la cōcession, & se faudroit restraindre à l'appel de l'execution, mais quant c'estoit vne concession faicte par collation ou autre prouision par vn inferieur & autre que le Pape, l'appel comme d'abus estoit receu, & auoient noz Cours Souueraines mesmes nostre-dit conseil accoustumé

receuoir telles appellations, ioinct que ledit Guillemet estoit bien receuable appellant de la collation & prouision ou de l'execution & ainsi auoit tousiours conclud. Ne se trouueroit estre veritable que auec nostre nomination ledit Legat Caraphe aye peu cōferer les premieres dignitez des Eglises Cathedralles apres celle de l'Euesque, ne pareillement celles des Eglises collegialles, car ce seroit chose totallement contraire aux modifications faictes par nostre-dite Cour ainsi que à esté dit cy deuant par ledit Guillemet, ne seroit aussi trouué que auparauant la confirmation faicte par l'Euesque dudit Troyes de l'élection en Doyen de la persōne dudit Guillemet il y ait eu inquisition ou information precedente, & n'estoit ladite confirmation solemnelle ains vne simple approbation cōme à esté dit cy dessus, persistant ledit Guillemet en ses fins & conclusions, soustenant qu'il n'y auoit eu aucun abuz en ladite électiõn, ains y auoit abuz en la prouision dudit Legruyer & en l'execution d'icelle. Et par ledit Legruier pour ses dupliques eust esté dit que en l'execution de sa prouision n'y auoit aucun abuz, & au contraire que l'election & confirmation dudit Guillemet estoient abusiues, & pour toucher ce que concernoit la prouision dudit Legruyer outre ce qui auoit esté dit cy dessus, disoit qu'il ne se trouueroit par la bulle d'icelle, clause faisant mention des priuileges octroyez aux vniuersitez ny

derogation à iceux, consequément le moyen d'abuz pour ce regard auoit esté fondé par ledit Guillemet sur chose dont n'aparoissoit aucunement, ioinct que les vniuersitez n'auoient aucun interest en la collation dudict Doyenné, & s'il y eust eu abuz (que non) faudroit que tel abuz fust deduit par le scindic ou procureur fondé par lesdites vniuersitez & non par ledit Guillemet qui n'y pouuoit auoir aucun interest, & si par aucuns arrests dudit conseil auroit esté iugez les Doyennez des Eglises seculieres n'estre comprins soubz les concordatz, cela s'entendoit pour les Doyennez que le Chapitre conferoit en élisant, mais quand aux Doyennez électifs esquels la confirmation du Superieur estoit requise ny auoit iamais eu arrest par lequel lon aye declaré tel Doyenné ou autre premiere dignité apres la Pontificale n'estre comprinse soubz les concordats, & ne se trouueroit que pour rendre vn benefice subject à nostre nomination, il failloit que l'Eglise demouuast sans Pasteur vacation aduenant, aussi n'auoit lieu la nomination des graduez simples & nómez sinon ez benefices électifs & collectifs, de laquelle qualité n'estoit le Doyenné contentieux ains vray électif (comme dit à esté cy dessus) duquel partant la nomination nous appartient, parquoy persistoit ledit Legruyer en ses conclusions cy dessus. Finablement eust este tellement procedé que le proces & instances, tant sur ladite com-

plaincte

plaincte que appel comme d'abuz, se fussent trouuez en estat de iuger, entre ledit Maistre Iacques Guillemet éleu en Doyen de l'Eglise de Troyes demandeur & complaignant en cas de saisine & nouuelleté, pour raison du possessoire dudit Doyenné dunepart: & Maistre Iehan Legruyer soy disant Doyen de ladite Eglise de Troyes deffendeur & opposant d'aultre: Et entre iceluy Guillemet appelant comme d'abuz de la fulmination des bulles de prouision obtenües par ledict Legruyer, pour raison dudit Doyenné & de tout ce qui s'en estoit ensuyuï d'vnepart: & ledit Legruyer inthimé d'autre, & encores entre iceluy Legruyer appellant comme d'abuz de l'élection faicte de la personne dudit Guillemet en Doyen de ladite Eglise de Troyes, confirmation d'icelle, & tout ce que s'en est ensuyuï, nostre procureur general ioinct auec luy d'vnepart, & ledit Guillemet deffendeur d'autre: & entre les Chanoines & Chapitre de ladite Eglise de Troyes iointz auec ledit Guillemet & receuz parties à deduire leurs moyens d'interestz esdites instances d'vnepart, & ledit Legruyer deffendeur d'autre: Scauoir faisons que veu par noz amez & feaux conseilliers les gens tenans nostre-dit grand conseil, les memoires à toutes fins, escriptures & additions desdites parties en ladite instance de complaincte, plaidoyé desdites parties esdites instances d'appel comme d'abuz, moyens d'interestz des-

T

dicts Chanoines & Chapitre, responce à iceux dudit Legruyer, proces verbal de l'élection faicte par lesdits Chanoines & Chapitre de ladite personne dudit Guillemet en Doyen de ladite Eglise vacant iceluy Doyenné par le decez & trespas de feu Maistre Nicole Guillemet dernier paisible possesseur d'iceluy en datte du 22 de May 1556, acte de confirmation d'icelle élection dudit 22 May, bulles de prouision obtenües par ledict Legruyer d'iceluy Doyenné à nostre nomination du Cardinal Caraphe Legat en France dattee *sexto Calend. Iuly* audit an 1556, autres bulles de prouision par luy obtenües de nostre S.Pere le Pape en datte *tertio Idus Octobris* audit an 1556, prinse de possession desdites parties, bulles de la legation dudit Cardinal Caraphe Legat en France, contenant les facultez à luy octroyées par le S.Siege Apostolique en datte *quarto Idus Aprilis* oudit an 1556 modificatiõs d'icelles faictes par nostre cour de Parlement à la modification desdites facultez le 22. Iuin oudit an 1556. extraict de certaines lettres de cõcession & octroy faict ausdits Chanoines & Chapitre de Troyes, par Manasses pour lors Euesque dudit Troyes en l'an 1184. cõtenant entre autres choses permission par luy donnée ausdits Chanoines & Chapitre, de pouuoir élire leur Doyen bulles de prouision cy deuant faictes dudict Doyenné à Maistres Nicole Lebacle, Iehan de Mailly & audit Nicolas Guillemet ez an-

nées 1509. & 1536. arrest de nostre-dit conseil donné entre lesdites parties le 24. Nouembre 1556. par lequel entre autres choses les instāces desdites deux appellations comme d'abuz auoient este joinctes à l'instance de complaincte pour y faire prealablement droict, contreditz dudit Guillemet, forclusions contre ledit Legruyer de bailler contredicts de sa part,& tout ce que par lesdites parties auoit esté mis & produit par-deuers nostre-dit conseil, tout consideré: Iceux gens de nostre-dit grand conseil par leur iugement & Arrest en faisant droict sur l'appellation interjettée par ledit Guillemet éleu ont dit & dient qu'il à esté mal & abusiuement procedé à la fulmination des bulles de prouision dudit Doyenné obtenües par ledit Legruyer dudit Cardinal Caraphe Legat en France, mal executé à la prinse de possession faicte par ledit Legruyer d'iceluy Doyenné en vertu desdites bulles, bien appellé par l'appelant, & quand à l'appellation comme d'abbuz interjettée par lesdicts Legruyer & nostre Procureur general, nostre-dit conseil les à declarez & declare non receuables appellans, & l'amendera ledit Legruyer, & en faisant droit sur ladite complaincte formée par ledict Guillemet & moyens d'interestz desdits Chanoines & Chapitre de Troyes, nostre-dit conseil dict que à bonne & iuste cause ledit Guillemet s'est dolu & cōplainct; au moyen de laquelle complaincte à ledict

conseil maintenu & gardé, maintient & garde ledit Guillemet en possession & ioyssance dudit Doyenné, fruictz, proffitz & émollumens d'iceluy, & à leué & osté, leue & oste nostre main & tout autre empeschemēt mis & apposé sur lesdits fruicts & reuenu d'iceluy Doyenné au profit dudit Guillemet, & à condamné & condamne ledit Legruyer ez despens tant desdites appellatiōs que instance de complaincte & moyens d'interestz enuers lesdits Guillemet & Chapitre respectiuement, ensemble ez dommages & interestz de ladite complaincte & autres dommages & interestz reseruez par ledit Arrest du 24. de Nouembre 1556. la taxation d'iceux despens dommages & interestz audict conseil reseruée. Si donnons en mādement & commettons par ces presentes au premier de noz amez & feaulx les Conseillers de nostre-dit grand conseil trouué sur les lieux, noz Bailly de Troyes ou ses Lieutenans generaulx & particuliers, premier des Conseillers dudict Baillage & chacun d'eux sur-ce premier requis, que à la requeste dudit Guillemet appellez ceux qui pour-ce feront à appeller le present Arrest ils mettent ou facent mettre à deüe & entiere execution de point en point selon sa forme & teneur en ce que execution y est ou sera requise; en contraignant à ce faire, souffrir & obeyr tous ceux qu'il appartiendra & qui pour-ce feront à contraindre par toutes voyes & manieres deües & rai-

ſonnables, nonobſtant oppoſitions ou appellations quelzconques & ſans preiudice d'icelles, de ce faire leurs donnons pouuoir mandons & commandons à tous noz iuſticiers, officiers & ſubjects, que à eux & chacun d'eux en ce faiſât ſoit obey, En teſmoing dequoy nous auons faict mettre noſtre ſeel à ceſdites preſentes. Donné & prononcé en noſtre-dit grand conſeil à Paris le 29. iour d'Octobre l'an de grace 1557. & de noſtre regne le vnzieſme. Et ſur le reply eſt eſcript Par le Roy à la relation des gens de ſon grãd Conſeil, ſigné de Lomenie, & ſeellé d'vn grand ſeel de cire jaulne.

Antequam inchoatam noſtrorum præſulum ſeriem perſequar, viſum eſt mihi, ne quid ſcitu dignum prætermittatur eorum, quæ de antiquitatibus Eccleſiæ Tricaſſinæ memorare cœpi, huc intexere nonnulla quæ ex veteri codice eiuſdem Eccleſiæ (hirſutus liber appellatur) excripſi: nam horum exemplarium ex ipſo autographo deſcriptorum beneficio, pæne intermortua rerum multarum memoratu digniſſimarum, quæ ad dictam Eccleſiam ſpectant memoria, ſarta tecta conſeruabitur. Id vero vt facerem ea potiſſimum cauſa impulſus ſum, quod dictus codex locis aliquibus laceratus detrituſq; eſt, nec diu perſtare valet, cum chartaceus tantum ſit, & ex veterrima papyro compoſitus: tale eſt autem eius initium.

Incipit Cartulare Eccleſiæ Trecenſis de omnibus redditibus, & prouentibus ad ca-

pitulum in quibuscumq; rebus existentibus siue in pecunia, siue in bladis bailiuis & aliis redditibus quibuscumq; tam in ciuitate Trecensi quam alibi extra villam situatis compositum, factum & ordinatum per nos Galterum de Rameruco archidiaconum Arceyarum in Ecclesia prædicta, & Aymericum Helie canonicum eiusdem de speciali mandato totius capituli, nobis facto in Capitulo generali celebrato in crastino BB. Apostol. Petri & Pauli an 1349.

In primis sciendum est quod Ecclesia Trecensis, seu Decanus & Capitulum habent redditus in villis & locis qui sequuntur, quorum redditum aliqui assignati sunt ad magnam cameram dictæ Ecclesiæ, pro faciendis negotijs & oneribus communibus dictæ cameræ seu dictæ Ecclesiæ supportandis Aliqui assignati sunt celario dictæ Ecclesiæ similiter, pro faciendis negotijs & oneribus dicti Celarij supportandis. Alij pro anniuersarijs soluendis assignati sunt, & isti redditus anniuersariorum segregati fuerunt ab alijs redditibus inperpetuum, propterea quod canonici non poterant habere anniuersaria sua de manibus Camerariorum qui ea expendebant vt dicebant in negotijs magnæ cameræ. Et alij redditus assignati sunt pro fructibus canonicorum tam præsentium quam absentium secundum quod in pelle capituli quæ pro statuto habetur plenius continetur.

Postmodum recensentur singuli redditus dictæ Ecclesiæ.

SECVNTVR REDDITVS *quos debet Decano & Capitulo Ecclesia Trecensis, Episcopus Trecens. & alia onera quæ debet facere in dicta Ecclesia Trecensi.*

Ex lib. villoso. pag. 10.

PRimo pro festo Assumptionis B. Mariæ 20. solid. & est de recepta Celerarij.

Item pro festo omnium sanctorum 20. sol. qui distribuuntur canonicis præsentibus in dicto festo.

Item pro archidiaconatu in Natiuitate Domini 50. sol. Item eadem de causa in Paschate 50. solid. & vadunt Celario.

Item ab eodem pro festo B. Helenæ 20. solid.

Item ab eodem pro festo B. Mastidiæ 3. sol. 6. den.

Item ab eodem super redditibus de primofacto pro anniuersario episcopi Nicolai 10. lib.

Item ab eodem pro 10. foro 20. solid. Istos recusat soluere absq; rationabili causa; & per defectum & negligentiam Decani & Capituli, quare apponant remedium.

Item debet in festiuitate Natalis Domini facere officium in Ecclesia Trecensi & dare ad manducandum in vigilia & in festo cano-

nicis, vicarijs & alijs de choro in dicto festo præsentibus, & qui interesse voluerint in dicto prandio. Et si Episcopus præsens non fuerit, & dictum officium & prandium non fecerit, debet in dicto festo Natiuitatis 40. solid. qui distribuuntur Canonicis in dicto festo præsentibus. Et est sciendum quod 4. Canonici altaris B. Mariæ à distributione dictorum 40. solid. excluduntur.

Item debet in festo Paschæ eadem facere

Item debet in festo Pentechostes eadem facere.

Item in festo Apostol. Petri & Pauli eadem facere.

Item debet in certis anniuersarijs Episcoporum, Canonicis, Matricularijs laicis, ac etiam duobus Matricularijs presbyteris, & 4. Canonicis altaris B. Mariæ ac claustrario & Succentori qui præsentes fuerint in anniuersarijs dictorum Episcoporum distribuere cuilibet istorum panem & vinum, videlicet cuilibet vnum magnum panem qui æquipollet duobus panibus præbendalibus cum dimidio & tres pintas vini.

ANNIVERSARIA ET nomina Episcoporum sunt hæc.

Ex nouo lib. obituū. IN vigilia Purificationis B. Mariæ pro D. Henrico Trecensi episcopo.

Item in carnipriuio scilicet 3. feria post

Dominicam in Quinquagesima pro D. Bartholomæo Trecenii Episcopo.

Item in die SS Felicitatis & Perpetuæ pro D Manasse Trecensi Episcopo.

Item in septimana pœnosa scilicet Mercurij post ramos palmarum pro D. Garnero Trecensi episcopo.

Item in octauis Paschæ scilicet Lunæ de Quasimodo pro D. Nicolao Trecens. Episc.

Item vltima die Iunij pro D. Herueo Trecensi Episcopo.

Item die S. Bartholomæi pro D. Henrico de Pictauia.

Item in vigilia S. Michaelis pro D. Mathæo Trecensi Episcopo.

Item debet Dominus Episcopus totum luminare in Ecclesia Trecensi tam de die quam de nocte, & in Natiuitate Domini ad matutinas vnam torchiam, & vnam aliam in festo Apparitionis quando cantatur Euangelium. Item vnam aliam torchiam in Aduentu videlicet in ieiunijs 4 temporum quādo cantatur Euangelium *Missus est*. Et est sciendum quod in eadem Ecclesia Trecensi sunt 12. festiuitates annuales, & in quolibet festo debent poni ante maius altare in 13. candelabris ibidem ordinatis 13. cerei ponderis 52. lib. ceræ, quiquidem 13. cerei debent fieri secundum ordinationem antiquitus obseruatam. *Ex lib. villoso. pag. 10.*

Item debet in festis duplicibus 8. cereos ante dictum altare ponderis 8. lib.

Item debet ordinarie 5. cereos tam de die quam de nocte qui ardere debent continue, videlicet 3. in choro, 2. ante maius altare, alter ante S Helenam, alius ante Saluatorem, & alius in capella B. Mariæ ponderis quilibet vnius libræ.

Item debet in festo Purificationis B Mariæ Decano & cuilibet archidiacono in dicto festo præsenti vnum cereum de dimidia libra, cuilibet Canonico vnum cereum de vno quarterio libræ, alijs vicarijs & beneficiatis in choro existentibus, seruientibus ecclesiæ, & gentibus Canonicorum in hospitijs suis commanentibus cuilibet vnum cereum, talis videlicet, quod de libra ceræ debent fieri 8. cerei.

Item debet in festo S. Michaelis totum cotidianum Canonicis vicarijs beneficiatis in dicto festo præsentibus.

Item debet die Iouis in Cœna Domini post Euangelium & sermonem & ablutionem pedum factam Canonicis & omnibus alijs de choro, dare ad bibendum de vino albo semel, & de vino rubeo bis, videlicet Canonicis de vino de Belna, & debet vinum ad lauandum altaria.

Item in eadem die debet nabulas * distribuere Canonicis & alijs de choro post potum ibidem præsentibus. Gentes Episcopi & Claustrarius ministrant.

Item debet in festo Paschæ dare ad bibendum post Nonam Canonicis & alijs vt supra.

* alibi neulas, quæ sūt placentæ azymæ admodum tenues, ver-

in die Iouis, & cuilibet Canonico de pomis & alijs etiam.

Item debet ministrare vinum ad maius altare vna cum pane ad cantandum, ac etiam in Missa de mortuis.

Item debet ignem . . . . per totum annum vna cũ igne in Ecclesia & choro ministrare

Item debet omnes cordas cum quibus campanæ pulsantur tradere ac etiam ministrare. Matricularij autem laici quia Matriculariæ sunt de collatione Episcopi, debent facere pulsari campanas horis debitis.

Item debet Decano 20. lib. de annuo redditu.

nacule oblies dictæ, quasi oblatæ vt conijcio, quarum figuram expressam lector videbit apud Baron. in annal. sub. an. 58. nu. 64.

Item est sciendum quod de 40. præbendis sunt quatuor sacerdotales, & oportet necessario quod tenentes dictas præbendas teneantur infra annum à tempore receptionis computandum, ad sacerdotium promoueri, alioquin non habent vocem in Capitulo, nec possunt ad beneficia vacantia quæ pertinent ad Decanum & Capitulum personas aliquas præsentare, quousque ordinati fuerint ad sacerdotium antedictum.

Item sunt in ecclesia prædicta 4. Canonici altaris B. Mariæ qui continuam residentiam debent facere, ac etiam iurare in receptione eorum deseruire continue choro & altari, & percipiunt in distributionibus cotidianis medietatem distributionum vnius Canonici, ita quod 4. Canonici dicti altaris duos Canonicos, in his videlicet quæ distri- *Ex lib. villoso pag. 11.*

buuntur in choro. In alijs distributionibus quæ fiunt extra chorum nihil percipiunt. Collatio istarum præbendarum pertinet ad episcopum sed dicti 4. Canonici sunt de iurisdictione Decani & Capituli.

Item est in ecclesia Trecensi Subcentor, quæ Subcentoria est de collatione Cantoris, & debet dictus Subcentor continuam residentiam facere, & computatur in numero vicariorum & percipit prout vnus vicarius.

Item sunt in ecclesia Trecensi 20. vicarij, & non debent plus poni abque Subcentore prædicto qui facit numerum 21. vicariorum

Item est sciendum quod 40. præbendæ, videlicet grossi fructus dictarum præbendarum, lucrantur per canonicos in crastinum festi Paschæ quolibet anno, supposito quod canonici sint absentes. Sed si absentes canonici residentiam non fecerint per medietatem vnius anni integre, dicti canonici qui dictam residentiam non fecerint tenentur soluere 100 solidos celerario ecclesiæ totiens quotiens defecerint in dicta residentia facienda. Et si defecerint per vnam diem de dicta residentia facienda nichilominus debent soluere dictos 100. sol. Et vocatur ista seruitus seu huiusmodi redibentia foraneitas Illi autem qui residentiam fecerint per medietatem vnius anni integre, dictos 100. sol. soluere non tenentur. Partitio autem dictorum grossorum fructuum seu præbendarum fit de 5. An. in 5. annis. De modo autem par-

titionis & qualiter camerarij particulares ordinantur fiat prout in pelle capituli continetur.

STATVTVM SEV ORdinatio, super sedibus & locis inter Dominos Trecens. ecclesiæ obseruandis.

Decanus & Capitulum Trecensis Ecclesiæ. Vniuersis & singulis quos infra scriptum tangit vel tangere poterit negotium, salutem in eo qui neminem vult perire. Ne culpabilis ignorantia ex inordinata confusione prouemens, tetra sui caligine lumini veritatis & pacis tranquilitati velamina sæpius objiciens, huius Trecensis Capituli suppositorum mentales valeat oculos excæcare: vnde quod absit contingeret per deuia procedere tenebrosa. Insuper ne à rationis tramite & debitæ ordinationis obseruantia facile exhorbitent, vnde aliquos eorum contingat in labirinthum contentionis rigorosæ: alios in iurgia dissentiones & scisinata, reliquos vero in rancores, iracundias & odia prosilire, quæ penitus à consortio ecclesiastice viuentium dignoscuntur extirpanda. Vt tandem inter eos quos eadem nutrit fides, eadem decorant orthodoxæ fidei sacramenta, regnet tranquillitas, pax dominetur. Vnitas corda confæderet, nexus animos coniungat amoris, & vnusquisque qua vocatus est maneat mansione, eaque contentetur. Præsenti statuto seu ordinatione decernimus, & declaramus, aliqua quæ inter nos sub specie con- Ex lib. villoso. pag. 99.

trarietatis & repugnantiæ ferebantur, Salua in omnibus reuerentia contrariarum iuris vel facti aut cõsuetudine obseruantiarum ecclesiarum cæterarum. Primo videlicet quod in Choro, Capitulo, & processionibus quilibet fiet aut incedat loco sibi congruenti secundum exigentiam suæ dignitatis vel ordinis. Sic scilicet quod omnes dignitates locis prioribus iuxta morem hactenus inter eas obseruatum: sacerdotes consequenter secundum ordinem suæ promotionis ad gradum sacerdotij: Diaconi vero postea secundum suas antiquitates in eodem ordine sedes obtinebunt. Pro cuius articuli euidentia & declaratione maiori est sciendum quod in præmissis sedium aut locorum collocationibus, absolute non attenditur ordo receptionum, nam si primo receptus vltimo ad ordinem sacerdotij sit promotus, inter sacerdotes vltimum locum obtinebit, & sic de Diaconis est censendum. Itemque in choro cuilibet assignetur sedes determinata qua vtatur siue in Ecclesia sint plures siue pauciores, ne aliter superuenientibus præiudicium aut impedimentum inferatur. Quod est vt præmittitur obseruandum, nisi in præmissis sedibus viri honesti qui non sunt de gremio Ecclesiæ admittantur. Et idem præmissus ordo seruandus est ad beneficia conferenda. Præmissa volumus perpetuis temporibus obtinere roboris firmitatem. Datum Trecis in Capitulo nostro generali. An. Dom. 1399, post festum beatorum Apostolorum Petri & Pauli, more solito inibi celebrato.

STATVTVM SVPER grossis fructibus ecclesiæ Trecensf. lucrandis.

IN capitulo generali celebrato in crastino Dominica qua cantatum fuit Quasimodo An. 1368. super dubio moto in capitulo ad sciendum quando grossi fructus præbendarum Trecensium lucrari debent: habita deliberatione super hoc, inuentum fuit & est ordinatum quod quilibet canonicus Trecensis in ortu solis diei Resurrectionis Dominicæ lucrabitur grossos fructus præbendæ suæ Trecensis pro messibus proxime sequentibus anno quolibet. Capitulantibus D. Decano, Maiore, S. Margaretæ, Briena & Arceyarum archidiaconis, Ioanne Boreti, Aymerico Helie, Iacobo Cognati, Guillelmo Audeberti, Nicolao Scoti, Petro de Arbosio iuniore, Guillelmo de Creneyo, Ioanne Guyraudi, Ioanne de Cameraco, Ioanne Biseti, Guillelmo Mauberti, & Petro de Rameruco canonicis Trecensibus. Ex Chartul mendranacco.

At de his quæ ad antiquitates Trecens. ecclesiæ pertinent satis est: nunc ad institutam episcoporum narrationem reuertamur.

1. *S. Amator.* Quamuis D. Amator secundum tantum inter episcopos Tricassinos locum sibi vindicet, nihilominus ne à veteribus elenchis & catalogis deflectam, in primo ordine eum collocabo, & nostrorum præsulum principem ac coryphæum constitu-

am, ne ſeries ſyllaborum præpoſtere ſeruetur, ex quorum albo D. Potentianus expunctus eſt, quod is, archiepiſcopatus Senonenſis infulis & ornamentis auctoratus & inſignis, vitæ ſuæ curſum martyrio compleuit, & pariter cõſulto omittam Iulianum, quem in ſacro Trecenſi ſolio ſediſſe ante S. Amatorem, S. Euurtij Aurelianenſis hiſtoria ſed non ſatis probata memorat. Nullum autem extat monumentum quod huius S. Amatoris res geſtas complectatur, ſed eius tantum fit memoria in Trecenſi breuiario, auſpicali Cal. maiarum die, vixitque quantum coniectura aſſequi datur circiter An. 340.

2. *Optatianus*. Quem ſecundum pontificem Trecenſis ciuitas venerata eſt, interfuit concilio Colonienſi An. 350. celebrato iuxta opinionem D. Binij in poſtrema conciliorum editione. Memoratur etiam in hiſtoria S. Seruatij Tungrenſis epiſcopi, quæ de celebratione dicti concilij ſpeciatim agit.

3. *Leo*.

4. *Heraclius*.

5. *S. Melanius*. Tanquam inter cœlites receptus, & in Sanctorum ordinem cooptatus in monaſterio Cellenſi, communibus votis & precibus appellatur, in quo corporeæ eius reliquiæ in ligneam thecam reconditæ aſſeruantur; de quarum tranſlatione ſolennis memoria ibidem agitur die 22. menſ. april. ſed ipſius Sancti natalis dies in ipſo loco nec alibi quod ſciam, celebratur.

6. *Aurelianus.*

7. *S. Vrsus.* Festum eius natalis diem celebrat ecclesia Trecensis 26. Iulij, & in vetustiss. Agendicensi martyrologio hæc de ipso leguntur. 6. *Cal. Augusti in pago Meldensi in centena Cupedensi, loco qui dicitur cubtas, depositio S. Vrsi Trecassinensis ecclesiæ episcopi, & confessoris corpus vero eius condigne humatum in marmoreo sarcophago miro opere sculpto.* Reliquiarum eius non minima portio, in dicta Trecensi ecclesia nunc custoditur, sed vitæ eius historiam nullibi reperire est, Sanctiss. autem animam exhalauit circiter annum. 426.

8. *S. Lupus.* Historia eius extat apud Surium tomo 4. alia etiam habetur sed minus syncere & venuste scripta, quæ in ecclesijs Tricass. diœcesis legitur. Ad episcopale supercilium euectus est an. 426, tantoque munere 52. an. functus, & defunctus an. 479. vt Baroniani calculi obseruat computatio: eius egregias virtutes prosa & versu alte extollit Sidonius Apolinaris ipsius coætaneus. Debita tanti Præsulis honori celebritas agitur per omnia dictæ diœcesis oppida die 29. Iulij, cuius sacrum corpus in eo monasterio, quod eius nomine Trecis insignitum est custoditur: pars nimirum aliqua in argenteo scrinio, tempore Ioannis de Chailly eiusdem monasterij præfecti artificiose elaborato & composito quod manifestum relinquitur ex ea inscriptione quæ dicto scrinio addita est in hæc verba. *Ista capsa fuit*

Sido. li. 6. epist. 1 & 4. l. 7. epist. 13. & in carm. euchar. ad Faust.

Io de Chailly obijt an. 1365. ex necrolog. cænobij.

incœpta & perfecta cum Dei adiutorio, tempore Iohannis de Chailleyo Abbatis huius monasterij, Licentiati in decretis. Orate Deum pro eo. Pars alia (nimirum testa & cranium capitis) recondita est in effigiem episcopi, quam duo angeli suffulciunt, totam fere argenteam & inauratam, operibusque encausticis superinductis & gemmis fulgentibus elegantissime adornatam, & eousq; adfabre factam, vt omnium quidem qui ipsam perlustrarint, & perspicaci oculo perlegerint, iudicio, in nullo totius galliæ delubro cum ea imagine ob artificij subtilitatem componendum opus quantauis elaboratum sit industria, inueniatur. Illam autem effigiem F. Nicolaus Foriot Doctor Teologus Parisiens. ipsius loci cœnobiarcha concinnandam & conformandam, & supradictas reliquias in eam recondendas solenni ritu curauit, vt apparet ex quodam monumento transmittendæ ad posteros eiusdem rei memoriæ causa confecto, quod ex vetusto codice dicti cœnobii excripsi hac verborum formula conceptum.

Anno Domini 1505, apostolicam nauiculam gubernante Iulio 2. Rom. Pontifice: dum regni Francorum imperium moderaretur Ludouicus 12. præerat ecclesiæ Trecensi Iacobus Ragnier Episcopus Reuerendus. Is anno supradicto, die vero Aprilis. 6. scilicet Dominica prima post octauas P. scha. Ad humilem venerabilis patris Nicolai Foriot tunc Abbatis monasterij S. Lupi Trecensis (viri sane literis ac moribus, necnon rei domesticæ ac familiaris cura

*nominatissimi supplicationem) ex quodam veteri vasculo argenteo pulchro & honesto, venerandum B. Lupi Trecorum episcopi ac patroni caput, inter missarum solemnia, postque offertorium extraxit, populoque Trecensi, ex tabulato ad hoc in medio dicti monasterij templo disposito, magna cum religione monstrauit. Hincque nouum in vasculum non minus pretiosum quam magnificum, auro gemmisq; decoratum, à prædicto venerabili patre Nicolao Foriot dicti monasterij S. Lupi Abbate, per quemdam argentarium fabrum Trecis commorantem Ioannem papillon dictum, magna cum impensa fabrefactum, debito ac religioso apparatu honorifice transtulit, relicta in iam dicto vasculo, inferiori dicti B. Lupi mandibula. Decorauerunt personaliter & cum magna deuotione venerati sunt sanctæ translationis actum, venerabiles ac religiosi patres Carolus de Refuge monasterij Cellæ, Philippus de Bournaut Molismensis Emundus Erardus S. Martinj in areis, Sauinus Gillot Rippatorij & dictus Nicolaus Foriot dicti S. Lupi Abbates. Item circunspecti ac honorandi viri Nicolaus le Bacle decanus Trecensis, Ludouicus de Courcelles Brenæ, & Ludouicus Bude * Areyarum in Ecclesia Trecensi Archidiaconj, Ioannes Millon Officialis Trecensis, Ioannes de Cellerijs Capicerius, & Stephanus de Refuge Celarius Ecclesiæ Collegiatæ S. Stephani Trecẽsis, cumq; alijs dictæ Trecensis & S. Stephani Trecensis Ecclesiarum Canonicis. Ministrabant diuinaque cantica concinnebant religiosi ac Canonici huius iamdicti monasterij, Nicolaus Prunel Prior Claustralis, Petrus Lespargnot thesaurarius & Ioannes Noan*

* Guilelmi frater.

præpositus cum alijs suis canonicis tam domi quam ruri commorantibus. Non defuerunt huius inclytæ ciuitatis insigniores viri Dominus de Fouion comitatus Deu Gubernator, illustrisque principis Domini Dorualı Campaniæ Gubernatoris vicesgerens, Ioannes Clemens generalis, Ioannes Bazin particularis locum tenentes Domini Baillivi Trecensis. Guillelmus Huyard Consiliarius, Anthonius Huyard aduocatus & Simon Liborom procurator regij, Guilelmus Bruyer præpositus Trecensis cum Petro de Chappis, & Guidone Coiffard suis loca tenentibus, Nicolaus Marel fisci regij ordinarius receptor, Itemque Hugo Lesprivier Cameræ Trecensis scabinorum maior, Ioannes Saulnier vectigalium regiorum taillias vocant electus itemque Ioannes Berthier, Michael Angenost, Ioannes Richer, Anthonius Vitel, Ioannes Megrigny & Guilelmus Haij matricularij huius Ecclesie iamdictæ, Itemque Guilelmus Mole & Ioannes Tartier mercatores: cum alijs insignioribus Trecensis Ciuitatis viris plerisque, cumque plebis vtriusque sexus & conditionis tam ex ciuitate quam ex agris maxima multitudine, quanta nec visa prius in prædicto monasterio. Tantaque fuit in deum exultatio & ad B. Lupum patronum suum omnium deuotio vt nemo pio gaudio non lachrymaretur ad laudem Domini nostri Iesu-Christi qui glorificat Sanctos suos cui cum patre & Spiritu Sancto honor virtus & gloria inæternum. Amen.

Ad S. Lupi sepulchrum insigne patratum fuisse miraculum, auctor est Greg. Turon. lib. de gloria confess. cap. 67. quod enarrat sequentibus verbis.

Lupum antistitem apud Tricassinorum campaniæ urbem sepultum nulli habetur incognitum: ad cuius basilicam muri cuiusdam seruus, negligentia admissa confugit: frendens vero dominus eius de vestigio persecutus: ingressus basilicam nec oratione prostratus blasphemias in sanctum euomere cœpit ac dicere. Et tu Lupe seruum meum auferes propter te non licebit mihi in eum vltionem debitam exercere: & iniecta manu seruum trahere cœpit dicens. Non mittet hodie hic Lupus manum suam de sepulchro vt eruat te de manibus meis. Hæc dicente misero extemplo lingua quæ in sanctum blasphemias effudit diuinitus obligatur. Atque mutatus homo debacchare cœpit per totam ædem dans mugitum vt pecus: sermonem vt homo non proferens. Cunque hæc suis nunciata fuissent apprehensum duxerunt ad domum suam. Vxor vero eius multa munera in basilicam posuit: sed hic tertia die cum graui cruciatu vitam finiuit. Quo defuncto mulier quæ dederat recepit: seruus tamen euasit liber.

9. *S. Camelianus.* An. 479. episcopale munus suscepit & complures annos in eo summa cum laude versatus est, nam cum primæ Aurelianensi Synodo quæ An. 512. iuxta Sigeberti calculum, iuxta aliorum vero an. 507. habita est, interfuisse ipsius Synodi acta testantur. Ille autem ab omnibus iis dotibus quæ sacrorum antistitem maxime decent, egregie paratus erat, eiusmodique eum suo penicillo expingit Sidonius eius synchronus & fidelissima cum eo gratia coniunctissimus, memoratque sibi Lugduni visum, adeoque

diam externus, aut familiari iniuriam, aut credulus inuidiam, aut curiosus repulsam, aut suspiciosus nequitiam, aut peritus calumniam, aut imperitus infamiam. Simplicitatem columbæ in Ecclesia seruat in foro serpentis astutiam; bonis prudens, malis cautus, neutris callidus iudicatur. Quid plura? Totum te nobis ille iam reddidit totam tuam temperantiam religionem, libertatem, verecundiam, & illam delicatæ mentis pudicissimam teneritudinem iocunda similitudine exscripsit. Qua propter quantum volueris deinceps frui secreto, indulgere secessui, licebit indulgeas: quandoquidem nos in fratre meo Himerio, auum nomine, patrem facie, vtrumque prudentia iam tenemus. Vale.

Sicut autem dictus Sidonius ab antiquis scriptoribus, alias Solius, alias Apolinaris nuncupatur, ita D. Camelianus ab eodem Sidonio Himerii nomine designatur. Eius optima corporis pars in dicta Tricass. ecclesia custoditur, & ea qua par est veneratione colitur, illiusq; honori & nomini consecrata solennitas 28. Iulii celebratur: nonnulla vero antiqua monumenta memini me vidisse, quæ eius è vita discessum anno 525. assignant.

10. *S. Vincentius.* Pontificali infula decorat⁹ est circiter an. 526. Delubrum S. Auentino sacrum extra vrbis Tricass. mœnia exædificandum curauit, in eoque conditus & tumulatus est, ibique adhuc visitur lapideum sepulchrum tres aut quatuor pedes à terra excitatum, in quod corpus eius illatum fuit, quod nunc in principe fano Tricassino qui

dam dicunt asseruari: nullæ tamen feriæ, nulla eius memoriæ consecrata solennis & anniuersaria celebritas agitur, nec vllum eius gestorum & præclare exactæ vitæ in priscis historiis reliquum est vestigium.

11. *Ambrosius*. Hic quintæ Aurelianensi synodo interfuit, quæ an. 552 celebrata est.

12. *Gallomagnus*. Matisconensis primæ Synodi acta, subscripto nomine & chirographo confirmauit, quæ coacta est An. 582. Nec vero quemquam fallere debet, si eadem acta seu decreta, à Victore ecclesiæ Tricassinæ episcopo pariter subsignata sint, rescribendum est enim *Tricastinæ*. Et hæc verborum affinitas & cognatio multis sæpe errandi occasionem præbuit. In altera enim Synodo Matisconensi, Eusebius quidam episcopus ecclesiæ Tricassinæ, mendose pro *Tricastinæ* nominatur. In tertio Aurelianensi Concilio, Leuchadius Tricass. ecclesiæ episcopus pro *Tricastinæ*. In quarto Aurelianensi concilio, Heracleus Tricastinensis episcopus, sed in ora libri vitiose repositum *Tricassinus*. Item in primo Lugdunensi sacro conuentu anno 570. congregato, literatum est. *Eusebius presbyter directus à D. meo Victore episcopo ecclesiæ Tricassinorum* pro Tricastinorum. Similiter in concilio Valentino, Eusebius episcopus ecclesiæ Tricass. pro *Tricastinæ*. Simile mendum occurrit in consilio Epaunensi, aut Agaunensi ex Papirij Massoni viri vndecumque eruditissimi, & omnis antiquæ historiæ sci-

entissimi sententia, Florentius Tricassinæ pro *Tricastinæ* episcopus. Prædictus Gallomagnus ardentissimo deuotionis feruore succensus, aliquas D. Nicetii quondam Lugdunensis Archiepiscopi reliquias impetrauit, quas dum in Tricassinam vrbem inferret, plurima in ipso itinere ædita sunt miracula vt M S. eiusdem D. Nicetii historia memorat: quæquidem reliquiæ hodieque custodiuntur in maximæ amplitudinis delubro, quod in eadem ciuitate Niceriano titulo prælustre est: antea autem ædicula tantum erat D. Mauro consecrata, vt à maioribus, traditione quadam ad posteros transfusa accepimus.

P. Masso. lib. de Nomin. episcop.

13. *Agracius.* Secundo Matisconensi Concilio interfuit, quod an. 588. collectum est. Gregorius Turon. lib. 8. c. 31. hist. Franc. eiusdem aliquam mentionem facit, cumque ad iuniorem Chlotharium à Guntrano rege vna cum archipræsule Senonensi Arthemio & Verano Cabilonensi episcopo destinatum asseuerat, vt apud eum de impientissima archiepiscopi Rothomagensis Prætextati cæde, qui immanissime eo die quo reuiuiscentis Christi celebritatem orthodoxa ecclesia veneratur in maximo vrbis fano Rothomagensi, augusto loco indignissime polluto lethali vulnere confossus fuerat, nomine dicti Guntranni querimoniam expromerent, & contenderent, vt tam atrocis facinoris authores & conscii ad illum quantocyus mitte-

rentur.

14. *Lupus 2. alias Leusus.* Vnus ex iis patribus qui sacrum Cabilonensem conuentum sub Vitaliano Papa coactum circiter annum 660. celebrarunt. Historia autem chirographa S. Euspicii Miciacensis cœnobii ad Aureliam vrbem conditoris narrat, ipsum S. Euspicium duos ex fratre habuisse nepotes, nempe S. Maximinum eiusdem cœnobii abbatem, & dictũ Lupum: in quoquidem mihi videtur hæc historia suspecta, nam si ipse Lupus, illius Euspicii nepos fuisset, non est verisimile illum tandiu per rerum naturam viuere potuisse, vt tempora dictæ Synodi Cabilonens. pertingere potuerit, quæ centum quadraginta & amplius annos post obitum Clodouei Regis sub quo memorati Euspicius & Maximinus floruerunt, habita est. Sed Lupum nostrum, S. Euspicii dici posse pro nepotem, non abnuo.

Obijt Clodoueus an. 514.

15. *Euodius.*

16. *Modegisilus.*

17. *Ragnegisilus.* Natione erat Aquitanus vt D. Frodoberti narrat historia. Is in suburbano agro Trecensi, S. Sauinæ dicatum templum extruendum curauit, & in eodem, fato suo defunctus, in arca lapidea etiamnum hodie ibidem conspicua, conditus est.

18. *Leuconius* al. *Leoconius*
19. *Bertoaldus.*
20. *VVammirus*

De his antistitibus nihil omnino veteres historiæ produnt, adeoq; solo de nomine, eorum

notitia ad nos peruenit: imperturbata tamen ſucceſſionis Tricaſſ. epiſcoporum ſeries inde innoteſcit.

21. *Abbofelix.* Memoratur etiam in Frodobertina hiſtoria: auctorque eſt Frodoardus eum prædia quædam cum Leudegiſillo archi-præſule Rhemenſi commutaſſe, ad vtriuſque eccleſiæ, Rhemenſis videlicet & Trecenſis commodiorem vſum. *Frodoard. hiſt. Rhem. lib. 2. ca. 6.*

22. *Vulfredus.*

23. *Ragembertus.*

24. *Adebertus* al. *Aldobertus.* Cum in commilitium Benedictinorum in Celléſi monaſterio, quod in Tricaſſino ſuburbano conſtitutum eſt, adſcriptus eſſet, vt rebus diuinis liberius omni rerum humanarum cura ſolutus, operam daret: inde ad Pontificalis ſublimitatis apicem euectus eſt, ſicut ex eadem D. Frodob. hiſtoria perſpicuum eſt.

25. *Fredebertus.*

26. *Gautſerius.*

27. *Arduinus.*

28. *Cenſardus.*

29. *S. Bobinus.* Cœleſtes ei honores tanquam in Sanctorum numerum adſcripto in dicto cœnobio Cellenſi in quo primum monachus fuerat, decernūtur, ibidemq; eius corporis reliquiæ aſſeruantur, quarum tranſlatio 22. aprilis ſolenni ritu celebratur, ſed eius natalitius dies minime recolitur, quia ignoratur. In cœnobio Belliloci diœceſis Trecēſ. extat inſtrumentum à Iacobo epiſcopo Tre-

censi die 6. April. an. 1490. confectum, quo disertis verbis astruit, se eodem die, postulante dicti loci abbate, reliquias præfati cœnobii perlustrasse & recensuisse, ac inter cæteras reperisse *partem corporis illustriss. & gloriosissimi Bobini quondam Trecens. ecclesiæ episcopi.* In eodem pariter cœnobio monumentum aliud cernere est conscriptum an. 1491. die 4. Maii ab Huberto Præmonstratensis domus cœnobiarcha, quo, prædictas reliquias ibidem quiescere asseuerat.

30. *Amingus.*

31. *Adelgarius.*

32. *Osulfus.*

33. *Bertulfus.* Nihil quicquam de his quatuor episcopis antiqua monumenta referunt sed coniectura assequi facile est, eos Pipini & Caroli magni Christianiss. regum temporibus vixisse. Hoc etiam loco commemorandum est, maiora galliæ Chronica gallico idiomate scripta & manu exarata cap. 12. lib. 3. de rebus gestis eiusdem Caroli, cuiusdam cõuentus celeberrimi & frequentissimi mẽtionem facere, ab eodem Carolo apud Aquisgranum indicti & habiti, vbi palam complures augustissimas reliquias à Constantino Orientis imperatore missas, religiosissime ostendit, & è scriniis eduxit. In quo conuentu Leo Pontifex 3. vt prædicta Chronica testantur, & multi episcopi aderant inter quos Gombertus Trecensis episcopus hominatur, qui tamen in nostris elenchis & indi-

cibus non extat. Illud præterea attexam, in nonnullis syllabis & catalogis ea vocabula præferri, *Osulfus vocatus Berulfus* alios vero reperiri, à quibus prorsus abest hoc additamentum, diuisimque & seorsim ipsa vocabula collocant, & duos episcopos discriminant & distingunt, quorum prior 32, & posterior 33 recenseatur: verum mihi facile persuaserim, vnius tantum loco haberi debere, & computari. Vetera namq; hypomnemata cœnobij S. Lupi Trecensis, ante 400 annos conscripta, cum de Bodone antistite agunt, ei tricesimum nonum, in episcoporum ordine locum assignant: eos nihilominus separatim seiunctimq; delineabo, donec certius quidpiam & indubitatæ fidei occurrerit.

34. *S. Paulus.* Eius corpus in lignea theca conditum, Tricassina ecclesia summa cum veneratione custodit, & tanquam sacrum depositum pie religioseque colit & tuetur, nulla tamen annua eius nomini dicata celebritas agitur, forte quia vitæ eius historia non extat, quamuis dies ipsius notetur in Martyrologio Bedæ Cal. Febr. his verbis *Natalis S. Pauli episcopi Tricassinæ ciuitatis* Verum memini me legere quædam chirographa martyrologia, quæ habent *Tricassinæ*, non Tricassinæ.

35. *Helias.* Ludouici imperatoris cognomento pii æuo floruit, coniurationisque & conspirationis socius fuit eorum, qui eum è sublimi imperii sede deturbarunt & detruse-

runt, cum Lotharii eius filii partes fouerent, & ad regni gubernacula admoueri expeterent. Fato autem functus est anno 836. Anonymus scriptor qui memorati imperatoris vitam concinnauit de interitu dicti episcopi, peste tunc grassante extincti ad hunc modum loquitur. *Ea tempestate quanta lues mortalis populum, qui Lotharium secutus est, inuaserit, miserabile est dictu. In breui enim, id est, à Calendis Septembris vsque ad missam sancti Martini, hi primores eius vita excesserunt: Iesse olim Ambianensis Episcopus, Helias Trecassinae vrbis Episcopus, VVala Corbeiensis monasterij abbas, Matfridus, Hugo, Lambertus, Godofridus, itemque filius eius Godofridus, Albertus comes Partensis, Burgaretus quondam praefectus venatoribus regalibus, sed & Richardus vix euasit. Nam post non multum & ipse moritur. Hi enim erant, quorum decessu dicebatur Francia nobilitate orbata: fortitudine, quasi neruis succisis, euirata: prudentia his obeuntibus annullata, sed his subrutis ostendit Deus, quam salubre, quam laudabile sit obseruare, quod ex ore eius probatur procedere, Non glorietur, inquiens, sapiens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua, nec diues in diuitijs suis. Sed & imperatoris animum quis miretur digne, quanta temperantia diuina gubernauerit clementia? Etenim hoc suscepto nuntio nihil in se exultauit, nec morti inimicorum insultauit, sed pugno pectore tunso, lachrymisque oculis oppletis, Deum illis propitium fieri cum ingenti gemitu precatus est.*

Petrus Pithoe⁹ in annal Franc pag. 412.

Gallicani annales vulgari idiomate con-

texti, necdum in lucem æditi dictum episcopum, Elizæum appellitant, in vita eiusdem Ludouici cap. 21.

36. *Adalbertus*. Primo eius episcopatus anno, Arremarense cœnobium in Trecensi diœcesi constitutum, prima ortus sui vidit incunabula anno 837. vt alibi iam obseruatum est & annotatum.

37. *S. Prudentius*. Hispanicis oris ortus, vt S. Frodoberti historia prodit: excessit autem è viuis anno. 864. aut non multo secus. Eius reliquiæ lignea capsula insitæ in primaria Tricassium æde asseruantur, in qua festum eius 6. April. peragitur 9 lectionibus, & officium fit de communi confess. nullum tamen rerum ab eo gestarum recitatur elogium, vnde datur colligere, eius vitæ memoriam, aut incendijs, vastitatibus seu subuersionibus bellorum impetu vel alijs casibus inductis intercidisse. Extant tamen quædam prisci temporis monumenta in quibus laudatur: nam anno 847. rescriptum Leonis 4. Papæ accepit, quo iubebatur Arremarense cœnobium consecrare, vt auctor est Anastasius in dicti Leonis vita, quem his verbis vtentem legimus. *Ne vero quid prætermittamus de rebus gestis ab eodem pontifice hoc anno, reperitur ab eo scripta epistola ad Prudentium episcopum Tricassinum de consecrando ab eo monasterio, quod construxerat Ademarus monachus, deq; reliquijs Sanctorum ab Vrbe missis, moneteq; vt Sancta Trinitati dedicetur in nomine SS. Apostolorum Petri &* Ex Baron. in ānal sub an. 847. nu. 23.

Pauli , atque S. Leonis Papæ. Hæc Anastasius

Frodoard hist. Remēs. eccles. lib. 3. cap. 9. & acta cōcilij. Prouinciali Suessionensi Synodo, ab Hincmaro Archiepiscopo Rhemensi coactæ an. 853. interfuit, in eaque iudex constitutus est, dirimendæ cuiusdam cōtrouersiæ causa, quæ ipsi Hincmaro erat cū quibusdam suis clericis, quos ab officijs diuinis suspēderat. A Carolo caluo rege, ad rem ecclesiasticam galliæ inspiciendam, & cœnobiorum disciplinam

Lupus epist 63. pæne collapsam instaurandam vna cum Lupo Ferrariensi Abbate delegatus est, vt liquido constat ex eiusdem cœnobiarchæ ad eum epistola. Eximia eius pietas & singularis eruditio indiuiduo nexu copulatæ , hæc ei honoris munera promeruerunt, & effecerunt , vt ab ætatis suæ præsulibus, pręcipueq; à dicto Hincmaro vnice diligeretur qui eum super obscurioribus & abstrusioribus sacræ scripturæ locis, tanquam perspicacissimum diuinorum oraculorum interpretem consulebat, maiorisque momenti negotia, quæ in episcopali prouincia occurrebant & incidebant, cum eo communicabat, vt patet ex ea quam ad eum scriptam misit epistola, quamquidem Frodoardus siue Flohardus in pauciora verba contractam sit edidit.

Flohardus lib. 3. hist. Remēs. cuius mihi copiam fecit D. P. Petauius Sena- *Hincmarus Remensis archiepiscopus Prudentio Tricassino scribens queritur, quod sibi præsentiam suam subtrahat, significans se ab eo consilium quærere velle de statu & compressione Gothescalci: intimans quid de ipso actum vel iudicatum fuerit in Synodo, quo cum reclusum tenebat iudicio, & quia*

multis modis eum conuerti temptauerat, & de moribus & superbia ipsius. Et si cœna Domini vel in Pascha debeat eum admittere ad audiendum sacrum officium, vel accipiendam communionem. Et quid sibi videatur de sententia Ezechielis prophetæ qua dicitur: In quacumque die ceciderit iustus omnes iustitiæ eius in obliuione tradentur: Et quacumque die peccator conuersus fuerit omnes iniquitates eius tradentur obliuioni. Sed & de consuetudine cœnæ Domini celebrandæ. Item pro ecclesijs Sedis Remensis in ipsius episcopatu sitis, quas ille aliter tractabat, quam episcopali conueniret æquitati, vt de his & alijs quæ de ipso audiebat, simul loquerentur exhortans vt alterutrum se instruerent, & Domino mutuo commendarent. Pro qua re librum quoque scripsisse reperitur.

Guenilo archiepiscopus Senonensis, non minoris insignem eius rerum diuinarũ peritiam faciebat, ad eum enim libellum Origenianis erroribus scatẽtem misit, quem Ioannes quidam Scotus concinnarat, & ex Gothescalci Orbacensis monachi scriptis expresserat, eumque erudite confutauit, innumeris locis & auctoritatibus ex luculentis veterum orthodoxæ fidei doctorum operibus depromptis, qui receptus vsitatusq; horum temporum mos erat, vt ex Agobardi & Dugali scriptis perspicuum est. Liber autem dictam confutationem complectens, in libraria supellectile D. N. Fabri Parisiensis viri clariss. & nusquam sine laude nominandi habetur, cuius beneficio, procœmium ex

tor Parisiens. clariss.

eo erui quod lubet huc adscribere : ipsius vero codicis talis est titulus.

Liber Ioannis Scoti correctus à Prudentio siue à cæteris patribus, videlicet à Gregorio, Hieronimo, Fulgentio atque Augustino.

PRÆFATIO.

Reuerentissimo patri & beatissimo Pontifici inter Pastores Christi, eminentia vitæ doctrinæque eximietate clarissimo Gueniloni, Prudentius æternam in Domino salutem. Accensus prout decet atque oportet zelo catholicæ fidei, & veræ charitatis affectu, pater beatissime, misisti mihi quandam scedulam decem & nouem capitula continentem, ex libro cuiusdam Scoti selecta, à nostro vt ais se quodammodo intellectu diuertentia, rogans & monens, vt quæcunque in eis à vero exorbitantia comperissem, vnicuique de libris euangelicis & catholicorum Doctorum auctoritatibus deuianti Capitulo congrua depromerem abunde responsa. Quibus decursis soliciteque perspectis reperi in eis Pelagianæ venena perfidiæ & aliquoties Origenis amentiam Collyrianorumque hæreticorum furiositatem, quorum merito a catholicæ fidei cultoribus ac propugnatoribus validissimis confutati, censuraque iustissimæ seueritatis, multo ante nostra tempora damnati sunt. Intremui fateor & expaui tot olim errores cum suis auctoribus iam sopitos, nostris denuo temporibus pullulare, & deficientes quondam fumos, noua rursum accensione erumpere, suique noxietate multorum oculos caligare. Quibus vt iusseras refellendis cum animum pararem appellere, laboris difficultate perterritus, deliberabam penitus omittendum. Verum monentis auctoritate perpersa

duxi satius cum fructu obedientiæ & si minus pleno aliquatenus labi, quam paternæ reuerentiæ, timiditate stupida contraire. Animatus itaq; meritis rogantis, orationumq; instantissima puritate scribentis, visum est librum eundem (si qua forte inueniri posset diligenti curiositate perquirere, cuius serie salebrosas tantorum errorum tortiones valerem facilius intueri. Quo gratia Dei sine qua nihil sum & nihil possum vt optaueram assecuto, deprehendi quantum diuinitus inspiratus potui, Pelagij, Cælestij eorumq; sequacis ac defensoris acerrimi Iuliani per omnia sectatorem, Ioannem videlicet Scotum, tanta impudentia orthodoxæ fidei patribusq; catholicis oblatrantem, ac si vnus spiritus Iulianum Ioannemque docuerit, vnus idemq; Spiritus in eis fuerit nec dispar spiritus per eorum linguas, tot tantasq; blasphemiarum nauseas euomuerit. Nam & gratuitam Dei gratiam pariliter impugnant, & Dei iustitiam similiter denegant, & originale peccatum quod nascentes trahimus, quoque non nisi cœlesti gratia per misterium baptismatis soluimur, indissimili garrulitate dissuadent, argutijsque dialecticis simillima vanitate desipiunt. Rectissimum etiam sanctarum scripturarum intellectum, patrumq; catholicorum sensum sanissimum, tam concina varicositate peruertunt, ac si nunquam aduersus eorum errores quippiam fuerit actitatum. Quibus cum à patribus præcipueq; beatissimo Augustino competentissime abundantissimeq; responsum fuerit, nequaquam me præsumptionis à pijs lectoribus credidi iudicandum, si tuis monitis dictante pietate libenter obsequens, offeram pro vili portione in donaria tabernaculi Domini mei, quæ

possim relinquens potioribus ac doctioribus quæque melius valuerint & voluerint offerenda. Nec posse ut ait S. Hieronimus, alterius opes alterius paupertate fœdari. Fidens igitur in eius gratia qua præuenimur ut bene velimus, subsequimur ne frustra velimus, reuolutis patrum consonis per omnia paginis quid quisq; eorum antidoti cōtra eadem venena confecerit decerpere fideliter curaui, præfixo cuiusq; doctoris nomine, libroque pariter intimato. Verba quoque eiusdem Ioannis, ut ab eo digesta sunt, pluribus locis inserui, præposito etiam nomine ipsius cum præcedente illud nota quæ græce dicitur Sıma, quam sententiis capitalibus damnandorum, aliqui præscribere soleb ant. In multis enim non verba eius interposui, quæ loquacitate nimia legētibus fastidium ingerunt, sed sensibus eorum pro captu mea pusillitatis veraciter obuiaui. Vbicumque autem mei sermonis interpositio, necessarium locum expetit, ne quid mihi tribuerem, si quid boni superna gratia per meæ linguæ organum loqueretur, notam superponere studui quæ ab Astigraphis Crisimon nuncupatur, quoniam velut monogramma nominis Christi effigiare quodammodo cernitur, ut eius totum ostenderem, quidquid benignitatis ipsius largifluis indebitisque muneribus imbibissem. Illud etiam necessario credidi præmonendum, ut tuæ beatitudinis perspicatia subtiliter sollicitèque attendat, quantis se idem Ioannes contrarietatibus impugnet, qui ea quæ nunc adfirmat post denegat, & quæ modo loquaci vanitate diffitetur, postmodum vana loquacitate confitetur. Adeo ut aut non viderit quid dixerit, aut a nullo unquam videri putauerit. Quæso igitur ut omnia vigilanter

studioseque permetiens, quidquid fideliter dictum iudicaueris, auctori domino gratias agendo deputes. Si quid vero quod absit secus reperies, imbecilitati meæ compatiens emendare ne differas. Sicq; fructum piæ deuotionis duplicato fœnore consequeris, si & votis pie iubentis pie prolata respondeant & alio nitentia ad suum tramitem dirigantur. Orantem pro meis multipliciter prævalentibus mentis & corporis infirmitatibus, sanctissimam paternitatem tuam virtus omnipotentis gratiæ Dei vigentem ac sospitem iugiter conseruare dignetur. Tale est autem libri initium.

In nomine patris & filij & spiritus sancti, Prudentius famulus Christi familiaque eius. Blasphemias tuas Ioannes atque impudentias, quibus in Dei gratuitam gratiam iustitiamque inflexibilem procax inueheris, percurso tuæ peruersitatis libro, quem sub nomine cuiusdam Gothescalci aduersus omnes Catholicos effudisti. &c. Hucuque S. Prudentius.

Verum ne quid veri reticeam, fatebor ingenue in auersa primi folij dicti libri pagina, alia manu, alijsque characteribus exarata esse quæ sequuntur.

Hic liber qui quasi ad defensionem fidei contra infidelitatem loquitur, & testimonia scripturarum & catholicorum nomina profert, caute legendus est & in eius lectione apostoli est sequenda sententia, qua dicit: Omnia probate, quod bonum est tenete. Nam compositor eius Prudentius, de quibusdam ecclesiasticis dogmatibus non sensit catholice, sicut alia eius scripta demonstrant.

Sed hoc iudicium tanti viri sanctimoniam

limatamque & sanam doctrinam minuere non debet, ex alicuius fortasse capite profectum, cuius non erat ea doctrinæ capacitas, vt operibus D. Prudentij perlegendi peruidendisque sufficeret, quæ mysteriis e s reconditissimis thesophiæ adytis ac penetrax libus petitis refertissima sunt, quod perspicue palam erit cum memoratus liber è tenebris in lucem prodierit. In veteri etiam euangeliorum codice MS. ecclesiæ Tricassinæ versus aliquantos vbere Prudentii vena fusos reperi, quos subtrahi publico committere nolui, sic autem leguntur.

Forte Trini *Augustam * thrici nutu statuere monarchi*
Augusti, quondam romuleæque manus:
Ac Domini Christi cunctum radiante per orbem
Nomine, Christicolis conditur alta domus.
Quam puluis Petri decorat, Paulique verendus,
Culmen apostolicum qui pietate gerunt.
Huic ego deuota famulans Prudentius actu
Hoc euangelij soluo libenter opus
Hesperia genitus, Celtas deductus & altus
Pontificis trabeis officioque datus
Quatuor afflati supero quod lumine Scribæ,
Veraci nimium composuere stilo.
principijs ** Initijs Christum varijs ac fine fatentes,*
At non dispari gesta beata fide.
Virgine Matheus hominem gennente Maria,
Mandantem gentes instruierque refert.
Fine tenus secli sanctos comitarier omnes,
Spondentem semper adfore, seque suis.

Altithroni Marcus subolem fremituque leonis
Scandentem pulso, celsa sopore canit.
Discipulos autem mundum peragrasse docendo,
Doctrinam signis ac stipulasse nouis.
Conceptum Lucas reboat spiramine sancto
Oblatum vitulum dira subiisse crucis
Ast illos celebris, triuisse sacraria templi,
Perciperent donec athere dona patris.
Verbum Ioannes prauertens tempora prima
Atque hominem factum, esse simulque Deum.
Prapetibus pennis aquila volitando perennem
Intuitu solem non hebetante tuens.
Commissis ouibus pascendi munere petrum,
Tranquilla narrans se quoque sorte datum.
Christus ab his Iesus, Dominusq; Deusque refertur,
Omnia pracedens, omnia sponte creans.
Aeterno aternus, genitoris pectore manans,
Filius omnipotens, omnipotente satus.
Virginea sumens hominem matrice creatum,
Criminis expertem, terrigenaque patris.
Admiranda docens, faciens miranda potenter,
Traditus in risus, fixus & inde cruci.
Emittens animam propria ditione beatam,
* *Tartaridis soluens eripiensque suos.* Tartareis
Hinc incorruptus, triduana morte resurgens,
Librauit summis, viuida membra polis.
Consessusque throni donatus iure paterni,
Exultat pedibus subdita cuncta suis.
Perstrictis breuiter, referat qua codicis huius
Actio: nunc ad te Rex bone, verto preces
Respice deuoti miseratus munia serui,
Ac miserando mei, annue grata tibi.

38. *Fulchricus.* Memoriæ proditum eſt, prouincialem Synodũ an. 866 in Sueſſionenſi vrbe ab Hincmaro Rhemenſi habitam, qua ad finem perducta, qui frequentes conuenerant epiſcopi ad Nicolaum ſummum pōtificem literas eorũ quæ in dicta Synodo tractata, decreta ac definita fuerant indices miſere, quibus ſubſcriptum eſt nomẽ *Dideriti Tricaſſ. epiſcopi*, ſed facili negotio intelligi poteſt mẽdoſe literatũ eſſe epiſcopi nomen, reſcribendumque eſſe *Fulchrici* qui etiam Synodo prouinciali anno ſequente videlicet 867 Tricaſſibus habitæ interfuit, quæ in memorato Sueſſionenſi concilio indicta fuerat. Extat inſuper epiſtola Hincmari ad ipſum ſcripta, cuius argumentum lector apud Flohardum reperiet in hunc modum.

Baron. ſub an. 867. nu. 10.

Idem alia epiſtola Fulchrico epiſcopo Tricaſſino, eccleſiæ Remenſis alumno gratias refert, pro epiſtolis quibuſdam Auguſtini ab eo miſſis ſibi, & de libro Didymi, quem ſibi Fulchricus mitti petebat, ac de eccleſijs monaſterij Orbacenſis, admonens eum ne contra matrem ſuam, eccleſiam ſcilicet Remenſem, & patronum ſuum S. Remigium aliquid peruerſe agere præſumeret.

Lupus epiſt. 125.

Lupus cœnobiarcha Ferrarienſis, quantas maximas poteſt ei gratias agit, quod cum Normanni per ſequanam fluuium hoſtili impetu graſſarentur, eius cœnobitis Aquenſe prædium ſeptem leucis ab vrbe Tricaſſ. diſtans, quo ſe reciperent, & furorem Normannicum declinarent, benigne obtulerat

39. *Otulphus.* Augustum D. Frodoberti corpus Anno 872 humo extulit, comitijsque adfuit, quæ sub Carolo caluo Ticini habita sunt An. 876. vel vt alijs placet 877. Hincmarus prætereà sæpius laudatus, epistolam quoque ad eum scripsit, cuius summa capita in compendium redacta refert Flohardus in indice epistolarum dicti Hincmari in hæc verba.

*Idemque Octulfo Trecassino episcopo rescripsit de reliquijs Sanctorum quas ille significauerat ostensis mirabilibus se reperisse, qualiter easdem disponat, & de ecclesia S. Petri * quam restituere tractabat qualiter ageret, ac de infirmitate & euasione sua. Item de villis Bolletico & fago quæ debitas presbyteris decimas recusabant dare, quid esset agendum. Item pro mandatis Papæ Ioannis, de Hincmaro Laudunensi ad eumdem Octulfum ab ipso papa directo, quid illi sit obseruandum.*

* I. Trecensis.

40. *Bodo.* Iam inde ab an. 878. pontificium munus sustinuisse nonnulli prodiderunt, quoquidem anno Ioannes 8. Pontifex Max. Concilium in vrbe Tricassina celebrauit. Eo etiam antistite An. 892. sæuo incendio à Normannis excitato dicta ciuitas deformata est, vt narrat Sigebertus in Chronico. Antiqua autem cœnobij S. Lupi monumenta, dictum Bodonem tricesimum nonum, non quadragesimum Trecensis ecclesiæ pontificem fuisse testificantur vt iam supra dictum est.

41. *Rithueus. alias Rithneus.*

42. *Otbertus.*

43. *Ansegisus alias Ansersus.* Hic in certamine & prælio ad montem Calaun cum Normannis inito, acri animo pugnans vulneratus est Anno 925 vt memorat Frodoard. in Chron. anno signato, qui eiusdem etiam meminit in descriptione rerum gestarum Anni 948. Robertus autem Comes Tricassinus Heriberti filius dictum Ansegisum circiter An. 958. Trecensi vrbe exegit, quo factum est vt dicta ciuitas an. sequente 959. hostili obsidione cingeretur, cui rei fidem astruit Aimoinus siue continuator ipsius lib. 5. hist. Franc. cap. 44. cuius verba non otiosum erit oculis subiecisse, quæ sic se habent.

Sub ipso tempore oritur contentio inter Ansegisum episcopum Trecarum & Robertum comitem. Eiectus vero de ciuitate episcopus Ansegisus à Roberto comite, perrexit in Saxoniam ad Othonem imperatorem, adducensque Saxones, mense Octobrio obsedit Trecas ciuitatem longo tempore. Venientes autem contra prædictos Senones, occurrerunt illis Archembaldus archiepiscopus & Rainardus comes Vetulus cum excercitu maximo, in loco qui vocatur Villare, interfectisque Saxonibus cum duce suo, Helpone nomine, Senonenses extiterunt victores. Dixerat enim Helpo incensurum se ecclesias & villas quæ sunt super Venedam fluuium vsque ad ciuitatem infixurumque lanceam suam in portam sancti Leonis. Interfectus autem cum populo suo à Senonensibus, deportatus est in patriam suam Ardennam à seruis suis: sic enim iusserat mater ipsius Helponis, nomine Vvarna. Planxerunt autem eum planctu

magno Rainardus comes & Archembaldus archiepiscopus: consanguineus enim illorum erat. Videns autem Bruno dux, socius eiusdem Helponis qui obsederat Trecas, quod mortuus esset Helpo socius suus, cum suis reuersus est in patriam suam.

44. *VValo seu Gualo.* Lothario Rege vixit an. 972.

45. *Hadricus siue Ayricus.*

46. *Milo.* Consecrationi & inaugurationi ecclesiæ S. Stephani Senonensis interfuit, quæ ab archipræsule Seguino solenni ritu celebrata est anno 982. Cuiquidem Seguino dedicanti aderant præterea Roclenus episcopus Niuernensis, & Heribertus Antissiodorensis vt testatur Odorannus in chronico. Ipsius temporibus D. Mastidiæ virginis corpus in ecclesia Trecensi inuentum est, quam vetustate collapsam restituit & dilatauit, vt in dictæ S. Mastidiæ historia memoratur.

47. *Manasses.* Helpuini Comitis Arceyensis frater vt acta S. Bercharij declarant. Is antistes eximiæ pietatis & religionis cultor studiosissimus fuit, vt in analectis historiæ D. Aderaldi illius Archidiaconi refertur, & migrauit è vita an. 993. vt auctor est Glaber qui ad eius tempora quam proxime accessit, & dum eius obitum recenset, præclaro eum elogio sic exornat: *Manasses vir sanctitate plenus Trecorum episcopus.* Eo etiam pontificium munus administrante, insigne in Trecensi ciuitate æditum est miraculum quod ab eodem Glabro sequentibus verbis enarratur. *Glaber lib. 2. cap. 7. hist. Fran.*

Idem ca.6. lib. 3.

Cui rei simile fertur contigisse in Tricaßina ciuitate non longo ante tempore. Nam dum quidam fures boues præ se minantes, à dominis boum insequi se intellexissent, commiserunt eosdem boues viro cuidam seni & innocenti, quasi victus necessaria quæsituri, re vera fugæ præsidium petentes euasuri. Quod cum fecissent, statim deprehensus est senex, cum bobus trahitur, cæditur, ac reorum more vincitur, ductusq; ad Principem ciuitatis, Comitem videlicet Heribertum, vult causam discutere, non auditur quin potius quasi cruda senectute reus necis, suspendio ab eodem Comite adiudicatur, quodque etiam absque vlla dilatione peractum est. Sed mox, vt suspendium pertulit, mirum in modum iuuenca magni & perualidi corporis, erecto corpore cornua suspensi plantis supposuit, sicque per triduum sine dolore viuum sustinuit, expletoque triduo audiuit is qui pendebat viatores iuxta prætereuntes sermocinari ad inuicem. Qui exclamans voce qua potuit, ad deponendũ se quantocius venire rogabat: illi vero audientes dæmoniaca fieri illusione credebant, proclamante quoque ipso attentius, seque viuere affirmante occurrerunt viri soluentes illum deposuerunt, qui perductus ad ciuitatem, dum percunctaretur, quomodo tandem in patibulo pendens sese habuisset, aiebat: Dum essem, inquiens, iunior, accepta iam coniuge, excepi cum ipsa oblatum mihi à quodam de sacro fonte filiolum, cui etiam consensimus dare ex nostra parua facultatula, quem solum de matre susceperamus liberali gratia vitulum vnum, vt enim pridem sum dimissus celsa de trabe pendere, visa est mihi grandior vniuersis occurrisse, extensoque cor-

pare atq; erecta ceruice leniter meis submisit cornua plantis, ac me huiusmodi, quandiu pependi, sustinuit. Hoc vero illo qui seruatus à morte fuerat, referente, ad illius exemplum data est postmodum in giro filiolis fontis sacræ fidei vitulorum innumera multitudo.

48. *Rainaldus, al. Rainoldus.*

49. *Fortmondus.* Obijt circa annum 1034. vt scriptum est in veteri Chronico cœnobij S.Petri viui Senonensis, vel præcise an.1046. vt in recentiore Chron. obseruatur.

50. *Mainardus.* In eodem cœnobio S. Petri viui duo chirographa Chronica tractaui, quæ ex Odoranni exiguo Chronico expressa videntur, quodquidem meo iudicio mancum & truncum est, nec ea integritate ad posteros transmissum, qua ab ipso Odorāno æditum fuit: nonnullis videlicet à cœnobitis augusti illius domicilij, in eo immutatis & additis, & annorum aliquot serie attexta. Ex illis autem chronicis excripsi quæ sequuntur vt sint instar alicuius compendij vitæ dicti Mainardi, rerumque ab eo gestarum. Sic itaque se habent excerpta.

*An. 1032. hoc anno decessit Leotericus archiepiscopus: & Gelduinus in sede sublimatus, non electione Cleri vel populi sed muneribus. Domnum enim Mainardum clericum prudentissimum ipsius ecclesiæ (*I. Senonensis*) Thesaura-*

rium virum nobilissimum, in ipsa vrbe maiorem & primum, omnis populus à minimo vsq; ad maiorem ad episcopum quærebant, sed vicit potẽtia Regis. Qui Gelduinus, apud Parisium suscepta benedictione pontificali, 15. Cal. Nouemb. nullomodo Senonas ciuitatẽ intrare potuit, resistentibus Odone comite, Daimberto vicecomite, & fratre eius Mainardo supramemorato & cæteris proceribus.
Item sub an. 1034. hæc scripta habentur.
In hoc anno Odo comes, Regi Hainrico medietatem vrbis Senonicæ tradidit, & Gelduinus receptus est in sede, in qua nondum fuerat, resistentibus plurimis.
Itemque sub an. 1046.

Eodem tempore defunctus est Frotmundus episcopus Trecacẽsis cui successit Mainardus Archiclauis S. Stephani. Post hæc sequenti tempore Gilduinus peractis in episcopatu annis decẽ & octo proiectus est de pontificatu, à Leone Papa & Rege Hainrico, gaudentibus cle-

ricis & lætãte populo, cui succeßit Mainardus episcopus Trecacensis, & Leotericus præcentor ordinatus est antistes ecclesiæ Laudunẽsis. Postea ipso Gilduino reclamante se iniuste depositum, & Mainardum inthronizatum, auctoritate Papæ Leonis conuocati, & in Concilio diiudicati, amisit vterque donum curæ pastoralis. Postea vero propter vtilitatem tam ecclesiæ Senonensis, quam totius patriæ circumiacentis, totiusque Concilij cõcordante consensu, Mainardus est restitutus, Gilduinus autem pro sua miserabili vita deiectus, omni honore est priuatus. Reuersus namq; à Roma, Radulphum comitem adijt, & castella quæ ei ex paterno iure contingebant, vt se adiuuaret dedit, sicque se ab omni honore expulit. Domnus vero Mainardus rediens ab apostolica sede clerum & populum lætum propter se inuenit, & in pace rexit.

Et pariter sub An. 1062. hæc leguntur.

Obijt Mainardus Archiepiscopus peractis in episcopatu annis 12, mensib. 3. & 8 diebus, & iuxta patrem suum Mainardum & Dainbertum vicecomitem fratrem suum in capitulo S. Petri viui sepultus.

In alio autem Chronico eiusdem cœnobij, non ita antiquis caracteribus exarato, hæc continentur.

Anno Domini 1062. Obijt Domnus Mainardus vir laudabilis & honestæ memoriæ Senonensis archiepiscopus, peractis in archiepiscopatu An. 12. mens. 3. dieb. 8. sepultus fuit in capitulo S. Petri viui iuxta patrem Mainardum, & fratrem suum Dainbertum vicecomites Senonenses. Epitaphium tale est.

Charus amor regum, patriæ decus, arma parentum,
Præsul Mainardus, hic iacet egregius.
Effecit celebrem, Trecis se præsule sedem:
Post Senonis Sanctæ præfuit ecclesiæ.
Martis hoc sydus, quarto subtraxit in idus,
Ora qui super es, sit Deus huic requies.

51. *Fromondus.* 2. Episcopalia auctoramenta & insignia accepit à Leone 9 summo pontifice, qui anno 1049. in Gallia versabatur, vt in vetere Chronico cœnobij S. Petri viui ad muros Senonenses his plane verbis asseueratur. *In hoc tempore Papa Leo venit Lingonas ciuitatem, vbi ordinauit Frotmondum, Trecorum pontificem: ibiq́ obijt Petrus Diaconus eius, sepultusque est in Capitulo S. Mammetis.*

52. *Hugo* 1.
53. *Hugo* 2.

Quandoquidem hi duo episcopi homonymi & cognomines sunt, nonnihil negotij est tempus, annumque quo primum gessere pontificatum distinguere & discernere, cum quo anno prior desierit inter viuos agere plane ignoretur. Eorum alter sacris inaugurationis Philippi 1. Regis cerimonijs apud Rhemos interfuit an. 1059. vt tradit I. Tilius in memorial. Hugo etiam episcopus Tricass. comperitur subscripsisse diplomati & dicti Philippi literis, quibus institutio Prioratus S. Martini Parisiensis confirmatur, quæ datæ sunt anno 1067. In Carthophylacio monasterij Deruensis extat literarium monumentum quod his verbis inchoatur. *Hugo quondam Cathalaunensis canonicus, nunc vero Trecensis episcopus. &c.* Et expositis ac commemoratis multis donationibus, quibus dictum cœnobium, episcopi Trecenses eius decessores auxerant & locupletarant, quosdam nominatim recenset hoc ordine. *Ansegisus, VValo, Milo, Manasses, Frotmundus & Hugo*

Ex Martiniana edita an. 1606 Paris. cusa, pag. 15.

Parisius, cui. (inquit) *ego successi.*

Secundus autem hic Hugo, singulari quodam deuoti animi affectu erga Floriacense monasterium propendebat, eique hac de causa duo altaria in Tricass. diœcesi assignauit vt indicat subiectus titulus ex Chartulario dicti cœnobij depromptus, quem mihi transmisit D. de la Saussaye Parisiensis Teologus, & ecclesiæ Aurelianensis Decanus, vir doctrina & pietate præstans: sic autem se habet dictus titulus seu rescriptum.

*Hugo Dei gratia Trecensis episcopus, vniuersis præsentibus & futuris gaudium pacis atq; salutis. Quoniam maximum ac speciale donum charitatis magis ac magis refrigescit, vitaque omnium redundante malicia periclitatur nequitijs, conuenit prorsus vnumquemque fidelium in postremis sibi prouidere, ne forte (quod absit) cum morte carnis, mortem incurrat animæ. Quapropter festinemus omnes facere nobis amicos etiam de mammona iniquitatis: vt nostris deficientibus meritis, post modum in æterna tabernacula recipiamur ab eis. Vnde B. Benedictum cupiens mihi & ecclesiæ meæ patronum & intercessorem habere, fratribus ecclesiæ Floriacensis dictæ, quæ est in honore B. Dei genitricis Mariæ, vbi dicitur requiescere B. Benedictus corpore, concedo & laudo vsq; in perpetuum, illa duo altaria episcopatus mei, quæ prius ab antecessoribus meis collata fuerant: vnum scilicet proximum villæ Mauri apud villam que dicitur Curtis * Marni: alterum vero vicinum ciuitati apud villam quæ dicitur * Toriacum. Sint itaq; eis illa altaria, eorumq;*

* legendū Monni.
* Vernacule Thurey nunc S. Benoist sur Seine.

pertinentia exceptis forisfactis intus & extra, curaque animarum presbyterorumq́ iustitia. Sed pro eo quod est vicinum ciuitati, bis in anno statutis scilicet synodis, persoluantur octo tantum denarij: pro illo vero, quod est iuxta villam Mauri similiter persoluantur quatuor denarij. Episcopus vero & fratres huius ecclesiæ habeāt carnaliter & spiritualiter societatem illius ecclesiæ, & ab eis suscipiantur honorifice apud B. Benedictum Floriacēsem. Factum est hoc an. 1075. *Incarnationis Dominicæ. Philippo quidē regnante, monasterij autem B. Benedicti Guilelmo abbate, me quidem* 8. *Idus in Capitulo residente, confratribus scilicet ecclesiæ hoc laudantibus atque approbantibus plene cooperante Domino nostro Iesu Christo, Stephano præposito, Gosberto archidiacono, Rainero archidiac. Guidone archidiac. Gurdino archid. Arnulpho cantore, Ioanne Camerario, Ioselino presbytero, Theoderico presbytero, Huberto presb. Hermenaldo presb. Varnero presb. Brocardo presb. Odone diacono presbyterorum decano, Iterio diacono, Petro diacono, Constantino & Dochero & Erfrido subdiac. Dodone subd. Arnulpho subd. Ioscelino subd. Fromundo subd. Girardo sub. & Amaldo sub. & cæteris omnibus Giraldo Cancellario Quicunque autem huic nostræ donationi contradixerit anathema sit, Richerius archiepiscopus firmauit, Robertus Carnotensis episcopus subscripsit, Rainerius episcopus Aurelianensis subscripsit, Gofridus Altißiod. episcopus subscripsit. Signum Tetbaudi Comitis S. Stephani signum Comitis Stephani filij eius. Actum & reformatum Senonis ab episcopis in Concilio in Ecclesia.*

4. *Philippus.* In sacrum episcoporum ordinem cooptatus est anno millesimo octuagesimo secundo eoque præsulatum administrante habita sunt Trecis duo Concilia : primum an. 1104. cui præfuit Richardus apostolicæ sedis Legatus, illique aderant assidebantque prouinciarum Senonensis, Rothomagensis & Turonensis antistites. Alterum autem an. 1107. præside Paschali 2. pontifice max. celebratum. In eo vero munere diutissime vixit, multosque annos sedem pontificiam tenuit, extant enim tituli dati anno. 1114. quibus ipse subscripsit. Iuo episcopus Carnotensis, aliquot ad eum direxit epistolas, quæ eiusdem epistolarum codici insertæ sunt. His temporibus florebat D. Robertus sacræ Molismensis domus fundator, cuius sanctimoniæ æstu succensus Philippus, in ipsius gratiam prioratum de Insulis in Trecensi diœcesi instituit & dotauit, vt planum fiet ex infrascriptis literis.

Iuo epist. 131. & 259.

EGo Philippus Dei gratia Trecensis ecclesiæ minister humilis, Notum facio tam præsentibus quam futuris, quod pro Dei amore & reuerentia Domni Roberti primi Abbatis Ecclesiæ Molismensis, de voluntate & assensu canonicorum nostrorum, dono & concedo monachis eiusdem ecclesiæ iure perpetuo possidendam ecclesiam de Insulis cum appenditijs eius, & ecclesiam S. Theobaldi, ita quod in vtriusque villæ

cœmeterio, nullus aliquam nisi monachi libertatem in posterum obtinebit. Decerno itaque cum consilio Capituli nostri statuens, vt ad tres præcipuas festiuitates, paschæ scilicet, omnium SS. Natalis Domini tam in ecclesia de Insulis, quam in illa de S. Theobaldo, duas in oblatione partes habeant monachi Deo seruientes apud Insulas, & in diebus priuatis & alijs temporibus mediam in oblationibus partem ipsi monachi habeant, & omni tempore duas candelarum partes, & duas similiter partes de rota S. Bartholomæi. Sacristæ vero proprie sit paschalis cereus, ita quod eum custodiat, & cum opus fuerit presbitero tradat, & ille eum Sacristæ reddat, & post annum in vsus ecclesiæ eum expendat. Medietatem quoq; baptisteriorum monachi habeant cum alijs nubentium & sequentium reconciliandarumque & sequentium medietatibus. Et in exequijs defunctorum Sacrista luminarij residuum habeat, decimumque semper denarium percipiat in cunctis oblationibus quæ per annum in vtraq; ecclesia prouenient, ad luminarium in ecclesia de Insulis procurandum. Item statuo vt presbyter omni tempore ad Missas monachorum cum priuatim cantauerint, nihil percipiat nisi solummodo in iamdictis festis precipuis, qui nec etiam nisi ad parrochiale altare missam vnquam celebret, nec vllo modo obsistens contradicat, vt non liceat alicui de nobilibus vel

burgensibus insularum ibi monachandi votum facere, vel in claustro monachorum sepeliendi, saluo iure suo, & eos omnes qui tale votum fecerint, nisi forte pro suo teneantur reatu interdicti absque vlla contradictione presbyter monachis tradat libere & absolute, nihil iuris in eis aut potestatis deinceps habituris, monachi eos solemniter sepeliant, quia nec presbyterum ipsum infra monachorum clausuras habere aliquam dignitatis potestatem decerno, nec eorum libris ipsum vti in parrochia sua, quippe qui nec etiam in processionibus solemniter per annum faciendis vllam habeat dignitatem, quæ proprie monachorum sit, nec etiam aliquod percipiat in eo quod monachis forte impensum fuerit caritatiue post testamentum publice & communiter factum quin etiam nullum habeat dominium, sed prior aut fratres eius permittendi prædicatorem aliquem in ecclesia prædicare, sed nec in terrarum fundis si forte dimittantur ecclesiæ quidquam presbyter percipiat. In testamentis autem duas habeant partes monachi, tertiam vero presbyter. Et in peris peregrinantium medietatem habeant monachi, presbyter alteram. Quod si forte peregrini recedentes aut reuertentes in ecclesia aliquid obtulerint per medium diuidatur nisi ornamentum sit in ecclesia conueniens quod vbique Sacrasta ad opus Dei in posterum custodiat. In duabus quoque prædicti

ecclesijs decimam tam grossam quam minutam habeant monachi, qui suo permittant Capellano in grangia sua percipere tremesij modium vnum & sex mernagij sextaria, si tamen in decima ipsa percipi poterunt, nec inde tunc vel post ei monachi teneantur aliquid restituere. Hæc omnia sicut superius prælibata sunt, monachis sæpedictis libere & quiete inpertuum possidenda concedo, salua in omnibus dignitate sedis episcopalis, cui auctore Deo præsideo. Adducendum huic donationi meæ & statuendum, vt cum prædicta ecclesia de insulis sacerdote vacauerit, monachi supradictæ Molismensis ecclesiæ, sacerdotem sibi idoneum eligant electumque Trecensi representent episcopo, vt ab ipso de cura inuestiatur animarum. Curato autem in hunc modum sacerdote ad monasterium Molismense accedat de iure monachorum ab eo deinceps legitime conseruando, publice iu capitulo fidelitatem facturus, qui à die illa iusticiarius eorum quantum in temporalibus effectus tenebitur eis, si quando circa ipsorum iura, eos offenderit, in abbatis vel capituli presentia iustitiæ plenitudine exhibere. Quicumque igitur super hac donatione mea Capitulo nostro collaudante publice facta prænominatos monachos de Insulis in posterum perturbare, vel eis in aliquo inde iniuriam inferre præsumpserit, donec ad condignam emendationem venerit à sacratiss. corpore

& sanguine Domini nostri penitus sequestretur. Testes inde existūt Girardus Drogo Ioscelinus Archidiaconi nostri Odo Cantor Anselmus Camerarius, Hugo presbyter Galterus Diaconus Hugo Rufus subdiaconus, Rainardus Decanus. Actum hoc publice Trecis in Capitulo & autentice ac solemniter nostro confirmatum sigillo Anno ab Inc Domini. 1104. Ind. 12. Paschali Romanorum pontifice presidente feliciter, regnante autem Philippo strenuo Rege Francorum.

CARTA CONFIRMAtionis factæ per Senonens. archiepiscopum.

Illustriss. Card. Baronius in notis. ad martyr. Rom. die 29. mens. April. ex Sigeberto tradit S. Robertū mortem obijsse an. 1098. sed ex his literis ma-

EGo Daimbertus Dei gratia Senonensis ecclesiæ Archiepiscopus, præsentibus ac futuris notum facio, quod cum venerabilis frater noster Philippus Trecensis ecclesiæ episcopus, de consensu & voluntate canonicorum suorum, solemniter donasset pro animæ suæ remedio monachis ecclesiæ Molismensis apud Insulas degentibus, ecclesiam de Insulis, & ecclesiam S. Theobaldi cum appenditijs suis & qualiter de vniuersis beneficiorum portionibus ad vtramque ecclesiam prouenientibus monachi & eorum capellanus inter se in posterum diuiderent, sicut in autentico ipsius episcopi scripto publice confirmato pleni-

us continetur, idem episcopus sollicite ordinasset & prouide disposuisset. Reuerendus vir Robertus, primus monasterij Molismensis Abbas, ad nostram accedens præsentiam humiliter postulauit, vt donationem hanc suo factam monasterio à præfato episcopo auctoritate quoq; nostra, nihil ominus roborarem. Precibus itaque tam religiosi viri præbens assensum, de voluntate quoque Capituli nostri Senonensis, eamdem quam idem episcopus donationem de prædictis ecclesijs cum appenditijs suis solemniter fecerat, & inter monachos de Insulis & presbyterum de beneficiorum perceptionibus ordinarat, sicuti autenticum ipsius scriptum publice confirmatum declarat, expressius, nostræ dignitatis authoritate confirmans, dicto Molismensi monasterio, saluo iure matris ecclesiæ Trecensis, iure perpetuo possidendam concedo. Quicumq; autem &c. Actum hoc publice Senonis anno ab Incarn. Dom. 1104.

nifestū est eum adhuc superstitem fuisse an. 1104.

Ex concessione eiusdem Philippi, collatitia iura quatuor parœciarum, quarum tres priores Trecis sitæ sunt, ad Trecensis ecclesiæ canonicos spectant & pertinent, cuius donationis tabulæ ita exaratæ leguntur.

Notum sit omnibus tam præsentibus quam futuris. Quod Philippus Trecensis episcopus, ecclesiam S. Remigij, ecclesiam S. Nicetij, & ecclesiam S. Dionysij, & ecclesiam S. Martini de Molceyo, Deo inspirante, ab omni exactione siue consuetudi-

canonicis B. Petri Trecorum, in manu capituli, ità liberas concessit, quod sacerdotes qui istis ecclesijs deseruient, de manu fratrum, qui archidiaconatum ciuitatis habent curam suscipiant, & ab ipsis ponantur in ecclesijs, & ejicientur eorum arbitrio: neque de iustitia, neque de forisfacto, neque de consuetudine aliqua, episcopo, siue archidiacono, siue Decano respondeant, nisi tantummodo capitulo. Si quis autem instinctu diabolico (quod absit) huius donum libertatis infringere vel immutare præsumpserit, super ipsum, quicumque sit ille, sententiam dedit anathematis. &c.

55. *Rainaldus.* 2. Eius habetur mentio cap. 47. lib. 5. supplementi historiæ Aimoinj, vbi ipsius genealogia, ac totius generis seriés copiosissime ab vno capite per varios ramos ac flexuras deducitur.

56. *Hato.* In Cluniacensis familiæ commilitium prius adscriptus erat, vt memoratur in codice obituum cœnobij Arremarensis his omnino verbis. 4. *Cal. Septemb. Obijt Hato Trecensis episcopus & monachus Cluniensis, qui dedit ecclesias de Clareyo, de follis, & de Angledura, & alia beneficia huic contulit monasterio.* Is in episcopatum adlectus est An. 1122. D. autem Bernardi & Petri Abbatis Cluniacensis fuit coætaneus, & vtriq; arctissimo necessitudinis vinculo cõiunctissimus, vt ex eorum epistolis perspicere est, quarũ aliquæ ad eum scriptæ sunt, sed potissimum dicti Petri, qui ad eum mittendas duodecim exarauit, quib⁹ secum fidelissima gratia copulatum, &

Petrus Clu. lib. 3. epist. 5. 6. 7. & 22. & lib. 4. ep. 33. 34. 45. & 50. & lib. 5. epist. 26.

de Cluniacensi ordine optime meritum libenter agnoscit. Sed & tres vicissim extant epistolæ, à dicto Hatone, ad Petrum scriptæ, quarum vnam huc adscribam, quæ inter epistolas eiusdem Petri 59. lib. 4. recensetur, illa autem sic se habet.

Suo Cluniacensi abbati, suus Trecensis episcopus Idem quod sibi. De paupere vena ingenij nostri, vestris literis respondere parabam, repressi tamen me, ne eloquentia vestra, paupertatem verborum meorum sepeliret. Abbas Claraeuallensis præsens erat, Carnotensis episcopus domos nostras obsederat, Nicolaus meus imo & vester Roma redibat, Comes Teobaldus pro negotijs suis instanter & constanter me perurgebat: & ecce literæ amici, manus amici ingrediuntur, & gaudentes oculi, desiderata pagina perfruuntur. Obstupui fateor, & dulcedine literarum, & extirpatione negotiorum, quæ vos ita ore aureo suppressistis vere redijt rex, siluit armorum strepitus, aeris aspirauit clementia, sed messes in horreis reconditæ non sunt, quia eas messores non inuenerunt, spes fuit in oculis, sed ecce luctus in manibus, quia tempestas a Domino immissa, faciem terræ nostræ vindemiauit. Musta in dolijs non sunt, quia vineæ nostræ vix adhuc maturescere cœperunt. Frequens episcopatus nostri necessitas, & rei cura familiaris prohibent ne exeamus. Sed si negotijs credimus, quando negotia finem habebunt. Eripiam me de corpore mortis huius & ibo ad illum quem diligit anima mea, vt videam voluntatem Domini & visitem templū eius. Quinta die ante festiuitatem S. Remigij, Domnum

Hugonem Trecis habere volumus, vt ex illo & per illum, quos videre desideramus, iam tandem videre possimus. Hactenus epistola. Nicolaus qui D. Bernardi amanuēsis fuit ad eundē Hatonem similiter scribit, ipsumque terso & eleganti penicillo, vt virum sanctimoniæ laude præstantem, & opt. pontificis partes rite & è christiana republica salutariterque obeuntem expingit. Erat tum Hato episcopus cum Concilium Trecis habitum est anno 1127, cui Matheus episcopus Cardinalis Albanensis præsedit, in quo Templariorum institutio comprobata est. Adfuit & Concilio Pisis anno 1134. ab Innocentio 2. celebrato, cumque ad suos remearet, non longe à ponte tremulo Italiæ oppido, grauissimo vulnere in capite affectus & pæne confectus, captiuusq; abductus est, vna cum multis præsulibus qui ad eandem Synodum frequentes conuenerant: de quaquidem iniuria Petrus Cluniacens. missis literis, apud dictum Innocentium expostulauit. Nihilominus Hato ab eo tempore in multos annos vitam produxit, quam amisit anno 1145. Eius obitus in Calendario cœnobij de Ripatorio 30. Sextilis die notatur, cuiusquidem cœnobij ipse parens & auctor fuit vt hæc verba indicant in eodem Calend. scripta. *Obijt Hato Trecensis episcopus qui fundauit ecclesiam istam, pro eo dicatur ad minus vna missa, & collecta à singulis sacerdotibus.* Nonnulli referunt in eiusdem monasterij Capitulo,

Vuilel Tyr. lib. 12. hist. cap. 7.

Petrus Clu. epist. 27. lib. 3.

eum fuisse tumulatum, ibidemque ei positum esse sepulchrum, quod asseuerari non potest, cum nulla ipsius hodie prorsus supersint vestigia, hoc enim verissime affirmare possum, vt qui semel atque iterum dictum monasterium ea præcipue de causa inuiserim, tumulumque studiosius & accuratius sed frustra perquisierim & de eo à senioribus monachis sciscitatus sum, quibus plane ignotus est. Huius autem meæ diligentiæ & perquisitionis testem laudo & appello D. Abrahamum Drouot Tricassinum virum sane disertum, necnon Theologicis facultatibus & humanioribus literis egregie instructum, de iuuentute Tricassina cotidie bene merentem, mihique strictissimo amicitiæ nexu coniunctissimum, mecum enim illuc se contulit, vnàque cuncta præfati cœnobij loca non cursim, sed curiosé admodum perlustrauimus.

Tempore ipsius Hatonis, erat in Trecensi ecclesia archidiaconus Gibuinus, vir omni meliore literatura excultus & imbutus, qui sacrarum concionum volumen ædidit, quod in Bibliotheca cœnobij S. Victoris ad Parisienses muros calamo exaratum prostat: sicut me commonefecit D. Ioan. Picard inter celebres illos Victorianæ familiæ viros, Hugones, Richardos, Adamos, merito recensendus, cum omnem suam operam, studium, industriam, vigilias ad

Petr. Cluni. ipsius Gibuini meminit epist. 34. lib. 4.

publicam vtilitatem conferat, quod nuperrime omnibus innotuit, cum notationes vulgauit, quibus velut pharus quædam lucentissima, D. Bernardi epistolis lucem prætulit.

57. *Henricus.* Pontificijs insignibus cohonestatus est anno millesimo centesimo quadragesimo sexto. Sermonem de eo instituit Radeuicus canonicus Frisingens. lib. 1. cap. 11. historiæ Friderici Imperat, & *venerabilem virum*, eum nuncupat. Eleemosynarium, siue sacelli sui præfectum habuit insignem illum Theologum Petrum Comestorem, cui Decanatum ecclesiæ Trecensis gerenti, ecclesiam de Arbrocello Trecens. diœcesis adscripsit, quæ ad eius successores etiam deinceps transmissa est, & reipsa ad Decani eiusdem Trecẽsis ecclesiæ iura, dicti sacerdotij collatio hodieque pertinet, visumque est mihi, non otiosum futurum, si huc titulus dictæ donationis aduocaretur, qui his verbis conceptus est.

In nomine S. & indiuid. Trinitatis. Henricus S. Dei Trecens. ecclesiæ episcopus, omnibus in Christo fidelibus tam præsentibus quam futuris in perpetuum. Notum vobis facere volumus M. Petrum Manducatorem clericum nostrum, post reditum nostrum de Hungaria, supplici deuotione & per interuentum venerabilis fratris nostri Alani Abbatis de Arripatorio nos rogasse, quatenus ei ecclesiam de Arbrocello habendam concederemus. Cuius

petitioni præbentes assensum, præfatam ecclesiam eadem Petro dedimus assensu filij nostri Manassæ archidiaconi, ab omni exactione liberam & absolutam saluo tamen iure episcopali, videlicet circadijs & synodis. Liberam etiam electionem presbyteri in eadem sibi concessimus: quod ne vetustate deleatur, in præsenti pagina scripto mandauimus, Vt autem ratum & inconcussum maneret, sigilli nostri firmauimus impressione. Subtitulauimus etiam nomina testium qui interfuerunt, Eurardus Abbas S. Lupi, Alanus abbas de arripatorio, Odo præpositus, Guirricus archidiaconus, Petrus Decanus, Stephanus, Lupus, Rainerus de Brena. Actum est hoc anno, quo pyssimus Rex Francorum Ludouicus contra sarracenos iter aggressus est. An. 1148.

Memoratus Henricus, consanguinitate Comiti Campaniæ propinquus erat, eamque ob causam luculentissima priuilegia in gratiam episcoporum Trecensium, à dicto Comite impetrauit, quorum exemplaria ex autographo descripta libet subijcere.

I*N nomine S. & Indiuiduæ Trinitatis ego Henricus Trecarum comes palatinus, præsentibus & posteris in perpetuum. Quia conditionis humanæ fragilitas diuersis inclinata miserijs non potest obliuionis notam euadere, dignum duxi, vt quod honeste & bono Zelo facere decreueram, venturæ posteritati sigillatis apicibus fideliter mandarem. Nouerint igitur vniuersi, quia grauans consuetudo inoleuerat in domibus Episcopi Trecensis, quod videlicet Episcopis obeuntibus præpositi comitis Trecensis & cæteri eiusdem ministri, quæcunque*

supererant de rebus Episcopi, ad vsum Comitis rapiebant, eratque succedentis episcopi multo maior desolatio, quam de rebus ereptis Comiti prouenisset vtilitas. Hanc itaque molestam ecclesiæ & episcopo consuetudinem, diuinæ pietatis amministratione; & amore consanguinei mei Henrici Trecarum Episcopi, & pro remedio animarum patris & matris meæ relaxans, ipsi Episcopo & eius successoribus, libere concessi; vt quiquid infra domos vel grangias; vel curtes episcopales continetur vel extra inuentum fuerit, vbicumque sint, tam in annona quam in animalibus, iumentis & pecoribus quibuscunque; quam cæteris quibuslibet mobilibus exceptis tamen venturis fructibus tam segetum quam vinearum, & exceptis redditibus terræ & hominum, ipso episcopo obeunte in opus & aduentum introniZandi episcopi à ministris ecclesiæ cum omni integritate conseruetur. Huius doni testes sunt Guilelmus Carnotensis electus &c. Data est hæc carta manu Guilelmi Cancellarij An. ab Incar. Dom. nostri Iesu Christi 1167. Epacta 28. Concurrente 6. Indict, 15. Regnante Ludouico Rege Francorum, 34 regni eius Claue existente 28. Anno ab Adam. 6366.

ALIÆ EIVSDEM HENrici Comitis literæ.

EGo Henricus Trecensis Comes palatinus, Notum facio præsentibus & futuris, quod graui detentus infirmitate quia homines Trecensis Episcopi

Episcopi in tailliis & exactionibus vacante episcopatu plusquam deberem grauaueram, approbantibus Dom. & fratre meo Guilelmo Rhemorum Archiepiscopo S. Romanæ Ecclesiæ Tit. S. Sabinæ Cardinali, & Maria chariſsima vxore mea, & dilectiſsimo filio meo Henrico, pro salute animæ meæ & parentum meorum, præfatos homines liberos ab omni talia & exactione mea & successorum meorum & immunes inperpetuum esse concessi. Ita quod vacante episcopatu non plusquam 200 libras pro tallia de rebus hominum Episcopi accipiemus, ego vel successores mei, præter fructus qui de propria terra episcopi prouenerint & legitimos eius redditus secundum quod in scripto meo alio, quod episcopo Henrico indulsi continetur. Illas autem 200. libras quotiescunque sedes vacauerit non per nos vel ministeriales nostros sed per manum decani & capituli S. Petri Trecensis recipiemus. Quod ne temporum vetustate, vel malignantium calumnia infringi valeat, aut immutari, literis annotatum sigilli mei impreſsione firmari duxi necessarium. Actum Trecis Anno Incarnati Verbi. 1189. Data per manum Haicij Cancellarij.

Henricus autem fato suo functus est circiter annum 1169, eiusque corpus in cœnobio Bullencuriano humatum & conditum quodquidem D. Bernardo concesserat, anno 1149 vt Cisterciensis familiæ alumnos in eo collocaret, nam antea Canonicis veteris instituti S. Augustini deuotum & consecratum erat, qui tunc Cisterciensem regulam sponte susceperunt.

58. *Matheus.* Episcopalibus infulis insignitus est circiter annum 1169, & è viuis excessit an. 1180. vt in Chronico Roberti S. Mariani Antissiodorens. monachi proditum est: corpus vero eius in ecclesia cœnobij de Bullencuria Trecens. diœcesis Cisterciens. ordinis inhumatum est, iuxta Henrici decessoris sui sepulchrale monumentum. Anniuersarius eius obitus & solennis, dies in Tricassina ecclesia 28. Septemb. die celebratur, quoquidem die Trecensis episcopus panem & vinum singulis viritim canonicis aliisque dictæ ecclesiæ ministris dispensare tenetur.

59. *Manasses.* 1. Cognomento de Pougeyo; nam ex gente seu familia Dynastarum oppidi de Pougeio à Tricassina vrbe quinq; leucis distiti oriundus erat. In antistitum vero ordinem cooptatus est anno 1181 cum à puero, & teneris vt aiunt vnguiculis in Tricassina ecclesia educatus esset, in quam propensum suum animum satis aperte indicauit, & testatum omnibus posteris reliquit, dum annuos eius redditus, ingenti fructuum accessione auxit & cumulauit. Decreuit prætereà edixitque, vt ipsius ecclesiæ Decanus à canonicis eligeretur, cui multa iura irrogauit, quæ plenissime subiectis titulis & literarijs monumentis declarantur.

LITERÆ MANASSÆ
Trecensis episcopi de 20. lib. Decanatui Trecensis ecclesiæ assignatis, de ecclesia S. Patrocli, de electione Decani & quibusdam alijs.

IN nomine S. & Indiuiduæ Trinitatis; amen. Ego Manasses Dei gratia Trecensis episcopus, Notum facio præsentibus & futuris, quod pro remedio animæ meæ, ecclesiam B. Petri Trecensis quam plurima dilectione amplexor, vt pote benignissimam matrem cuius vberibus fere ab infantia educatus sum, pro vt facultas mea pati potuit studui ampliare: Dedi etenim præfatæ capitulo ecclesiæ & in perpetuum concessi liberam Decani electionem: & quia tantæ dignitatis nomini nimium succenti sufficienter non respondebant; Decanatum augmentaui 20. lib. annuatim persoluendis. Dedi etiam eis ecclesiam S. Patrocli in illa libertate qua possident ecclesiam S. Remigij, & Ecclesiam S. Nicetij possidendam. In illa autem Ecclesia scilicet S. Patrocli 20. solid. pro Anniuersario prædecessoris mei Mathæi felicis memoriæ assignaui. Pro anniuersario etiam sanctissimi patris Henrici assignaui 20. sol in ecclesia de manso Thiefelini; His supradictis addidi. 7. libras in ecclesia de Colauerde, de quibus 20. sol. sunt pro anniuersario Roscelini & pro anniuersario meo de prædictis 7. lib. 20. sol. assignaui. Statui etiam vt sacerdos ecclesiæ de Colauerde quicumque sit iuret se redditurum præ- Ex Chart. Trecel. eccles. pag. 6

...... summam terminis constituis 40. scilicet sol. in Circuncisione Domini, 40. sol. ad clausum pascha, 40. sol. ad assumptionem B. Mariæ 20. sol. in festiuitate omnium Sanctorum, vt autem summa anniuersarij mei vsque an 100. solidos ascendat, dedi 4. libras in quodam horto meo qui fuit Hugonis nabur, Dedi etiam tertiam partem eis decimæ vini de Mace, tertiam quoque partem molendinorum Venna, & vineam eiusdem villæ, quam pretio 100. librarum emeram eis concessi post decessum Galteri Trecensis Archidiaconi &c. Datum Anno. 1183.

LITERÆ MANASSIS Trecensis episcopi, super compositione archidiaconatus Banleyæ, & Installatione Abbatum S. Lupi & S. Martinj Trecensis.

Ex Chart. Trecẽs. eccles. pag. 6.

EGo Manasses Dei gratia Trecensis Episcopus; Omnibus ad quos literæ istæ peruenerint in perpetuum. Notum facimus tam præsentibus quam futuris, quod de contentione habita inter nos & Capitulum nostrum scilicet de Archidiaconatu Banleiæ Trecensis, de potestate interdicendi ecclesias in quibus in Banleya Trecensi stationes habet ecclesia nostra: de positione Abbatum in sede sua post ipsorum benedictionem, de præsentatione presbyterorum in ecclesijs quas canonici nostri suas esse asserebant; de custodia thesauri, ad hanc mediantibus Manasse Dei gratia Lingonensi Episcopo, & Haicto Decano nostro veni-

mus compositionem. Scilicet quod concessimus eis in perpetuum de iure præfati Archidiaconatus 100. solidos annuatim quorum 50 sol. ego & successores mei reddere tenebimur ad natale Domini, 50 vero in die Resurrectionis. Concessimus etiam eis potestatem interdicendi ecclesias in quibus in prædicta Banleia stationes habent, si ecclesiæ illæ diebus stationum redditus illis à se debitos non persoluant. Insuper concessimus eis quod authoritate capituli sui Decanus eorum si præsens fuerit, ponere habeat Abbates S. Lupi & S. Martini absque omni contradictione in sede sua, post ipsorum benedictionem, illo vero absente, ad Ebdomadario maioris præbendæ canonico huius officij dignitas, saluo iure Decani expleatur. Si autem aliquis non maioris præbendæ canonicus tunc Ebdomadarij Canonici vicem suppleuerit, vel quocumque alio modo subrogatus fuerit, canonicus sacerdos qui vltimo ante ebdomadarius extitit, huius officij dignitatem explebit. Præterea concessimus eis præsentationes presbiterorum in Ecclesia Doruiller, & ecclesia de Vallant, in Ecclesia de S. Saniniano, & ecclesia de Cappellis, in ecclesia de Troan & ecclesia de Corbolio. &c. Datum an. 1184.

LITERÆ EIVSDEM

Manassæ super donatione Vennæ. Ex dicto Chart. pag. 7.

IN nomine S. & Indiuiduæ Trinitatis. Manasses diuina miseratione Trecensis Episcopus, vniuersis &c. Quoties à paruitate nostra pie requiritur &c.

Nos ad feruorem & sinceritatem dilectionis & charitatis, cordis oculos acutius porrigentes, & bonum testimonium, mores, & vitam Galtheri Trecensis Archidiaconi dilecti nepotis nostri qui in famulatu nostro multotiens desudauit, benignius considerantes, eidem G. pietatis intuitu & ob seruitij & laboris sui remedium, quidquid à Domino Gaufrido de Villa-harduini apud Venam emimus quiete & pacifice post decessum nostrum nullius contradictione obstante contulimus. Verum & cum in gremio matricis ecclesiæ B. Petri Trecensis, à diebus iuuentutis nostræ educati fuerimus, & plura beneficia nos & amici nostri ab ipsa multotiens susceperimus, & cum maxime eiusdem ecclesiæ capitulum, per quod ad tanti honoris gradum diuina prouidentia sublimati sumus, prædicto Galthero Archidiacono, quidquid habebat apud Vennam omnibus diebus vitæ suæ ad preces nostras post decessum nostrum contulerit: non immemores tanti beneficij à prædicto capitulo accepti, eidem capitulo illud, quod à iam dicto Gaufrido emimus post decessum sæpedicti Galtheri tenendum quiete & pacifice possidendum concessimus Datum an. 1188.

60. *Bartholomæus qui & Haicius de Planceyo,* Antistes electus est an. 1190. cum paulo ante Cancellarij munus apud Henricum primum & secundum Campaniæ Comites sustinuisset, & Decanatum in Trecensi ecclesia summa cum laude gessisset, in qua, cum adhuc eam dignitatem administraret anno 1182 quatuor canonicos assignatis quibusdam prædijs instituit, qui singulis diebus sacris

officijs in Deiparæ virginis ſacello operarentur, voluitq; vt dictæ eccleſiæ capitulum conferendorum canonicatuum iura penes ſe haberet: verum antiſtitis locum ſortitus, id ſibi iuris ſucceſſoribuſq; ſuis concedi poſtulauit, nec ægerrime impetrauit. Triennalis aut ad ſummum quadriennalis eius fuit in ſpecula epiſcopali ſtatio, ex qua & vitæ præſidio deceſſit 20 die februarij, vt in necrologio dictæ eccleſiæ obſeruatur his verbis. *Obijt Bartholomæus Trecenſis epiſcopus. In molendinis de Iaillardo vnum modium frumenti, Celerarius recipit & ſoluit Item in domo epiſcopali panem & vinum* quoquidem die anniuerſarium eius celebratur, & ſingulis canonicis, pauciſque alijs, in ædibus dicti epiſcopi vt præfertur, panis & vinum erogatur. Eius corpus in cœnobio Ripatorij conditum eſt è regione primarij altaris, nec aliud epitaphium additum præter hæc verba, quæ in extrema tumuli ſemipedem ſupra terram extantis parte inciſa ſunt. *Hic iacet Bartholomæus Trecenſis epiſcopus.* Quamuis autem breuiſſimum eius pontificatus tempus fuerit, ampliſſimis nihilominus prouentibus dictam eccleſiam locupletauit, vt perſpicuum eſt ex his quæ ſubijciuntur titulis; ſed præmittenda inſtitutio dictorum ſacelli B. Mariæ canonicorum, cuius hæc eſt ſeries.

LITERAE SVPER FVN-
datione præbendarum altaris B. Mariæ.

MAnaſſes Dei gratia Trecenſis Epiſcopus, totumque B. Petri Capitulum. Omnibus tam futuris quam præſentibus ad quos literæ iſtæ peruenerint inperpetuum. Sciant omnes quod D. Haycius eccleſiæ noſtræ Decanus, in ipſa eccleſia quatuor aſſignauit canonicos preſbyteros ſeruitio altaris B. Mariæ, & ipſius chori inperpetuum deſtinatos, qui eidem altari continue ſeruientes, ſeruitium quoq; chori & maioris altaris, ſinguli in ordine vicis ſuæ per ſeptimanas exequerentur, quibus nos dictæ eccleſiæ capitulum 20. lib. annuorum reddituum in perpetuum contulimus beneficium, quarum 10. lib. vſque ad feſtum S. Martinj, & 10 lib. vſq; ad clauſum paſcha annuatim recipient, In cuius beneficij recompenſationem à D. Epiſcopo noſtro Manaſſe 100. ſol. annui redditus, & à dicto Decano noſtro 200. lib. ad emendos redditus in augmentationem magnarum præbendarum noſtrarum recepimus. Medietatem etiam minutarum partitionum in omnibus prouentibus, tam miſſis quam matutinis, anniuerſarijs & ſtationibus eis contulimus, ita ſcilicet quod ſinguli memoratorum canonicorum medietatem canonicalis partitionis ſicut præſcriptum eſt

habebunt, pro quo nostro gramamine à nominato Decano 200. lib. percepimus, de hijs quidem 200 libris ememus redditus, qui ad minutas partitiones nostras expendentur. Sciendum autem quod nullus de aliqua præbendarum illarum poterit inuestiri, quo vsque ad sacerdotium promotus fuerit, cum vero aliquam earum vacare contigerit reliqui Canonici qui superetunt, vacantis fru-ctus præbendæ quousq; canonicus substitutus sit percipient. Præterea adijciendum est quod memoratus Haycius Decanus, dictis 4 Canonicis Presbyteris in perpetuo iure possessionis dedit duo arpenta & dimidium vineæ, quæ apud Maisnillum habebat, quæ scilicet emerat ab Alberto de Burgo S. Dionisij, & duo arpenta quæ habebat in colle quæ scilicet emerat ab Emelina vxore Guidonis de monte fuit. Statutum est etiam quod nullus præscriptorum 4 canonicorum, aliam præbendam habere poterit, nec etiam aliquod aliud ecclesiasticum beneficium, propter quod assiduitatem chori, continuum ve dicti B. Mariæ altaris seruitium aliquatenus intermittat. Si vero contigerit aliquem eorum aliquod aliud habere beneficium, cui melius ei libeat immorari, hanc præbendam relinquet & capitulum eam alio dabit sine omni contradictione. Hij itaque quatuor canonici cum redditibus præfati altaris & possessionibus quoque suis in manu specialiter & custodia capituli permanebunt.

Donatio autem & inueſtitura præbendarum iſtarum, ad dictum earum primitiuum inſtitutorem Haycium Decanum quamdiu eccleſiæ noſtræ canonicus fuerit pertinebunt, & poſt eum ipſarum præbendarum donatio, capituli erit imperpetuum & inueſtientur à Decano, nec poterunt canonici illi de beneficijs eiuſdem altaris, aliquid vendere vel immutare ſiue quoquo modo à poſſeſſione altaris alienare, niſi de conſcientia & aſſenſu capituli. Illud etiam ſciendum quod capitulum vacantis præbendæ donationem vltra tres menſes non poterit prorogare, & priuſquam aliquis de prębenda inueſtiatur, aſſiduitatem in choro & continuum altaris B. Mariæ ſeruitium ſe obſeruaturum propriæ manus iuramento firmabit. Notandum quidem eſt, quod ſi aliqua de cauſa partitiones eccleſiæ noſtræ decidere contigerit vt ſcilicet exigente quacumq; neceſſitate beneficium partitionum ad allios vſus transferri oporteat, memorati quatuor canonici, nullam in hoc habebunt contradictionem, ſed licebit capitulo pro communi arbitrio de beneficio illo eccleſiæ neceſſitatibus, ſi res exegerit occurrere. Huius rei teſtes. Odo, Galterius, Drogo, Manaſſes, Hubertus Archidiaconus, Renardus, Ioannes de Conflans; Renaudus Preſbiteri, Manaſſes de Bucci, Galterius tunc Camerarius, Vilelmus, Petrus Potator Diaconi, Garnerus Amatus Arnaudus, Milo de Sancto Albino.

Milo de Barro Iohannes, Girardus, Hugo Subdiaconi. Actum in Capitulo Trecis Anno Incarnati verbi 1182.

LITERAE CAPITULI

Trecensis super collatione dictarum praebendarum

IN nomine S. & Indiuiduæ Trinitatis Amen. Ioannes Decanus, totumque B. Petri Trecensis Capitulum, Omnibus ad quos literæ istæ peruenerint salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra, quod cum venerabilis pater & patronus noster Barthomæus episcopus Trecensis moraretur in Decanatu ecclesiæ nostræ, & de proprijs sumptibus suis altare B. Mariæ in ecclesia nostra ædificaret, altare illud tam redditibus quam aliis ornatibus dotauit & ditauit, & quatuor presbyteros canonicos ad assiduum seruitium chori & illius altaris ob remedium animæ suæ in perpetuum destinauit, & donationem & inuestituram præbendarum, quas ibidem de suo proprio instituit, in manu sua retinuit, sed post ipsum eadem donatio & inuestitura dictarum quatuor prebendarum ad capitulum nostrum redire debuit. Cum vero Dominus ad episcopalem ipsum promouit dignitatem, à nobis instanter petiit, vt ipsi & successoribus suis Trecensibus episcopis donationem & inuestituram præ-

dictarum præbendarum, libere in perpetuum concederemus. Cuius petitioni benigno concurrentes assensu, considerantes etiam piam ipsius intentionem, & quam mera & lubenti liberalitate proponat semper in melius ampliare beneficia ab ipso prædicto altari collata, ipsi & successoribus suis Trecensibus episcopis liberam donationem & inuestituram dictarum quatuor prebendarum, in perpetuum contulimus possidendam, vt de beneficiis ipsius opus manuum suarum maius suscipiat incrementum, & ad ipsum & successores suos quidquid iuris habebamus in donatione earumdem præbendarum redeat, quatinus dilectionem quam habet erga ecclesiam nostram in augmentatione beneficiorum eidem altari pertinentium ad honorem Christi & piæ genitricis suæ pia operis exhibitione valeat declarare. Quod vt ratum maneat, & inconcussum literis annotatum sigilli nostri roborauimus munimento. Actum Anno Incarnationis Domini. 1191.

LITERÆ BARTHOLOMÆ Trecensis episcopi super donatione Vennæ & ecclesiæ de Rameruco.

B*artholomæus Dei gratia Trecensis episcopus, Omnibus ad quos &c. Nouerit vniuersitas*

vestra quod nos attendentes deuotionem, & dilectionis affectum, quem a primis pueritiæ nostræ annis pia mater ecclesia B. Petri Trecensis erga nos tanquam præcordialem alumnum suum, singulari quadam specialitate habuerit, & quod ex gremio ipsius nos Dominus ad episcopalem dignitatem vocauerit, iuxta meritorum eiusdem ecclesiæ exigentiam nos condecet respondere, vel de promotione nostra aliquem fructum debeat percipere; cuius voluntati quidquid habemus honoris & potestatis semper debeamus inclinare, Cum igitur prædecessor noster Manasses Trecensis episcopus quandam partem villæ quæ vocatur Venna, à Domino Gaufrido de villa harduini, Comitis Henrici marescallo, proprijs sumptibus suis sibi acquisierit, nos considerantes partem illam ipsius ecclesiæ vtilem, & multum necessariam cum in eadem villa plures possessiones habeat causa commoditatis & prouectionis eidem Ecclesiæ, cauentes contentionem & querelam quæ inde posset oriri inter successores nostros Trecenses episcopos, & memoratam ecclesiam, non immemores beneficiorum quæ in eadem ecclesia diu percepimus: quidquid iuris habebamus nos & successores nostri Trecenses Episcopi, in illa emptione quam fecit sicut diximus prædecessor noster apud Vennam à prædicto marescallo vel à quolibet alio: pro remedio animæ nostræ eidem Ecclesiæ inperpetuum cõtulimus possidendum. Concessimus & iam dictæ ecclesiæ, ecclesiam de Rameruco cum omnibus beneficijs suis & appendiтijs, vt eam libere & pacifice teneat inperpetuum in ea libertate, in qua tenet Ecclesiam S, Nicetij & Ecclesiam S. Remigij. Scientes quod per eandem eccle-

siam de Rameruco, possessiones multa & alia beneficia qua ibi habet ecclesia B. Petri sapedicta villa circumiacentia, liberius possint ampliari, & sub meliori libertate & tranquilitate inperpetuum debeant permanere, &c. Datum an. 1191.

LITERÆ HAICII EPIScopi, super molendino de prato episcopi.

Moulins de Iaillard. HAicius Dei gratia Trecensis Episcopus; Omnibus ad quos literæ istæ peruenerint in Domino salutem. Nouerit vniuersitas vestra; quod cum Sanctimoniales de foisseio, molendinum quoddam Trecis iuxta pratum nostrum haberent, & super eius situ & sede inter ipsas & Canonicos B. Petri sæpius querela ageretur: Priorissa & Sanctimoniales dictum molendinum nobis; bonum pacis inter Ecclesias ordinare volentibus; reliquerunt & quietum clamauerunt. Nos autem ob remedium animæ nostræ, memoratis canonicis idem molendinum in elemosinam conferentes, dictæ Ecclesiæ Sanctimonialium in recompensationem huius facti; quidquid

Villechetif. habebamus in Decima de Villa Chestini, in qua cum eis participabamus; imperpetuum cum omni integritate prouentuum omnium, assistente & approbante B. Petri capitulo dedimus & quietum concessimus. Conuentus vero ipsarum post decessum nostrum aniuersarium nostrum se singulis annis promisit facturum, cuius die. 20. sol. pitantiæ de proprijs redditibus habebit, & ne hoc aliquo modo va-

liat immutari &c. Datum an. 1191.

LITERÆ BARTHOLOMæi super donatione eiusdem molendini.

B*Artholomæus Dei gratia Trecensis episcopus, omnibus &c. Notum fieri volumus tam præsentibus quam futuris, quod molendinum de prato episcopi quod à Sanctimonialibus de foissiaco acquisiuimus & habuimus, ob remedium animæ nostræ, dilectis filijs nostris Ioanni Decano & capitulo Trecens. ecclesiæ dedimus & concessimus in perpetuum possidendum, vnde ipsi singulis annis in anniuersario nostro vnum modium frumenti soluere tenentur hijs qui in anniuersario intererunt distribuendum &c. An.* 1192.

Ex Chart. eccl. Trecẽs. pag. 9.

67. *Garnerus.* Præsulum Tricassinorum collegio aggregatus est anno 1193. aut an. sequente, nec enim præcise annus assignari potest. Splendida Dominorum Trianelli progenie genus suum longo stemmate ducebat, vt vetera quædam acta fidem faciunt. Antistitum autem decessorum suorum propensæ in Trecensem ecclesiam voluntati plurimis & vberrimis donationibus respondit. Aliquot vero annis postquam in episcopatum adlectus est, de bello sacro suscipiendo, auctore Theobaldo Campaniæ Comite consilium initum est, cuius historiam

Gaufrid. lib. 1. & 5. hist. Gallica belli sacri.

contexuit Gaufridus de Villa-harduini nobilis Gallus Campanus, & Campaniæ Seneschalus, qui memorat dictum Garnerum, crucem, sacræ militiæ tesseram sumpsisse an. 1198 ex iisque vnum fuisse quibus copiarum & agminum duces, facultatem declarandi eligendique Constantinopolitani imperatoris fecerunt, ad cuius dignitatis fastigium euectus est Balduinus Flandriæ comes anno 1205. Constantinopolitani autem imperij subiugatio, Gallicanas ecclesias, augustissimis Sanctorum reliquijs compleuit, quæ in illis oris & regionibus inuentæ sunt, potissimum vero in ipsa Constantinopolitana ciuitate, quarum custodia ipsi Garnero commissa est, vt in historia translationis reliquiarum S. Mammetis scriptum reperitur cap. 5. quam occasionem ipse nactus, multis hisce sacris pignoribus ecclesiam Tricassinam auxit & decorauit, vt iam supra notaui. Pijssimus tandem antistes eodem anno 1205 aut sequente ineunte, apud Constantinopolim extremum diem obijt, diesque eius obitus, in funereo dictæ ecclesiæ codice 14 aprilis signatur his verbis. *Obijt Garnerus Trecensis episcopus. In camera 40. solid. Item panem & vinum in domo D. episcopi.*

Extat in Bibl. Floriac. edita per Io. a Bosco.

62. *Herueus.* Cum Garnerus fato suo sedem episcopalem vacuam reliquisset, Trecensium canonicorum Senatus, de episcopo deligendo, qui in demortui locum sufficeretur egit: verum cum varia discrepantiaq; inter se essent

ſent ſuffragia, nec in vnum dicti canonici conſentirent conſpirarentque, duplicem electionem inſtituerunt, & vtriuſque acta ad Innocentium 3 pontificem max. per delectos è ſuo collegio viros miſerunt. Ille autem vtramque electionem reicidit, abrogauit & irritam fecit, adeoq; delecti illi iuxta facultatem ſibi conceſſam, litem illam & diſſidium in ampliſſima Romanæ curiæ luce diremerunt & compoſuerunt, dictumq; Herueum elegerunt, cuius electionem dictus Innocentius confirmauit, ratamque eſſe iuſſit, diplomate in eum finem tradito, in quo, quæ ſuperius commemorata ſunt, paucis verbis perſtricta continentur hoc tenore.

INnocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filiis Trecenſi Capitulo ſalutem & Apoſt. Benedictionem. Examinatis ſtudijs eligentium, & meritis electorum, ſuper duabus electionibus in veſtra eccleſia celebratis, vtramque caſſauimus ſecundum canonicas ſanctiones; conſequenter autem iniunximus canonicis veſtris, qui à vobis acceperant poteſtatem, vt ſi contingeret vtramque electionem de iure caſſari, perſonam idoneam iuxta conſilium noſtrum eligerent in paſtorem; vt de corde puro & conſcientia bona & fide non ficta, idoneas nobis nominarent perſonas; ex quibus illam quam nos magis idoneam crederemus ſecundum conſilium noſtrum eligerent in epiſcopum. Et factum eſt ita. Nam quibuſdam perſonis idoneis nominatis, Dilectum filium M. Herueum, virum vtique vita, ſcientia & fama præclarum, ſecundum conſilium noſtrum

concorditer in pontificem elegerunt, & nos electionem ipsius, authoritate curauimus apostolica confirmare. Quocirca deuotioni vestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus quatinus eidem electo reuerentiam & obedientiam impendatis, tam debitam quam deuotam. Præsentantes eum venerabili filio nostro archiepiscopo Senonensi, vt ipsum quantocius ordinare satagat in presbyterum, & in episcopum consecrare. Datum Romæ apud S. Petrum,
1206. *10. Calend. Martij pontificatus nostri. An. 9.*

Dicto Herueo paulo postquam episcopatui præfectus est, controuersia cum Rege Philippo fuit, inde enata, quod præbendas Trecensis ecclesiæ, episcopali sede præsule destituta & ad tempus vacua, contulisset: quarum collationem, ad sua iura pertinere ipse Herueus arcte tenebat, accurateque defendebat, ea ratione nixus quod beneficia dictę ecclesiæ regaliorum iuri non erant obnoxia, sicut postmodum re tota diligenter excussa & expensa compertum est, cuius rei testes & indices literas regio sigillo munitas rex ipse dicto Herueo concessit, quæ perspicuis adeo & disertis verbis contextæ sunt vt lectoribus de illa immunitate, nullus planè dubitandi locus relictus esse videatur, quaquidem exemptione dicta ecclesia gauisa est trecentorum annorum spatio: verum quinquaginta abhinc annos, id sibi iuris reges arrogarunt & vindicarunt, non refragantibus antistitibus, nec id impedire conantibus, supradictis literis quæ memoratam exemp-

tionem à præfato rege Philippo adprobatam & admissam testificantur minime productis, quæquidem etiamnum in archiuis dictæ ecclesiæ asseruantur, quarum exemplar ex archetypo descripsi, vt huc ad verbum insererem formula subsequenti.

IN nomine S. & Indiuiduæ Trinitatis Amen. Philippus Dei gratia Francorum Rex, Nouerint vniuersi præsentes pariter & futuri, Quod carissimus quondam genitor noster Ludouicus, Mathæo tunc temporis Trecensi Episcopo, eiusque successoribus, quæ subter annexa sunt in perpetuum concessit & confirmauit; videlicet villam quæ dicitur Sanctus Leo cum appenditijs suis, & quidquid iuris idem episcopus habebat in villa quæ dicitur Auens, quidquid iuris habebat in villa quæ dicitur Lanes, quidquid iuris habebat in villa quæ dicitur Angularia & Insulam quæ iuxta eam sita est in flumine alba, villam quæ dicitur Aquis cum appenditijs suis in ea libertate quæ ipsi Trecensi episcopo à Dominis de villamauri concessa est, videlicet vt cum Trecensem ecclesiam suo antistite vacare contigerit, Domini villemauri vel ministri eorum, de rebus episcopi vel suorum hominum iurisdictionis eiusdem villæ nihil accipient, sed vsibus & dispositioni eius qui illic fuerit subrogandus antistes in sua incolumitate omnia conseruentur. Quidquid etiam idem episcopus ha-

S. Lye.

Anglure.

Aix.

bebat in villa quæ dicitur Gumerjum, & in villa quę nuncupatur Sur mus fons cum iure & libertate quam in eisdem locis habuerunt antecessores sui. Præterea libertatem sibi & ecclesiæ suæ à bonæ memoriæ Comite Hugone concessam, scilicet vt qui ab eodem episcopo seruientes aliquod publicum officium obtinuerint ab omni iustitia & exactione Comitum Trecensium ac suorum ministerialium, quandiu officium ipsum habuerint, liberi sint & immunes. Adijcit etiam bonæ memoriæ supradictus genitor noster, vt domus episcopales & curtes cum omnibus in eis contentis in obitu episcoporum illam libertatem obtineant, quam Comes Henricus ei concessisse & confirmasse dignoscitur. Ad hæc vnum modium frumenti quem idem Comes Henricus ei de molendinis quæ sub turre sita sunt, pro hominibus apud curtes insulæ habitantibus dedit in vigilia Omnium sanctorum annuatim persoluendum, & vnum sextarium frumenti in nouis molendinis iuxta ecclesiam S. Quintini pro censu quem debet Paganus de Tullo. Furnum quoque in burgo episcopi in ea integritate libertatis, quam ei memoratus comes Henricus concessit, & scripto suo roborauit. Centum etiam solidos quos idem Comes Henricus dedit matricularijs ecclesiæ S. Petri in theloneo suo Trecensi singulis annis persoluendos. Grangiam quoque Villæ Chestini cum appenditiis suis quam acqui-

siuit & acquirere posset. Præterea honorem de Meriaco cum casamento, terris cultis fluuiis aquis, aquæue decursibus, pariter pascuis & nemoribus, seruis & ancillis, sicut antecessores eius ab ipso genitore nostro & suis antecessoribus habuerunt. Casamenta etiam quæ Domini de Triannello, castrum videlicet de Venesiaco cum alijs quæ ab ecclesia Trecensi habent. Casamenta quæ Guido de Dampetra & Hugo de Planceyo hactenus ab ecclesia Trecensi tenuerunt. Casamenta etiam quæ vicecomes Senonensis & Dominus de Chascenayo apud molendinum Leonis tenent. Casamentum quod Odo de Auelleyo ab Ecclesia Trecensi tenet, nichilominus etiam casamentum quod vicecomes S. Florentini ab ecclesia Trecensi habet, cum alijs omnibus quæ hactenus ecclesia Trecensis habuisse dignoscitur. Nos igitur prędicta omnia sicut in priuilegio patris nostri continentur confirmamus. Præterea de donatione præbendarum quæ vacarunt in Ecclesia B. Petri Trecensis vacante sede illa, quia non inueniebamus aliquem, qui vidisset quod nos eas dedissemus, aut quod genitor noster piæ recordationis Rex Ludouicus ipsas tempore vacantis sedis, vacantes dedisset, & quia etiam ex assertione plurium audiuimus, quod præbendæ, Archidiaconatus & alia beneficia tempore illo vacantia futuro, reseruarentur episcopo Trecensi, ad conferendum quibus vellet. Concedimus dilecto

Regalia spiritali (si ita loqui licet) quę in beneficiorum collatione posita est, Trecensis ecclesia immunis & exempta fuit vsque ad an. 1563 non autem temporali, cui ante multos an-

nos obnoxiã fuisse ingenue fatemur Pro bus nihilominꝰ quęst 60 regaliã in dictã ecclesia consuetudine obseruari simpliciter tradit, & absq; vlla distictione duplicis illius regaliæ: ex temporalienim agnita, alii forsam inducere voluit. videat lector D. Chopp. lib. 1. de sacr. polit. Tit. 7 nu. 7.

nostro Herueo Trecensi Episcopo vt ea conferat; & donationem illorum habeat tam ipse quam successores eius episcopi Trecenses. Concedimus autem eidem episcopo vt de donationibus quas super his fecimus, suam faciat voluntatem, vt pote qui nihil iuris in huiusmodi donationibus habebamus. Vt autem prædicta omnia perpetuum robur obtineant, sigilli nostri authoritate & regij nominis caractere inferius annotato, præsentem paginam confirmauimus. Actum apud Sanctum Germanum in Loya, Anno Incarnat. Dominicæ, 1207. Regni vero nostri an. 28. Adstantibus in palatio nostro quorum nomina supposita sunt & signa, Dapifero nullo, Signum Guidonis Buticularij. S. Mathæi Camerarii, S. Droconis Constabularii. Datum vacante Cancellaria.

Eiusdem Heruei temporibus, compositum est dissidium quod inter canonicos ecclesiæ Trecensis, & vallis Scolarium religiosos, nouos tunc in ciuitate Trecensi colonos exortum fuerat. Similiter inita est transactio, inter memoratum antistitem, & capitulum ecclesiæ S. Stephani Trecensis, quæ paulo ante à Comite Campaniæ Henrico excitata fuerat, quæ transactiones quoniam multa memoratu digna complectuntur, ea serie & tenore quo literarum monumentis consignatæ sunt producere necessum mihi visum est.

LITERÆ HERVEI TRECENSIS EPISCOPI SUPER COMPOSITIONE FACTA INTER CAPITULUM TRECENSE, & FRATRES SCOLARIUM B. MARIÆ IN INSULA.

Herueus Dei gratia Trecensis Episcopus, Omnibus præsentes literas inspecturis in Domino salutem. Nouerit vniuersitas vestra, quod cum fratres Scolarium B. Mariæ in insula Trecensi, quoddam fundassent oratorium intra fines parrochiæ S. Dionisij, quæ ad capitulum Trecense noscitur pertinere, & in eodem vellent diuina celebrare, capitulo Trecensi, necnon & curato dictæ ecclesiæ contradicentibus: Tandem ab vtraque parte compromissum est in bonos & prudentes viros Henricum cantorem, M. Robertum de Vineto & Iacobum Senonensem canonicos Trecenses, qui Deum habentes præ oculis, de prudentum virorum consilio ordinauerũt in hunc modum. Henricus Cantor, M. Robertus de Vineto, & Iacobus Senonensis canonici Trecenses, omnibus præsentes literas inspecturis in Domino salutem. Vniuersitati vestræ notum facimus, quod cum fratres Scolarium B. Mariæ in insula Trecensi quoddam fundassent oratorium intra fines parrochiæ S. Dionisij, quæ ad capitulum Trecense noscitur pertinere, & in eodem vellent diuina celebrare, capitulo Trecensi, necnon & Curato dictæ Ecclesiæ contradicentibus, tandem ab vtraque parte compromissum est in nos, quod super his ordinationi nostræ starent: qui de prudentum cõ

silio ita ordinauimus. Quod fratres prædicti, de prædijs de quibus capitulum Trecense, decimam, Terragium, censum vel qualemcumque consuetudinem percipere consueuit, vbicumque sita sint, intra fines decimationis dicti capituli vel alibi, soluent dicto capitulo decimam, terragium, censum vel qualemcumque consuetudinem, quocumque titulo ad eosdem, eadem prædia deuenerint, nec à præstatione prædictorum per se vel per aliquam interpositam personam, priuilegium, seu immunitatem aliquam impetrari facient, vel impetrabunt, & etiam si impetrata fuerint eis non vtentur contra capitulum prætaxatum. Adiecimus etiam quod prædicti fratres venient processionaliter ad processiones nostras solemnes, & intererunt sepulturæ canonicorum nostrorum, quos in ecclesia nostra contigerit sepeliri. Et si Trecis vel alibi obierint, tenebuntur Sacerdotes, quotquot inter prædictos fratres in prædicta domo fuerint, pro defunctis celebrare. Ordinauimus insuper quod ijdem fratres in perpetuum presbytero S. Dionisij annuatim soluent 30. solidos, videlicet 10 solidos in festo S. Remigij 10 solidos in Pascha 10 solidos in Natiuitate B. Ioannis Baptistæ, saluo eidem Sacerdoti iure parrochiali, videlicet quod in annualibus festis parrochianos dictæ Ecclesiæ ad diuina non admittent, benedictiones insuper nuptiales vel perarum vel reconciliationem puerperarum prædicti Sacerdotis non facient, extremas etiam vnctiones infirmis eiusdem parrochiæ non impendent, nisi de prædicti Sacerdotis voluntate. Si autem aliqui parrochianorum prædictæ ecclesiæ apud prædictos fratres sibi sepulturam eligere voluerint, libere hoc facere poterunt, saluo dicto

Sacerdoti iure legatorum, priusquam etiam defuncti corpus ad prædictos fratres deferatur, dictus Sacerdos in ecclesia sua si voluerit præsente funere celebrabit. Missa vero ab eodem in eadem ecclesia percantata, prædicti fratres defuncti corpus ad domum suam sine contradictione quacumque deferre poterunt, quibus si quid pro anima defuncti oblatum fuerit vel collatum, nihil inde percipiet Sacerdos prætaxatus. Ordinanimus insuper quod prædicti fratres in oratorio suo diuina solemniter celebrent, campanas si voluerint & cœmeterium proprium habeant, quod vt ratum habeatur in perpetuum & firmum præsentes literas sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum anno Domini 1222. mense Decembri. In cuius rei testimonium ad petitionem partium præsentes literas sigilli nostri munimine roborauimus. Datum Trecis, Anno Domini. 1222. mense Decembri.

Prædictæ literæ quæ in armario Trecensis ecclesiæ extant, sigillo dicti Heruei munitæ sunt.

LITERÆ CONCORDIÆ inter Episcopum Trecensem, Capitulum Trecense, & Canonicos ecclesiæ S. Stephani Trecensis.

BArtholomæus Decanus & vniuersum Capitulum B. Stephani Trecensis, Omnibus præsentes literas inspecturis salutem in salutis auctore. Vniuersitatem vestram scire volumus quod cum nos compromissionem fecerimus in venerabilis viros Henri- Ex Chartul. Trecẽs. ecclesiæ pag. 29. & 30.

cum Cantorem maioris Ecclesiæ Trecensis & Artaudum Thesaurarium Ecclesiæ nostræ super querelis, quæ inter nos ex vna parte, & venerabilem patrem nostrum Herueum Episcopum & Capitulum Trecense ex altera vertebantur, nos arbitrium ab ipsis Cantore & Thesaurario super eisdem querelis prolatum ratum habemus & gratum, sicut super certis articulis continetur expressum annotatis inferius in hac verba. Nos Henricus Cantor maioris ecclesiæ & Artaudus Thesaurarius B. Stephani Trecensis, à venerabili patre Herueo Dei gratia Trecensi Episcopo & à Decano & Capitulo B. Stephani Trecensis electi arbitri super querelis quæ inter ipsos adinuicem vertebantur: videlicet super præpulsatione campanarum in vigilia Paschæ, super processionibus in Rogationibus vel aduentu Legati Sedis Apostolicæ, vel introniZatione seu reditu Trecensis Episcopi à Romana curia, seu etiam ob aliam causam faciendis. Item super celebratione Missæ in Inuentione B. Stephani, super procuratione quam dictus Episcopus petebat à capitulo B. Stephani, super quibusdam ecclesiis, scilicet de Verreriis, de Essartis & de Brecenaio, super pensionibus quibusdam quas præfatum Capitulum dicebat se ab antiquo iure in dictis ecclesiis percepisse, & super iurisdictione canonicorum & clericorum chori B. Stephani: de omnibus prædictis querelis ita diffiniuimus & ordinauimus arbritrando, videlicet quod in vigilia paschæ nunquam pulsetur in ecclesia B. Stephani donec in matrice ecclesia fuerit præpulsatũ. In diebus Rogationum, seu aduentu Legati sedis Apostolicæ, vel introniZatione Trecensis Episcopi seu reditu eiusdem à Romana curia, seu receptione

Comitis Campaniæ, vel vxoris eiusdem, seu Regis, seu archiepiscopi Senonensis: processionaliter venient canonici B. Stephani ad matricem ecclesiam, & processionem maioris ecclesiæ quocumque diuerterit subsequentur: missam vero in inuentione B. Stephani celebrabit Decanus eiusdem Ecclesiæ si sacerdos fuerit & voluerit: quod si noluerit vel sacerdos non fuerit quæcumque persona maioris ecclesiæ in dignitate constituta missam si placuerit celebrabit, alioquin Septimanarius ecclesiæ B. Stephani missam cantabit. Quod si episcopus in solemnitate prædicta missam celebrauerit, habebit procurationem suam quæ marcam argenti excedere non poterit, nunquam alias præter prædictam marcam argenti aliquid pro procuratione habiturus, nec eandem nisi celebrauerit in solemnitate prædicta. Prænominatum si quidem capitulum fructus vnius præbendæ præfato episcopo & successoribus imperpetuum assignabit, quos percipiet episcopus vbicumque fuerit, partitiones quotidianas non habiturus, nisi personaliter horis interfuerit, in quibus fiunt partitiones: hæc autem percipiet tanquam canonicus. Capitulum eiusdem ecclesiæ non intraturus ad tractandum de negotiis ecclesiæ, nisi à Capitulo vocatus, in ecclesiis de Verreriis, & de Essartis prænominatum Capitulum ius patronatus habebit. Ecclesiam vero de Brecenaio Trecensis Episcopus pleno iure possidebit. De iurisdictione autem canonicorum & clericorum chori B. Stephani, ita ordinauimus quod iurisdictio canonicorum & clericorum chori qui perpetua habent beneficia in prædicta ecclesia, sit ecclesiæ B. Stephani in quos Trecensis episcopus omnimodam & solam exercebit iurisdictio-

nem, quam exercet in Canonicos Cathedralis ecclesiæ. Iurisdictio autem Clericorum non habentium perpetua beneficia in prætaxata Ecclesia ad Episcopum Trecensem pertineat. De pensionibus vero Ecclesiarum de Verreriis & de Essartis, nostrum erit modificare. In huius itaque rei testimonium præsentes literas sigillo nostro fecimus roborari quibus etiam literis ad maiorem cautelam prædictorum arbitrorum sigilla sunt apposita, Actum an. gratiæ 1220. feria 5. ante festum B. Nicolai.

Prædictus præsul mortem obijt an. 1223. humatusque & conditus est in sacello Deiparæ virginis dictæ Trecensis ecclesiæ, in qua illustre ei ad memoriam perpetuam mausolæum ex solido ære extructum est, pedalem altitudinem è terra eductum in quo epitaphij vice, incisi sunt hi versus.

Præsul Trecensis, prius autem Parisiensis.
Verbi diuini doctor, de curte Morini * — *Vernaculè Villemoron Trecens. diœcesis viculus*
Paupere gente satus, iacet Herueus hic tumulatus.
Cilicium, cordæ, ieiunia, lamina ferri,
Cum rectis corde, faciunt me ad sydera ferri,
Anno milleno bis centenoque viceno
Terno, reddo polo spiritum, & ossa solo.
Anno septeno deno quoque pontificatus,
Et sexto nonas Iulij transmigro beatus.

In quodam vetere Calendario supradictæ ecclesiæ, obitus dicti Heruei his etiam verbis recensetur sub die 2. Iulij.

Eodem die & erat dies Dominica ad vesperam, obijt sancta memoria Herueus Trecensis episcopus, in

cuius anniuersario distribuendi sunt 40 sextarij vini, in decima vini de Fonte-deniz.

62. *Robertus.* Ad pontificis solium accitus est, cum decanatum Trecensis ecclesiæ administraret, litemque diremit, quæ inter ipsum, & psaltem Trecensis ecclesia exorta erat, vt subiectæ literæ significant.

Robertus Dei gratia Trecensis episcopus, Omnibus præsentes literas inspecturis in domino salutem. Nouerint vniuersi quod cum inter nos & venerabilem virum H. Cantorem Trecensem super iurisdictione clericorum chori, necnon licentia petenda à volente Trecis de Theologia legere, & etiam super mentilibus & forcipibus puerorum in prima tonsura dissentio suborta fuisset: tandem de bonorum consilio, taliter inter nos compositio interuenit, videlicet quod penes Cantorem salua tamen appellatione ad nos facienda, & excepto quod excommunicare vel suspendere non poterit, verumtamen extra chorum eiiciendi eos, vel alias puniendi in ipso choro prout consueuit, sibi potestate retenta clericorum chori iustitia remanebit, canonicis B. Mariæ in quibus ius huiusmodi sibi non recognoscimus duntaxat exceptis. Actum anno verbi Incarnat. 1225. mense Septemb.

Codex autem obituum dictæ Ecclesiæ, dicti Roberti interitum sub die 3 mensis Iunij constituit, in eoque hæc leguntur. *Obijt beatæ memoriæ Robertus Trecensis episcopus. In decima de Roncenayo, quatuor sextarij frumenti, & 20. sextarij ordei, cuius bladi prædicti medietas distribuitur canonicis & clericis modo consueto, &* *Hæc distributio mini*

me fit hodie, nec eleemosyna egenis erogatur.

alia medietas distribuitur pauperibus Trecens. per ministros capituli in die anniuersarij. Istud anniuersarium de consensu & voluntate capituli, semper fit in die Synodi.

63. *Nicolaus.* Episcopali charactere insignitus est anno 1234. cum antea in Trecensi ecclesia eductus educatusque fuisset. Eo episcopo, Franciscanorum domus Trecensis condita est anno 1237. & summum pontificatum gessit Vrbanus 4 Trecis ortus, qui decimas de Riceyo pro anniuersario suo instituendo, dictæ ecclesiæ adscripsit, vt signãt hæc verba ex obituum volumine descripta. *Secunda Octobris, obijt D. Vrbanus Papa qui dedit decimam de Riceyo quæ admodiatur 22. lib.*

Idem Vrbanus, in gratiam præfatæ ecclesiæ indulgentias liberalissime concessit, vt liquet sequenti diplomate.

VRbanus episcopus seruus seruorum Dei. Vniuersis Christi fidelibus ad quos literæ istæ peruenerint sal. & apost. benedict. Quoniam vt ait apost. omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi prout in corpore gessimus siue bonum fuerit, siue malum, oportet nos diem messionis extremæ misericordiæ operibus præuenire, ac æternorum intuitu seminare in terris, quod reddente Domino, cum multiplicato fructu recolligere debeamus in cælis, firmã spem fiduciamque habentes, quoniam qui parce seminat, parce & metet; & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam. Cum itaque dilecti filij decanus & capitulum ecclesiæ Trecens. ecclesiam ipsam iam dudum ædificare cœpe-

rint opere sumptuoso, & ad id sint eis Christi fidelium subsidia plurimum oportuna: nos ecclesiam ipsam originis nostri matricem, & primaeuae nostrae institutionis ac prouectionis alumnam sinceris affectibus prosequentes, ac ideo pro subsidio fabricae ipsius quadam praerogatiua gratiae exuberare volentes: vniuersitatem vestram rogamus & hortamur in Domino, in remissionem vobis peccaminum iniungentes quatenus, de bonis vobis à Deo collatis pias eleemosynas & grata ipsis ad hoc charitatis subsidia erogetis, vt per subuentionem vestram ecclesia ipsa valeat consummari, & vos per haec & alia bona quae Domino inspirante feceritis ad aeternae possitis felicitatis gaudia peruenire. Nos enim de omnipot. Dei misericordia & B.B. Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vere poenitentibus & confessis qui eis ad hoc manum porrexerint adiutricem vnum annum & 40. dies de iniuncta sibi poenitentia misericorditer relaxamus. Praesentibus post consummationem operis minime valituris, quas mitti per questores districtius inhibemus, eas si secus actum fuerit carere viribus decernentes: Datum apud Vrbem veterem 3, Non. Iuly, pontif. nostri an. 2.

Postquam autem Nicolaus praedictus in pontificio tribunali diutissime sedit praeseditque, è vita discessit an. 1269 & in dictae ecclesiae odeo, conflato ex orichalco tumulo & opertorio illatus est, cui epitaphium superadditum, quo succincte eius elogium describitur hoc modo.

Anno millemo bis centeno quoque noueno
Cum sexageno, sub Aprilis tempore pleno

Præ Marci festo, tu qui legis hæc memor esto
Quod linquens mundum miserum nimis & moe
ribundum.
Præsul Trecensis Nicolaus, sede Briensis
Fons decretorum, patriæ lux, forma bonorum,
Annis terdenis numero iunctis sibi senis,
Nobilis antista patria præfulsit in istâ.
Vos qui transitis, totiensque venitis & itis.
In prece vos sitis, quod Christus sit sibi mitis.

64. *Ioannes de Nantolio.* Antistes proditus est anno 1269 quoquidem iusiurandum fidelitatis Regi præstitit, cuius rei indices literæ ei concessæ sunt, quas sub aspectum subijcio.

Ludouicus Dei gratia Rex Francorum, Chariss. filio & fideli suo Theobaldo eadem gratia Regi Nauarræ illustri Campaniæ Comiti Briæque Palatino, vel locum eius tenenti in Campania salutem, & syncere deuotionis affectum. Cum dilectus & fidelis noster I. Trecensis electus ad nos veniens die Lunæ post festum B. Martini æstiualis hora vespertina die & hora fidelitatem fecerit, ipsumque de regalibus Trecensibus inuestiuimus hora & die prædictis. Mandamus vobis quatinus ab ipsis die & hora regalia sua prædicta sine contradictione qualibet deliberetis eidem, vel eius certo mandato presentes literas deferenti: scientes quod nos Gonsequino seruienti nostro quem ad hoc deputauimus iniunximus quod prædicta regalia sibi sine aliqua dilatione deliberet, si super hoc fueritis in defectu. Actum apud Esseyum die Lunę & hora prædictis

prædictis an. Dom. 1269.

Dictus Ioannes viuere desijt anno 1295. Ei autem frater erat episcopus Bellouacensis nomine Theobaldus, & vtriusq; obitus notatur 27 die Iunij in necrologio Trecensis ecclesiæ his verbis. *Obierunt Theobaldus de Nantolio Oudoini episcopus Beluacensis, & Ioannes frater eius episcopus Trecensis.*

65. *Guichardus.* Cœnobio Cellæ ad muros Trecenses antea præfectus erat, & anno prædicto 1295 præsul Trecensis effectus est. Cum canonicis ecclesiæ Trecensis transactionem iniuit, qua multæ controuersiæ sublatæ & extinctæ sunt; eamque ob causam non otiosum aut pœnitendum fore ratus sum eam huc accersere: sic autem se habet.

VNiuersis præsentes literas inspecturis, G. miseratione diuina Trecensis episcopus salutem in Domino. Notum facimus quod cum inter nos ex parte vna; & venerabiles viros Decanum & Capitulum nostræ Trecensis Ecclesiæ ex altera, super pluribus & diuersis articulis infrascriptis controuersia moueretur, tandem veritate super prædictis diligenter inquisita & comperta, de iure eorum plenius informati, communicato bonorum & iuris peritorum consilio concordauimus cum eis in modum qui sequitur. In primis consideratis priuilegiis a nostris antecessoribus, decano & capitulo nostræ Trecensis Ecclesiæ concessis, cum vsu longæuo

Extant hæ literæ in armario ecclesiæ Trecensis.

inde subsecuto: fatemur ecclesiam de Barbona curatum ipsius & domum presbyteralem loci eiusdem cum adiacentibus totaliter fore exemptos à iurisdictione nostra ordinaria, tam super pertinentibus ad curam, quam aliis quibuscunque, hoc saluo quod idem curatus nostra & nostri officialis mandata tenetur exequi vt alias extitit consuetum. Et quia domum dicti curati de Barbona contra ipsius voluntatem intrauimus in ea pernoctando, equum ipsius curati per familiares nostros captum, & vsque nunc à nobis retentum. Item saisitionem bonorum dicti curati quam tunc fecimus, hæc decano & capitulo per nostri pilei traditionem emendauimus, & ad eorum arbitrium parati sumus satisfacere de emenda, equum vel eius valorem in manu dicti capituli restituere promittimus infra octo dies præcise, verum de iniuria dicto curato per nostros familiares illata, nobis mandantibus vel saltem ratum habentibus vt dicitur, hoc negamus, sed ex nunc volumus & expresse consentimus, quod per duos viros idoneos de plano veritas diligenter inquiratur, qua comperta parati sumus & promittimus ex nunc id in quo culpabiles poterimus reperiri emendare dicto capitulo. Item attenta consuetudine antiqua nostræ Trecensis ecclesiæ quæ est iuri & rationi consona, fatemur, quod Cappellania seu aliquod altare statim quod per nos alicui confertur in eadem ecclesia, eo in

Nota de Capellanis ecclesiæ Trecens.

corporalem possessionem inducto, statim debet poni in choro. Item dicti Capellani prout etiam ex testamentis plurium fundatorum iurisque peritorum didicimus, residentiam personalem per iuramentum in eadem ecclesia tenentur facere cum continuo seruitio chori & altaris specialiter in matutinis, missis, vesperis & processionibus, & ad hæc facienda tenemur eos per nos vel nobis agentibus in remotis per Officialem seu vicarium nostrum prout requisiti fuerint & ad quod eos obligamus præcise compellere tam per saisitionem fructuum suorum, quam etiam per pœnas alias, dictosque fructus sic saisitos retinebimus, quo vsque suam contumaciam plene purgauerint, & officium ad quod tenentur libere duxerint exequendum, retenta nobis potestate dispensandi cum aliquibus, si dispensatio nobis competere possit de consuetudine vel de iure. Item quia prædictorum capellanorum quidam nec fuerunt in choro positi nec ecclesiæ deseruiunt vt tenentur, sed vagabundi existunt huc & illuc, promittimus bona fide quod vsque ad mensem ipsos ad ecclesiam redire, ibique deseruire præcise compellemus, per saisitionem suorum fructuum & vlterius quantum de iure poterimus. Item violentiam quam quidam monachus tenens nostro nomine prioratum de S. Memorio fecit in iustitia & molendinis dicti capituli nostri ac dicti prioratus nomine & quem postquam

prædictum forefactum ad notitiam nostram peruenit in nostro seruitio retinuimus & adhuc retinemus, licet dictam violentiam ratam nunquam habuimus nec habemus, quia tamen nostro nomine & dicti prioratus facta dicitur incontinenti locum resaisiri faciemus saluo iure cuiuslibet, etsi capitulum ius suum velit prosequi parati sumus per nos vel eos à quibus dictam domum tenemus causam defendere vt ius erit. Item de Marrenis quos accepimus in foresta Doche pro refectione molendinorum de S. Memorio malefecimus & promittimus bona fide valorem ipsius restituere ad æstimationem magistri Ioannis Blesi infra quindenam post æstimationem ad conuertendum in aliquos vsus pios prout nobis & capitulo videbitur faciendum. Item de obligatione 40 millium librarum Turonens. & earum solutione quas fecimus in manu Dominæ Reginæ absque consensu & conscientia nostri capituli, quia reuera prædicta non potuimus nec debuimus facere eo modo quo fecimus, promittimus bona fide ecclesiam nostram super seruare indempnem. Item bona fide promittimus quod nouies viginti & vndecim libras pro valore & æstimatione cuiusdam crucis aureæ in Ecclesia nostra Trecensi amissæ ob negligentiam nostrorum matriculariorum soluemus dicto capitulo infra octo dies in pecunia numerata, computato hoc quod Archidiaconus Sezaniæ iam habet penes se.

Item domum Presbyteralem ecclesiæ de Songniaco dilruptam & ex facto nostro promittimus bona fide in statum pristinum reducere & reduci facere nostris propriis sumptibus, & incipere infra instans festum Assumptionis B. Mariæ virginis, & deinceps continuare vsque ad operis consummationem. Item de iure nostræ Trecensis ecclesiæ & consuetudine plenius informati fatemur, quod quatuor matricularij nostri laici in ecclesia prædicta quilibet in sua septimana iacere debet, & omnes quatuor in simul in anniuersariis Episcoporum in quibus donaria extenduntur, & in festis duplicibus & annualibus, & nos bona fide promittimus quod ex nunc eos ad hoc compellemus, & si negligentes in hoc fuerint per priuationem sui beneficij vel alias puniemus. Item de compositione & emenda quam capitulo S. Stephani Trecensis cum quo super iuribus ecclesiæ nostræ litigabamus, fecimus absque consensu nostri capituli, promittimus & pro certo quod per curiam Romanam & alias procurabimus dictum negotium ad suum statum ita reduci, vt ex hoc non possit nostræ ecclesiæ præiudicium generari in futurum & quantum in nobis est reuocamus. Item super eo quod fructus ecclesiarum vacantium per nos vel ministros nostros percepimus vt dicitur contra generalem consuetudinem diœcesis. Item quod ad sumptus mortuorum ecclesias iam aliis collatas fecimus deseruire,

talia faciendi ius non habuimus nec habemus, promittimus nos hæc in posterum non facturos etsi compareant aliqui à quibus nos aliquid ob hanc causam recepimus vel nostri ministri receperint, veniant ad nos & indubitanter absque difficultate aliqua restituemus eisdem. Item quidquid capitulo tam de anniuersariis denariorum panis & vini quam de rebus aliis debemus, promittimus nos soluturos & in futurum diebus & horis statutis soluere. Item placet nobis quod tres franchi seruientes capituli in suis ecclesiis parrochialibus ecclesiastica percipiant & libere percipere valeant sacramenta. Item de iure decani & capituli plenius informati super iurisdictione 4. canonicorum altaris B. Mariæ in ecclesia Trecensi ipsam iurisdictionem dictorum canonicorum confitemur ad dictos decanum & capitulum pleno iure pertinere, & hæc omnia & singula provt superius sunt expressa in præsentia Stephani de Allemente Clerici publici notarij necnon & Domini Guillelmi de Columberio legum posessoris, M. Bartholomæi de Ranaualle sigilliferi nostræ Trecensis ecclesiæ, & Guillelmi de Columberio Presbyteri Capellani nostri testium ad hæc vocatorum, volumus concessimus & promisimus, ac etiam promittimus, nos facturos & imperpetuum & inuiolabiliter seruaturos ac in futurum per nos vel per alium contra non venturos. In quorum omnium & singulorum testimo-

nium & munimen sigillum nostrum vna cum signo & subscriptione dicti publici notarij præsentibus litteris duximus apponendum. Actum & concordatum in pleno capitulo dictæ nostræ Trecensis ecclesiæ, Anno Domini 1304. die mercurij ante festum B. Laurentij.

Maximi annales Gallici calamo exarati, de eo hæc quæ sequuntur sparsim memorant, primumque ad an. 1308 his plane verbis. En ce mesme an Guichard Euesque de Troyes fut moult soupçonnez qu'il n'eust procuré par aucuns malefices, ou par venin, la mort de Ieanne iadis Royne de France & de Nauarre, pour laquelle chose aucuns tesmoins furēt oys, iaçoit ce qu'ils fussent faux, si fut-il rapporté au Pape leur deposition, nonobstant qu'elle fust fausse, si manda le Pape que ledict Euesque fust mis en prison. Itemque ad an. 1313. Et en ce mesme an Guichard euesque de Troyes, lequel auoit esté soupçonné d'auoir procuré la mort de la Royne Ieanne, si comme auparauant est escrit, fut trouué innocent par la confession d'vn Lombard, lequel auoit nom Noffle lequel estoit iugé à Paris à estre pendu au gibet.

In Philippo pulchro ca. 66.

Ibidem ca. 73.

En quæ de Guichardo in Necrologio Trecens. ecclesiæ scribuntur sub die * 22 Ianuarij. *Obiit Guichardus Trecensis episcopus, qui dedit ecclesiæ tempore quo viuebat pro anniuersario suo faciendo coustumas quas habebat apud Poillia-*

*alibi 17.

cum, quæ coustumæ debent valere circiter 4. sext. frumenti cum mina, & circiter nouem solid. censuales & 12. gallinas portantes laudes & ventas & manus mortuas. Item habuit dictum capitulum per exequutores dicti Guichardi episcopi de legato facto siue contento in testamento dicti episcopi 100. *lib bonorum Turonens. Exequutores debent residuum de dicto legato contento in dicto testamento.*

66. *Ioannes de Auxeio* 2. Ad Tricass. ecclesiæ gubernacula admotus est anno 1314 & angusto admodum tempore hunc honorem gessit, incertusque est annus quo ex hac vita discessit. Eius corpus humatum est in dicta ecclesia e regione primarij altaris sub æneo opertorio locis aliquibus perrupto, vnde fit vt eius epitaphium perlegi nequeat: ex fragmentis tamen quæ restant, obseruare est, eum iuris legumque antecessorem aliquando fuisse. Anniuersarium in dicta ecclesia instituit, sicut in necrologio recensetur his verbis. *Obiit Ioannes de Auxeio Trecensis episcopus, de cuius bonis capitulum habuit* 300. *lib. bonorum Turon. de quibus* 300. *lib. emptæ fuerunt domus, terræ vineæ apud S. Ioannem bonæ vallis, quæ omnia tenet M. Ioannes de Auxeio Cantor Trecensis nepos dicti episcopi.* Sed obiter hic notandum in obituum libro Aurelian. ecclesiæ die 26. Februar. memoriam aliquam extare *I. de Auxeio Trecens. episcopi, qui fuit episcopus Aurelianensis*: adducor tamen facile vt credam, mendum aliquod in dictum librum irrepsisse legendumq; *Antissiodorensis* non Aurelianens.

Die 13. Ianuar.

Et hæc quidem de I. Auxeio huius nominis 2. accipienda sunt, qui primitus Tricall. ecclesiæ, tum Antissiod. præfectus fuit.

67. *Guilelmus Mechin.* Vixit temporibus Ioannis Papæ 22. qui eius meminit in quodam indulgentiarum diplomate dato anno 3. eius pontificatus. Extat insuper eiusdem Guillelmi rescriptum, quod è scrinio cœnobij monialium B. Mariæ Trecensis erui, cuius talis est scriptura. *An.* 1319.

Guilelmus miseratione diuina episcopus Trecensis, charissimis nobis in Christo filiabus monialibus monasterii B. Mariæ ad moniales Trecenses ord. S. Benedicti salutem in Domino, cuius sunt obsequio specialiter deputatæ. In his quæ respiciunt religionis vestræ suffragia, & nitori diuinæ gratiæ vos coaptant, votis vestris annuere cupientes. Vt à quocumque Archiepiscopo vel Episcopo catholico, ac sedis Apostolicæ gratiam obtinente, munus benedictionis iuxta formam ecclesiæ recipere valeatis, eis & eorum alteri conferendi, ac vobis & vestrum cuilibet recipiendi, tenore præsentium licentiam concedimus specialem. Datum Auenioni sub sigillo nostro præsentibus apposito, anno à Natiuit. Domini 1324 *die* 9. *Febr. Hanc autem potestatem extendi nollumus, ad benedictionis huiusmodi non capaces. Datum vt supra.*

68. *Ioannes de Albiniaco* 3. Quo anno pontifex creatus fuerit nondum certo comperire valui, id autem contigisse an. 1326 multis coniecturis subnixus facile mihi persuadeo. Controuersia ei fuit cum antistita cœnobij B.

Mariæ in ciuitate Trecensi, quæ contendebat iura sibi quædam ab episcopo Trecensi, eo die quo primum solenni celebritate dictum cœnobium ingreditur præstanda esse, hocque contentiosum iurgium arbitris decisum est, qui super eo iudicium protulerunt, quod huc iure referendum videtur, ex tabulario dicti cœnobij depromptum & hac verborum formula contextum.

Harum literarū copiam mihi fecit, religione & vitæ puritate insignis mulier D. Lodoica de Dinteuile eidē cœnobio B. Mariæ præfecta, quæ illud summa cū prudentia & pari pietate moderatur hoc anno 1609. Faxit Deus vt diutissime salua & incolumis præsideat.

IN nomine Domini Amen. Vniuersis præsentes literas inspecturis. P. decanus, Ioannes de Auxeio Cantor maioris, Ioannes de Argilleriis thesaurarius S. Stephani ecclesiarum Trecensium salutem. Notum sit omnibus quod cum inter R. in Christo patrem ac D. D. Io. Dei & apostolicę sedis gratia Trecensem episcopum ex parte vna, & religiosas dominas abbatissam & conuentum monastery B. Mariæ ad moniales Trecenses ex parte altera super infrascriptis discordia verteretur, partes ipsæ in nos tanquam in arbitros arbitratores seu amicabiles compositores super dicta discordia compromiserint concorditer sub hac forma. Vniuersis præsentes literas inspecturis Ioannes Dei & S. apostolicæ sedis gratia Trecensis episcopus & Isabellis de S. Fidolo humilis abbatissa monastery B. Marię ad moniales Trecenses ord. S. Benedicti totusque eiusdem loci conuentus salutem in domino sempiternam. Cum inter nos suborta esset materia questionis super eo quod nos abbatissa prædicta nostro & nostri monastery nomine dicebamus & dicimus. Nos & prędecessores nostras ab antiquo & à tanto tempore de cuius contrario memoria non existit,

fuisse & esse in possessione pacifica vel quasi iuris accipiendi palefridos episcoporum Trecensium post eorum consecrationem de nouo intrantium quibus insedunt intrando & per ciuitatem Trecensem equitando quando ad introitum nostri atrij descenderunt, & à nobis more solito & obseruato recepti fuerunt, dictosque palefridos habendi, retinendi & in vsus prædicti nostri monasterij conuertendi, ac de eisdem tanquam de re nostra propria disponendi. Nobis episcopo prædicto contrarium asserentibus & ex aduerso dicentibus & proponentibus nostro & ecclesiæ Trecensis sponsæ nostræ nomine, dictam abbatissam nomine quo supra, nos & prædecessores nostros episcopos Trecens. quo supra nomine fuisse & esse in possessione pacifica vel quasi iuris, percipiendi & habendi in nostris iucundis aduentibus à dicta abbatissa & eius prædecessoribus nomine quo supra, tanto tempore de cuius contrario non est memoria vnum lectum plumeum furnitum de puluinari, lintheaminibus auriculariis sargia, coopertorio, dorserio fronterio & cheueterio ac aliis quæ decent lectum episcopalem, dictamque abbatissam in nostro iocundo aduentu lectum taliter furnitum nobis non ministrasse, sed à ministrando cessauisse indebite & iniuste possessione nostra vel quasi iuris prædicta indebite spoliando & spolialatum indebite detinēdo. Tandem pro bono pacis & concordiæ ad dispendia litium euitanda voluimus & ordinauimus, nostris & ecclesiarum nostrarum nominibus, volumusque & concedimus per præsentes quod tam de præmissis principaliter & incidentaliter, quam de omnibus & singulis exinde emergentibus & emerg. re valentibus, quouismodo

& de iure vtriuslibet nostrum partium prædictarum tam super petitorio quam super possessorio viri vener. & discreti Domini, P. de Molayo decanus Ioannes de Auxeyo Cantor maioris & Ioannes de Argilleriis Thesaurarius S. Stephani Ecclesiarum Trecensium summarie & de plano sine strepitu & figura iudicij cognoscant & de eisdem disponant ordinent & decernant, prout secundum Deum & iustitiam melius & securius viderint expedire, quibus præmissa faciendi & nos super questione huiusmodi sedandi & ad concordiam prouocandi tanquam arbitris arbitratoribus seu amicabilibus compositoribus à nobis electis nominibus quibus supra concorditer & assumptis, tenore præsentium plenam & liberam concedimus potestatem a data præsentium vsq; ad festum Natiuitatis B. Ioannis Baptistæ proximo venturum tantummodo duraturam, nisi de nostro communi assensu terminus fuerit prorogatus. Et nos nominibus quibus supra pro nobis nostrisque successoribus promittimus inuicem v;us alteri bona fide, tenere, facere, complere & inuiolabiliter obseruare quicquid de & super præmissis per dictos arbitros arbitratores seu amicabiles compositores, fuerit dictum factum decretum, seu etiam ordinatum, bona nostra & ecclesiarum nostrarum vicissim vna pars alteri propter hoc specialiter obligando & iurisdictioni ac cohertioni cuiuslibet competentis iudicis quem altera pars nostrum adire maluerit supponendo. In cuius rei testimonium sigilla nostra literis præsentibus sunt appensa. Datũ & actum anno Dom. 1326. die iouis ante festum Purificationis B. Mariæ Virginis. Onere igitur dicti compromissi in nos suscepto de

dictis discordiis inquisiuimus auditis hinc inde propositis cum diligentia veritatem, & quia tempus concessa nobis à dictis partibus potestatis effluxerat antequam partes ipsas possimus super his ad concordiam prouocare partes ipsæ dictæ nostræ potestatis terminum per suas patentes literas in dictis literis compromissoriis infixas prorogauerunt, quarum literarum infixarum tenores tales sunt. Vniuersis præsentes literas inspecturis, Ioannes Dei & Apostolicæ sedis gratia Trecensis episcopus & Isabellis de sancto Fidolo humilis abbatissa monasterij B. Mariæ ad moniales Trecenses ordinis S. Benedicti, totiusque eiusdem loci conuentus salutem in Domino sempiternam. Notum sit omnibus quod nos terminum potestatis à nobis concessæ arbitris arbitratoribus seu amicabilibus compositoribus nominatis in nostris literis quibus hæ nostræ præsentes literæ sunt infixæ à festo Natiuitatis B. Ioannis baptistæ proximo venturo vsque ad festum Natiuitatis Domini inde sequens sub forma promissione ac obligatione contentis in primo dictis literis nostris vnanimiter duximus prorogandum & tenore præsentium prorogamus, & his omnibus quibus interest & poterit interesse significamus tenore præsentium literarum quibus in præmissorum testimoniũ sigilla nostra duximus apponenda. Datum & actum anno Domini 1327 die veneris post festum sacratissimi Corporis Domini nostri Iesu Christi. Item, Vniuersis præsentes literas inspecturis. Ioannes Dei & apostolicæ sedis gratia Trecensis episcopus & Isabellis de S. Fidolo humilis abbatissa monasterij B. Mariæ ad moniales Trecenses Ord. S. Benedicti, totiusque eiusdem loci conuentus salutem in Domino

sempiternam. Notum sit omnibus quod nos terminum potestatis à nobis concessæ arbitris arbitratoribus seu amicabilibus compositoribus, nominatis in nostris literis quibus hæ nostræ præsentes literæ sunt infixæ à festo Natiuitatis Domini proximo venturo vsque ad festum natiuitatis B. Ioannis Baptistæ inde sequens, iterum sub forma promissione ac obligatione contentis in primodictis literis nostris vnanimiter duximus prorogandum & iterum tenore præsentium prorogamus, & his omnibus quorum interest & poterit interesse significamus tenore præsentium literarum quibus in præmissorum testimonium sigilla nostra duximus apponenda. Datum & actum anno Domini 1327 die Sabbathi ante festum B. Thomæ Apost. Demum die Lunæ post festum B. Barnabæ assignatis coram nobis procuratoribus partium prædictarum ad audiendam dictam nostram ordinationem pronuntiationem seu nostram sententiam arbitralem. Comparentibus coram nobis Ioanne de Ambianis clerico dicti R. Patris ac D. Nicolao de S. Vlpho dictarum religiosarum procuratoribus nominibus procuratoriis ipsarum partium & pro ipsis cum literis procuratoriis sufficientibus de rato, ac dicta abbatissa personaliter & à nobis cum instantia dictum nostrum seu nostram arbitralem sententiam ferri poscentibus. Nos in scriptis dictum nostrum seu nostram arbitralem sententiam in hoc nostrum vnanimi concurrente assensu protulimus in hunc modum. Nos decanus & cantor maioris ac Thesaurarius S. Stephani ecclesiarum Trecensium arbitri arbitratores seu amicabiles compositores super discordia mota inter R. in Christo patrem ac D. D. I. Dei & apostolicæ

sedis gratia Trecensem episcopum ex parte vna, & religiosas dominas abbatissam & conuentum monasterij B.M. ad moniales Trecenses ex altera dicti concorditer & assumpti ab ipsis partibus super his quæ & pro vt in compromisso super hoc confecto plenius continetur, cognito de dictarum partium discordiis auditis hinc & inde propositis & responsis attestationibusque testium, hinc inde productorum, visis & diligenter attentis veritate super his pro vt potuimus diligentius indagata; per nostrum dictum seu nostram arbitralem sententiam dicimus & pronuntiamus dictas Religiosas super possessione quam allegant in dicto compromisso intentionem suam legitime probauisse ipsasq́ religiosas fuisse & esse in possessione vel quasi iuris accipiendi retinendi & habendi palefridos episcoporum Trecensium super quos veniunt ad dictum monasterium quando primo post eorum consecrationem intrant ciuitatem Trecensem. Dicimus etiam & pronuntiamus prædictum R. patrem possessionem suam quam allegat super vno lecto quantum ad culcitram & puluinar plumeos sufficientes & idoneos etiam legitime probasse, ipsumque & eius prædecessores fuisse & esse in possessione vel quasi iuris habendi & recipiendi à dictis religiosis quando primum veniunt ad dictum monasterium vnum lectum plumeum decentem & idoneum videlicet culcitram & puluinar. Prolata autem fuit præsens nostra arbitralis sententia in aula episcopali Trecensi, anno Domini 1328 die Lunæ post festum B. Barnabæ Apostoli hora prima, mensis Iunij 13. indictione 11. pontifitatus SS. patris ac Domini Ioannis diuina prouidentia Papæ 22. an. 12. &c.

Prædictus autem episcopus mortem cum vita commutauit an. 1341. die Martis qui proxime sequebatur solennem diem quo omnium Sanctorum memoriam, anniuersaria gratulatione, Christiana veneratur ecclesia: qua eadem luce testamentum scripsit, cuius hæc est series.

IN nomine S. & indiuiduæ Trinitatis Patris & Filij & Spiritus S. Amen, Ego Ioannes de Aubigneyo Dei & apostolicæ sedis gratia Trecensis episcopus, sanus mente & bene mei compos, licet infirmus corpore, considerans & attendens periculosos euentus qui præuideri non possunt, quodq; ea quæ visibilem habent essentiam tendunt inuisibiliter ad non esse, sciens quoque quod nihil est morte certius, nihilque incertius mortis hora, nolens intestatus decedere, imo volens & cupiens animæ meæ salubriter prouidere, ne dies extrema me inueniat improuisum, testamentum meum seu vltimam voluntatem de bonis meis mihi à Deo collatis facio condo & ordino in modum qui sequitur & in formam. Primo volo & iubeo omnia & singula debita mea solui, forefacta mea illicite extorta, si quæ sint reddi & restitui ac etiam emendari per executores meos inferius nominandos, deinde animam meam recommendo & lego altissimo creatori, & corpus meum ecclesiasticæ sepulturæ, quam eligo si me ciuitate vel diœcesi mea Trecensi aut magis prope dictam meam diœcesim, quam prope Parisios vel Ambianen. diœcesim decedere contingat, in ecclesia Trecensi in capella S. Saluatoris, & si me in ciuitate vel diœcesi Parisiensi aut magis prope Parisiensem diœcesim quam Trecens.

vel

vel Ambianē. diœcesim decedere contigerit: eligo eam sepulturam meam in ecclesia Fratrum Carthusiens. ordinis prope Parisios: quibus Fratribus si me in eorum ecclesia inhumari contigerit, do & lego 20 lib. paris. pro pitantia eorumdem: etiam sub conditione prædicta lego 20 libras pauperibus Paris. per executores meos erogādas die inhumationis meæ prædictæ aut cito post. Si autem decederem permittente Domino in ciuitate vel diœcesi Ambianensi, aut magis prope Ambianens. quam Paris. vel Trecens. diocesim, eligo dictam meam sepulturam in ecclesia fratrū Prædicatorum Ambianensium, quibus fratribus si me in eorum ecclesia inhumari contigerit lego 20 lib. paris. pro pitantia eorumdem, ita tamen quod quilibet Sacerdos ipsorum Fratrum vnam missam de defunctis celebrare, & qui non sunt sacerdotes vnum psalterium dicere ob animæ meæ remedium teneantur. Et etiam sub dicta conditione lego dictis fratribus 50. Lib. paris. pro anniuersario meo in eorum ecclesia singulis annis perpetuo solenniter celebrando, etiam sub hac conditione lego 20 lib. paris. pauperibus de Ambian. per executores meos die inhumationis meæ prædicta vel citius quam commode fieri potuerit erogandas. Item omnia & singula vestimenta Cappellæ meæ cum vno calice & patena do & lego Religiosis viris, abbati & Conuentui monasterij B. Martini de Gemellis Ambian. excepta mea cappa noua de brodura quam lego ecclesiæ Trecensi. Item omnia vtensilia mea quæcumque sint quæ ego habeo & habere possum in domo mea de Parisiis do & lego dictis religiosis Domus Cartusiensis prope Parisios, vna cum omnibus & singulis

ciphis meis murreis tam cum pedibus argenteis, quam sine pedibus, Et vna cum omnibus & singulis meis sargiis tapiciis & blanchiis vbicumque existentibus, tam pro lectis quam formulis vel paramentis aliis faciendis. Item do & lego seruitoribus meis qui mihi deseruient tempore obitus mei in hospitio meo 100 lib. paris. eisdem distribuendas tam Cappellanis Clericis, armigeris quam valletis de ministerio & aliis mediocribus & inferioribus, pro vt executorib⁹ meis melius visum fuerit expedire. Item processionibus maioris & S. Stephani Ecclesiarum Trecens. cuilibet 10 lib. tur. Item processionibus SS. Vrbani, Lupi, Martini, monastery B. mariæ ad moniales, monasterij B. mariæ de pratis, prioratus de foissiaco & Conuentus de Insula cuilibet 4. lib. tur. Item processionibus S. Iohannis in castro, S. Trinitatis, S. Quintini Trecensis cuilibet 40 solidos turon. Est tamen aduertendum quod dicta legata facio præfatis omnibus processionibus, si me in mea Trecensi ecclesia contigerit inhumari alias non. Item do & lego Abbati & conuentui de Bulencuria Cisterciensis ordinis Trecens. diœces. omnes & singulos fructus vocatæ rubeæ Granchiæ, quos ego percipere debebam in anno quo decedam, ita tamen quod ab hæredibus vel executorib⁹ meis nihil possint petere pro reparationibus seu restaurationibus domorum vel alia quacunque de causa. Item Petro de Rambertiprato Ambianens. diœcesis do & lego 30 lib. paris. tam pro restitutionibus quam pro seruitiis mihi ab ipso impensis temporibus retro actis. Item Hugoni filio defuncti Roberti de Aubigneyo quondam fratris mei nepoti meo 50 libras paris. Item do & lego Domino Mathæo de Tromuilla nepoti meo

ſtrato parrochialis eccleſiæ de Thalemars Ambianenſis diœceſis 60 lib. tur. tam pro reſtitutionibus quam alia de cauſa. Item lego D. Petro de Villanoua maioris & S. Stephani eccleſiarum Trecenſium canonico, vnam crucem argenti quæ fuit D. Radulphi de Suppia. Item omnes & ſingulos annulos meos quicumque ſint, & vbicumque tam aureos quam argenteos do & lego dictis Religioſis S. Martini. Item duo coopertoria mea forata de griſis do & lego Domicellæ Iohannæ de Poncello nepti meæ. Item do & lego ac remitto quæcunque mihi tam pro reconciliationibus cœmeteriorum vel eccleſiarum & procurationibus quam pro quibuſcumque emendis tempore obitus mei debebuntur hiis omnibus & ſingulis qui mihi tunc pro talibus debitis tenebuntur, ita tamen quod pro ſingulis 20 ſolidis ſic debitis, debitores eorumdem tenebuntur vnam miſſam de defunctis ob animæ meæ remedium celebrare, ſeu facere celebrari. Item do & lego Guillelmo de Croiaco ſcolaſtico & Roberto eius fratri Canonicis Ambianenſ. cōſanguineis meis 24 cyphos argenteos albos planos & ſine pedibus eiſdem duobus æqualiter partiendos. Item volo quod omnia vtenſilia mea cum equis, pecoribus & pecudibus meis quæcunque ſint, quæ ego habeo & habere poſſum in domibus meis de Aquis & de S. Leone vendantur, & pecunia inde habita per executores meos pauperibus reſidentibus in parrochia de Aquis & in villa de S. Leone, citius quam commode fieri poterit erogetur. Item do & lego viris venerabilibus & diſcretis Decano & capitulo Trecenſi & eorum eccleſiæ prædictæ, omne id quo mihi tenetur & teneri poteſt, nobilis vir D. Iohannes de

Triangulo miles, ratione quinti denarij terræ de Baassonno & terræ de Marcyliaco le hayer de meo feodo mouentium, per ipsum militem emptarum, pro emendis & admortizandis redditibus perpetuis dictis venerabilibus & eorum ecclesiæ prædictæ assignandis, vna cum 300 libris turon. pro anniuersario meo in eorum ecclesia singulis annis perpetuo solenniter celebrando. Item volo & ordino quod omnes panni mei lanei tam in vestibus pro corpore meo factis scissi quam scindendi vbicumque existentes per executores meos aut duos eorum qui circa hæc magis commode vacare potuerint pauperibus erogentur, pro vt melius viderint expedire. Item do & lego cuilibet executorum meorum inferius nominandorum, qui onus executionis meæ in se receperint pro suis laboribus & pœnis in executione mea impendendis 30 libras paris. Item solutis omnibus & singulis debitis, restitutionibus factis, & omnibus legatis meis completis, omnibusque & singulis contentis in præsenti testamento meo legitimæ & completæ executioni debite demandatis ac etiam restitutionibus domorum episcopalium Trecens. pro vt decens fuerit peractis in omni residuo bonorum meorum ecclesiam Trecensem sponsam meam pro media parte, videlicet pro emendis & admortizandis redditibus perpetuis magnæ Cameræ venerabilium virorum Decani & capituli dictæ ecclesiæ meæ perpetuo applicandis in augmentationem redditūum dictæ magnæ Cameræ, vt dicti venerabiles & eorum successores pro animæ meæ remedio teneantur orare & mei in suis orationibus perpetuis temporibus mentionem facere specialem. Et religiosos Fratres domus Carthusiensis de Pratea

Trecensis Diocesis, vt ipsi orare pro mea anima teneantur pro alia media parte hæredem meum instituo meliori modo quo possum. Ad hæc autem exequenda & ad finem debite perducenda, executores meos & fidei commissarios, facio nomino & ordino venerabiles & discretos viros D. Ioannem de firmitate Decanum, Iohannem de Auxeyo cantorem Trecensem, dilectos consanguineos meos Guillelmum & Robertum de Croyaco fratres canonicos Ambianens. Religiosum virum abbatem monasterij Cellæ prope Trecas, Petrum de Villanoua maioris & S. Stephani ecclesiarum Trecensium canonicum; & nunc sigilli ferum nostrum, Magistrum Iohannem de superarcus Decanum Ecclesiæ S. Vrbani Trecensis, & M. Hugonem de fontanis, cum illa clausula, Si non omnes iis exequendis voluerint vel potuerint interesse, quod septem, sex, quinque, quatuor, tres vel duo eorum præmissa omnia & singula nihilominus exequentur. In quorum executorum meorum manibus ex tunc pono omnia & singula bona mea vbicunque existẽtia, & me de eisdem deuestio & eosdem inuestio per præsentes, dans & concedens prædictis executoribus meis, septem, sex, quinque, quatuor, tribus, vel duobus eorum qui onus executionis meæ in se susceperint plenam & liberam potestatem, omnia bona mea vbicunque existentia debita & iocalia; petendi recipiendi leuandi, expletandi, vendendi, alienandi, pro omnibus & singulis in præsenti testamento meo contentis complendis & executioni debitæ demandandis, meamque extremam voluntatem adimplendi, & omnia alia & singula, faciendi exercendi & gerendi, quæ veri executores & fidei commissarij pos-

ſunt & debent facere, tam de conſuetudine quam de iure. Item volo & ordino quod hoc teſtamentum meum ſeu mea vltima voluntas ſic ſtabile & firmum, & valeat Iure teſtamenti, vel quaſi Iure Codicillorum, ſiue cuiuſlibet alterius vltimæ voluntatis alio modo iure & forma quibus de iure ſiue de conſuetudine valere poterit & debebit, & ſi aliqua ſolemnitas iuris deſit in eo quod abſit, quod per executores meos, aut duos eorum poſsit ſuppleri. Et ſi in eo aliquod fuerit dubium vel obſcurum indiſtincte vel minus ſufficienter poſitum vel legatum, quod per executores meos duos vel omnes aut plus poſsit interpretari ſeu etiam declarari. Omnia alia teſtamenta per me nunc vſque facta per hoc preſens teſtamentũ meum reuoco & adnullo. In quorum omnium & ſingulorum præmiſſorum teſtimonium & certitudinem pleniorem preſens teſtamentum meum, ſeu meã vltimam voluntatem in præſentibus literis ſcribi feci, quas ſigillo meo proprio ſigillari mandaui. Præſentibus Venerabilibus & diſcretis Viris Dominis Matheo de Tromuilla Maioris Iohanne de poncello S. Vrbani eccleſiarum Trecenſium Guidone de Villagruis altaris B. Mariæ in eccleſia Trecenſi, magiſtro Matheo de Contris de pougeyo Trecenſis diœceſis canonicis, Dominis Iohanne de Veruino de decani villa, Iohanne de metis de capella Gaudefredi, Firmino de bono ſacco eccleſiarum parrochialium dictæ Trecenſis diœceſis rectoribus & pluribus aliis fide dignis vocatis ad hoc teſtibus & rogatis. Datum & actum in Domo epiſcopali de S. Leone, An. D. 1341. die martis poſt feſtum omnium ſanctorum.

Corpus ipſius I. de Aubigneyo conditũ eſt in ſacello S. Saluatoris eccleſiæ Trecẽſ. ſub nigri marmoris opertorio.

69. *Ioannes de Auxeio*. 4. Nepos fuit alterius Ioannis de Auxeio, & ex psalte Tricassinæ ecclesiæ episcopus factus anno millesimo trecentesimo quadragesimo secundo quoquidem anno vrbem Tricassinam solemni ceremonia ingressus est, vt subiectum indicat publicum instrumentum, ex quo etiam perspicuum euadit eum arbitrorum sententiæ paruisse, quæ decessoris sui tempore in gratiam Abbatissæ D. Mariæ pronunciata fuerat: cuisquidem instrumenti talis est series.

Auxeianę familiæ gentitia stemmata gerebat: nempe scutum rubeo colore infectum, & tria castella aurea cancellata, vt notatur i libro Prouinciali ecclesiæ Senonensis his verbis Gallicis. Il portoit les armes d'Auxois, qui sont vn escu de gu lls & trois chasteaux d'or crenelez.

Vniuersis præsentes literas inspecturis, Ioannes de Auxeio miseratione diuina Trecensis episcopus salutem in Domino sempiternam. Cum religiosæ mulieres Subpriorissa & conuentus monasterij B. Mariæ ad moniales Trecenses, Abbatissa & Priorissa nunc vacantibus, & Ioannes dictus boileaue temporalium bonorum dicti monasterij auctoritate regia gubernator, prædicti monasterij nomine palefredum nostrum super quem sedimus intrando ciuitatem nostram in nostro nouo & iucundo aduentu post descensum nostrum tanquam suum proprium occupassent, nos à dicto procuratore dictum palefredum emimus & titulo emptionis illum ab ipso recepimus pro summa videlicet & pretio 60 lib. turon. quas à nobis dictus gubernator recepit in pecunia numerata. Et hæc omnibus quorum interest tenore literarum præsentium intimamus, quibus sigillum nostrum apposuimus in testimonium veritatis. Datum an. dom. 1342. die martis ante festum B. Remigij in capite octob.

Insignem & memorabilem transactionem, cum ecclesiæ suæ archidiaconis iniuit, quæ tamen hodie plane rescissa & irrita nec vllatenus obseruatur: nam nec dicti archidiaconi nummorum summam quæ in dicta transactione & conuentione continetur, nec partem tertiam mulctarum quæ in episcopali curia irrogantur accipiunt. huc nihilominus illam ad verbum inseram, vt eam ipsi legentes, sibi concessorum iurium memorentur.

SEQVITVR TENOR dictæ transactionis.

Extant literæ in archiuis ecclesiæ Trecens.

IN nomine Domini amen. Nouerint vniuersi præsens publicũ instrumentũ inspecturi, quod cũ ad archidiaconos tam maiores quam alios qui fuerũt ab antiquo in ecclesia Trecensi, nomine & ratione suorum archidiaconatuum, quos obtinent in ecclesia eadem, videlicet ad quemlibet in archidiaconatu suo tertia pars emolumentorum omnium & singularum emendarum, quas contingebat plicari in curia Trecensi in manu Officialis Trecensis pro quibusuis excessibus vel delictis à personis archidiaconatuum eorumdem & quas leuari & solui à personis huiusmodi tam pro suis absolutionibus obtinendis, quam causa & occasione excessuum & delictorum perpetratorum ibidem cum de & super excessibus vel delictis huiusmodi cum D. Officiali Trecensi in curia Trecensi ad summas componebatur pecuniæ pertinuisset ab olim vt dicitur. Et ob hoc propter incertitudinem tertiæ partis prædictæ & aliæ possent oriri

plures inter Dños Trecenses episcopos pro tempore siue gentes eorumdem, atque archidiaconos archidiaconatuum prædictorum materiæ quæstionum. Tandem R. in Christo pater ac D. D. noster D. Ioannes de Auxeyo Dei gratia Trecēsis epus pro se & successoribus suis suoq; & dictæ suæ Trecensis ecclesiæ ac successorũ suorum nominibus ex vna parte, & viri venerabiles ac discreti Domini Iohannes de Tornodoro archidiaconus maior, Ioannes Boure Sezaniæ, Aymo de Pelongeyo Brenæ, & Galterus de Rameruco archidiaconatuum in eadem ecclesia archidiaconi, videlicet eorum quilibet pro se & successoribus suis, ac suo & sui archidiaconatus successorumque suorum nominibus ex parte altera in testium subscriptorum atque mei infra scripti notarij personaliter constituti, de & super tertia parte prædicta transigerunt ac iure modo & forma quibus omnino melius potuerunt. habito iam diligenti atq; solemni tractatu inter ipsos vt dicebant de & super hijs hinc inde composuerunt & egerunt isto modo. Videlicet quod loco tertiæ partis huiusmodi, dicti archidiaconi & qui erunt pro tempore successores eorumdem de cætero summas & pensiones annuas quæ sequuntur, scilicet maior Archidiaconus 50 lib. turonens. archidiaconus vero Sezaniæ 30 lib. turon. archidiaconus Brenæ 20 lib tur. Archidiaconus Arceyarum 20 libr. tur. summas & pensiones annuas annuatim perpetuo à dicto patre & eius successoribus episcopis Trecensibus in futurum, in & super emolumentis sigilli curiæ Trecensis per manus sigilliferorum dictæ Trecensis curiæ pro tempore à modo in perpetuum percipient annuatim & habebunt in terminis festorum resur-

rectionis Domini & B. Remigij in Octobri mediatim. Promittentes hinc & inde videlicet dictus R. pater ex vna parte, & dicti Domini archidiaconi ex altera parte pro se & successoribus suis mihi publico notario infra scripto vice nomine & ad opus omniũ quorum potest & poterit interesse solemniter stipulanti, hæc omnia & singula rata atque firma tenere habere perpetuo & inuiolabiliter obseruare. Acta fuerunt hæc Trecis in Curia episcopali Trecensi an. D 1242 secundũ morem Ecclesiæ Gallicanæ Indictione 11. pontificatus SS. patris ac D. N. Clementis diuina prouidentia papæ 6. Anno 1. mensis Ianuarij die 16 Præsentibus viris venerab & discretis M. Renaudo de fretoy abbate secularis ecclesiæ Castricensory Eduẽsis Diocesis, Adam de Brilicuria Officiali Guidone de Bosio sigillifero dictæ curiæ Trecensis & quam plurimis alijs ad hæc vocatis testibus & rogatis. Itẽ an. Domini 1343 Indictione 12 pontificatus prędicti D. N. Papæ anno 2. mensis nouembris die 17 dictus R. pater, ac DD. Ioannes Trecensis episcopus prænotatus pro se & successoribus suis quibus supra nominibus ex vna parte, & vir venerabilis & discretus M Ioannes de Aquiano archidiaconatus S. Margaretæ in ecclesiæ Trecensi prenotata archidiaconus qui tempore transactionis seu compositionis prædictæ à ciuitate Trecẽsi notorie absens erat, & in remotis agebat, pro se & successoribus suis ac sui & sui archidiaconatus ac successorum nominibus ex parte altera in subscriptorum testium atque mei infra scripti notarij præsentia personaliter constituti de & super tertia parte prædicta quatenus ipsum Archidiaconum suumque S. Margareta archidia-

conatum & successores ipsius tangit & tangere potest transegerunt ac iure modo & forma quibus potuerunt melius, habito iam diligenti atque solemni tractatu inter ipsos vt dicebant de & super hiis hinc inde inter se composuerunt, ad summam & portionem annuam 20 Librarũ Turonens. pro anno, quas looo tertiæ partis huiusmodi dictus Archidiaconus & successores ipsius de cætero pro tempore perpetuo à dicto R. patre & eius successoribus episcopis Trecensibus in futurum in & super emolumentis sigilli prenotati per manus sigilliferorum dictę curię Trecensis in terminis superius nominatis per medium sicut cęteri archidiaconi prędicti perpetuo percipiet & habebit annuatim. Promittentes hinc & inde videlicet dictus. R. pater ex vna parte pro vt supra & dictus archidiaconus pro se & suis successoribus quibus supra nominibus mihi publico notario infra scripto vice nomine & ad opus omnium quorum potest & poterit interesse solemniter stipulanti præmissa rata grata atque firma tenere imperpetuum & habere ac inuiolabiliter obseruare. Acta fuerunt hæc Trecis in domo Claustrali dicti D. Trecensis, Præsentibus viris venerabilibus & discretis M. Adam de brilicuria Officiali Trecensi, Renaudo de frotoy abbate secularis ecclesiæ Castricensoriȷ Eduensis diocesis Guidone de bosio sigillifero dictæ Curiæ Trecensis & quam plurimis aliis ad hæc vocatis testibus & rogatis. Anno Indictione pontifice mense & die vltimo dictis. Et nos Iohannes de Auxeyo diuina miseratione Trecensis episcopus qui modo & forma superius annotatis transegimus, composuimus, & egimus, quibus supra no-

minibus ad futuram memoriam & in testimonium omnium & singulorum præscriptorum sigillum nostrum duximus his præsentibus literis apponendum

Ipse autem Ioannes Ticassini episcopatus insignia exuit vt Antissiodorensis indueret, fatoque concessit an. 1358 vt notat Démochares in tabulis episcop. Antissiodorens.

70. *Henricus de Pictauia* 2. Antiqua & splendida Valentinensium gente in Viennési prouincia ortus erat, quæ originem suam ad veteres Pictauorum Comites referebat. Quintus autem fuit filius Aymari Pictauiensis Valentinensium Comitis, & potentis ac honestæ matronæ Sybillæ de baux filiæ Andreæ Comitis Auelini & Margaretæ Tarentinæ Principissæ quod mihi in notitiam venit ex memoriis ad me transmissis à Scæuola & Lodoico Sammarthanis geminis partu, virtuteque & eruditione fratribus in suprema Parisiensi curia causidicis. Dictus autem Héricus episcopale culmen conscendit circiter an. 1351 veneruntque in meas manus quidam tituli, in quibus gubernatoris vrbis & Bailliuiatus Trecensis titulus ei adscribitur. Cum vero auitam virtutem saperet, & transfusam in se à maioribus fortitudinem animi redoleret alta quadam mente præditus vir, diutius sustinere non potuit Campaniæ prouinciam ab Anglis diripi, vexari & vastari, sed magnis viribus & acerrimo bello sæpe cum eis conflixit, & signa contulit, eosque cre-

berrimis præliis & congressionibus fregit, contriuit & domuit vt auctor est Froissartes variis in locis historię suæ Gallicanæ. Eius tamen tempore Aquése castellum quod ad iura episcopatus Trecensis spectat, incendio a dictis Anglis deuastatum est. Vita tãdem episcopatuque decessit an. 1370 & in principe delubro Tricassino è regione maiusculi altaris humatus & conditus sub æneo tumulo multiplici cælatura elaborato, cui incisum hoc epitaphium.

Froissartes tom. I. cap. 197. 198. & sequentib.

Hic iacet nobilis & potens vir Dominus Henricus de Pictauia olim Dei gratia episcopus Trecensis filius quondam nobilis & potentis principis Domini Aymari de Pictauia Comitis Valentinensis & Diensis, qui obiit in ciuitate Trecensi in suo hospitio vocato gallice de la Montee, *die* 25. *mensis Augusti an.* 1370.

Libellus obituum eiusdem meminit in hæc verba 24 Augusti. *Obiit Henricus de Pictauia quondam Trecensis episcopus qui dedit episcopatui Trecensi granchiam de Crotoy sitam apud S. Leonem prope Trecas, pro quo episcopus tenetur ministrare panem & vinum capitulo Trecensi in suo anniuersario, prout est fieri consuetum in anniuersariis episcoporum Item* 10 *lib. Turonens. de qua summa quilibet canonicus percipit* 3. *solid. quilibet vicariis* 6. *denar. & residuum dictarum* 10 *lib. percipit fabrica.*

TESTAMENTVM DIcti Henrici de Pictauia.

Exstat illud testamẽtum in archiuis episcopatus Trecensis.

IN nomine S. & Indiuiduæ Trinitatis Patris & filij & Spiritus S. Amen. Vniuersis præsentes literas seu pręsens publicum instrumentum inspecturis Officialis Trecensis salutem in Domino. Noueritis quod in dilecti & fidelis Iurati nostri Erardi dicti nobis de prisseyo S. Martini Trecensis diocesis clerici publici apostolica & imperiali auctoritate notarij Curiaque Trecen. Tabellionis cui in his & maioribus fidem indubiam adhibemus cuique quantum ad hæc vices nostras commisimus & committimus per presentes nec non & in testiũ subscriptorum ad hęc vocatorũ & rogatorum pręsentia R. in Christo pater ac D.D. Henricus de Pictauia Dei & apost. sedis gratia Trecens. episcopus sanus mente & bene compos mentis suę licet infirmus corpore, considerans & attendens mortis supremos & periculosos euentus, qui nec præuideri possunt nec à quoquam euitari, nolensque intestatus decedere, nec ab extrema die quam non est nostrum præscire improuisus præueniri, & vt animæ ipsius salubrius consulatur, testamentum suum condidit, & de sua vltima voluntate disposuit prout in quadam fol. a papir sub signo petræ agnuli ipsius R. patris inclusa inter cætera cauebatur cuius foliæ tenor sequitur sub his verbis. Ie Henry de Poictiers Euesque de Troyes donne & ordonne pour le salut de m'ame que toutes mes debtes

Il portoit les armes

soient payees & tous mes tortz, & par especial quand que ie auroye prins ne faict penre tant viures comme cheuaux par ces guerres tant en la terre de S. Iust comme deuers Nogét dessa la riuiere & dela, & tout ce que ie pourroye auoir de l'autruy & que chacun en soit creu par son serment ou cas que ce soit personne honneste & suffisant de bonne renommee iusque à cent solz & ce plus y a si soit prouué par tesmoins. Item ie vuil & ordonne ma sepulture en l'Eglise de S. Pierre ou cas que ie mourray en lieu que on puisse apporter mon corps, & ou cas que ie ny pourray estre aportez si vuil ie que vne tombe y soit faicte & mise en remambrance de moy ou cuer ou en vne chapelle que my executeur y fonderont, & soit regardé par mes executeurs quelle iournee soit faict mon enterrement comme si le corps estoit presens, & celle iournee sera adnunciee par tout leueschie à chacun prestre qui voudra celebrer vne messe pour moy le iour de mon obseque soit religieux ou autre, aura trois gros tournois, & à chacun pauure qui venrá à l'aumosne le iour de mon obseque demy gros tournois, & vuil & ordonne que auant le iour de mondict obseque il soit adnuncié & publié par les paroches & lieux solennez. Item ie donne & ordonne à l'Eglise de S. Estienne de Troyes cent franz pour mon anniuersaire auec l'argent de la maison de la montee qui doibt estre vendue pour faire

de Poictiers c'est assauoir l'Escu d'azur à vn chef d'or & six tourteaux d'argent. Ex dicto li. Prouinc. eccles. Senon.

chacun an en ladicte Eglise mon anniuersaire, & que quant on le fera vigilles de mors & commendises y soiét chantees bien & solennellement. Item à S. Vrbain 50 franz pour faire mon dict anniuersaire perpetuellemét vne fois lan, vigiles & commendises & messe de mors. Item à nostre dame en l'Isle. Item à sainct Loup. Item a S. Martin à chacun 50 franz pour faire chacun vne fois mon dict anniuersaire, cest assauoir vigilles, messe & commẽdises. Item à la maison Dieu le Comte, à S. Bernard & à S. Nicolas de Troyes, à chacun vingt & cinq franz pour faire mon dict anniuersaire vne fois lan. Item pour la maison Dieu de S. Abrahã reedifier 50 franz. Item à S. Anthoine, à S. Esprit & S. Iaques à chacun 50 franz. Item à nostre Dame aux Nonnains, & nostre Dame de Foissy à chacun 20 franz. Item aux Iacobins & aux Cordeliers de Troyes, c'est assauoir aux Iacobins 50 franz, & aux Cordeliers vingt & cinq franz pour la dicte cause. Item aux Chartreux de lez Troyes pour faire mon dict anniuersaire par la meniere que li autres dessus 50 franz. Item ie laisse à labbaye dou paraclit pour faire mon dict anniuersaire par la meniere que dessus est dict 50 franz. Item vuil que mes executeurs fondent quatre chapelles esquelles il ait messe chacun iour, cest assauoir vne en la chapelle de mon hostel de l'Eueschie, deux en l'Eglise de Troyes, lautre en la maison de S. Abraham de Troyes, & au
cas

cas que n'auroit chapelle ou lan peust celebrer que lan chantast à S. Anthoine iusques il y eust faict lieu pour celebrer. Item ie vuil & ordonne que mes executeurs facent faire & châter douze annuez la ou bon leur semblera pour le remede de l'ame de moy. Item ie donne à mes gens & vuil que my executeur le payent à ceux qui me seruent cest assauoir à monsieur Pierre des troilles 50 franz à monsieur Felix 50 franz, à monsieur Guillaume vingt & cinq franz à monsieur Simon 12 franz, à Iehanni dix franz, à Picotin six franz, & à tous autres petis valles de mō hostel à chacun selon ce qu'il mauront seruy & selon lesgart de mes executeurs, à Perrinet le fauconnier six franz. Item ie veuil & ordonne que vne chapelle soit faite & accomplie à mes propres coulz & despens ou lieu que lon dict chaude fouace en la paroche de Nogent sur seine & quelle soit fondee de 30 liurées de terre pour chanter chacun iour vne messe pour le remede de l'ame de moy & que elle soit faite & fondee auec les autres chapelles que i'ay ordonnées & mesdiz executeurs la facent faire & achetent les rentes & il trouueront l'amortisement par deuers moy auec mes autres lettres lequel amortissement est de cent liures de rente pour conuertir esdites chapelles. Item ie laisse & ordonne à laumentation des rentes & reuenus de leuesché de Troyes la granche du Crotoy auec les terres preiz & autres

rentes appartenant à icelle granche ſeant à S. Lié laquelle i'ay acquis de mes propres deniers de Colant de Maruilliere auec tous les autres acques que i'ay fais en ladite ville de S. Lié de quelque perſonne que ce ſoit par telle meniere & condicion que my ſucceſſeur Eueſque de Troyes à leur temps ſeront tenu de faire faire mon anniuerſaire en l'Egliſe de Troyes ſolennellement & faire diſtribution de pain & de vin ſelon ce qu'il eſt acouſtumé à faire en la dite Egliſe pour mes autres predeceſſeurs Eueſques dudict eueſché c'eſt aſſauoir à chacun Chanoine, demy chanoine, & Marreglier preſent, tois pintes de vin & vn pain de froment du pois de deux pains & demi de prouuende, ſelon ce que à couſtume eſt à faire & diſtribuer en icelle. Et auec ce ſeront tenus mes dict ſucceſſeur payer & bailler chaſcun an le Dimanche deuant le iour de mon dict anniuerſaire au Chamberier de leuure de ladite Egliſe, dix liures tournois pour faire diſtribucion le iour de mon dict anniuerſaire à chaſcun Chanoine preſent, trois ſols. Et aux demi Chanoines Marregliers, & Vicaires, ſelon ce que à couſtumé eſt à faire & diſtribuer en ladite Egliſe en tel cas. Et ou cas que toutes leſdites dix liures ne ſeroient diſtribuees par la meniere que dit eſt ie vueil que le ſurplus ſoit & demeure par deuers ledit chamberier pour conuertir en l'aumentacion de ladite œuure. Et vuil que ladite granche & autre herita-

ge en soient chargé, & auec ce vuil & ordonne que sur ladite granche terres prez appartenant & acques soient prins douze sextiers de blé, c'est assauoir quatre sextiers froment, & huict sextiers de soigle à valeur de minage, & à la mesure de Troyes chascun an de annuelle & perpetuelle rente pour & en accroissement des rentes, & reuenus de la Cure parochiale de S. Lié lequel bled le Curé qui pour le temps sera, penra receura & aura chascun an sur la moison des blez de ladite granche, & des apartenances au iour de la S. Remi par la main des teneurs & possidens les choses dessus dites sans aucun contredit parmi ce que ledit Curé sera tenu de chanter & celebrer toutes les semaines trois messes en la chapelle du fort de S. Lié sans aucun deffaut pour le remede de l'ame de moy. Et ou cas que mes successeurs euesques seroient refusant ou deffaillent de faire enteriner & accomplir les choses dessus dites ie vuil & ordonne que ladite granche rentes & reuenus soient & demeurent par deuers l'Eglise de S. Pierre pour faire & acõplir les choses dessus dites. Item ie vuil & ordonne que paiees & acomplies les choses contenues en mon dit testament tout le seur plus de mes biens meubles & debtes soient donné pour Dieu c'est assauoir à poures femmes à poures maisons Dieu, en fonder chapelles ailleurs par l'ordonnance de mes executeurs. Item ie laisse & donne à mon sieur

Nicole de atigny Curé de Sacey pour prier pour l'ame de moy six franz. Item à Iacob de charmoilles qui fut mon Chambellier dix franz. Item ie vuil & ordonne que tous les ornemens de mes chapelles que i'ay à present soient distribué & ordonné par mes executeurs par les chapelles que ie ordonne à fonder pour moy soient liuré vestemens ioyaux d'argent & autres ornemens. Item ie donne & laisse à frere Robert pour prier pour l'ame de moy dix franz. Item ie donne & fais mon heritier mon frere monsieur Charle auquel ie donne toute la succession qui me peut & pourroit apartenir & auenir tant de mon pere, & de ma mere pour luy & pour ses enfans. Item ie lui donne la granche de Longeuille, & les appartenances. Item vingt lis garnis c'est assauoir de coutre coissin couuerture, & quatre draps pour chascun lit. Item tous mes cheuaux à cheuaucher, & tout mon harnois pour armer, qui sont tant en mon hostel de la montee de Troyes comme de S. Lié & d'Aiz. Item ie vuil & ordonne que mon dict frere monsieur Charles parmi ce que ie le fais mon heritier & que ie lui fais certain laiz, si comme dessus est dit qu'il soit tenus à conforter & conseiller & ayder mes executeurs à acomplir ma dite ordonnance & lais, & ou cas que mesdits freres se voudroit efforcer par luy ou par autre de empescher madite ordonnance, lais, ou dons fais par moy a quelque personne que ce fust

& pour quelque cause que ce fust ie le priue des maintenant pour lors de toute madite succession laiz ou ordonnance fais pour luy & à son profit, & les rapelle pour non fais & en lieu fais & estably mon heritier l'Eglise de Troyes parmi ce que ou cas que mes dis freres s'efforceront & voudront iouyr de ma dite succession & lais faict a luy comme dit est ie vueil & ordonne que la dite Eglise acompagne le Roy nostre sire a tout ce que ie à mondit frere ordonné & laisse afin que par icelluy & par ces gens la dite Eglise soit confortee en accomplissant mes dessus dis lais, dons & ordonnance. Item la granche de Bouzanton ou cas que ceux a qui ie lay laissee mouroyent sens hers de leur corps ie la laisse à l'Eglise de S. Estienne pour fonder deux chapelles en laquelle on chantera chacune sepmaine tous les iours pour le remede de l'ame de moy. Item ie donne & ordonne à mon frere mõsieur Charle cinq cens franz que mes nieps le Conte de Valentinois me doit sus vne obligation de foire. Item trois cens reaux que le Connestable me doit par lettre sus son scel, auec ce donne à mon dit frere la moitié de ma vaisselle que ie ay, Item ie vueil & ordonne que ou cas que ie trespasseray que tous les cheuaux que i'ay prins, ou fais prendre soit d'abbaye, prioré ou autre lieu soient paié le pris qu'il sont prisé ou cas que ne seroient rendus & restitué à ceux qui il sont. *Nonnullos executores per ipsum R. patrem*

alias nominatorum & in dicta folia papiri scriptorum mutando, & eos ac potestatem ab eo sibi datam reuocando, quosdamq; alios inferius nominatos loco ipsorum instituendo & eligendo nec non & addendo contentis in eadem folia papiri hoc quod voluit & ordinauit vultq; & ordinat quod executores sui inferius nominati, quos contigerit onus executionis huiusmodi sui testamenti seu suæ vltimæ voluntatis acceptare, ac se de ipsa exequtione intromittere contentis in ipso suo testamento seu sua vltima voluntate addere & augmentare ex ipsisque diminuere detrahere & mutare poßint & valeant, secundum eorum conscientias quicquid sibi visum fuerit expediens & bonum esse, ad quæ omnia & singula suprascripta exequenda & fini debito demandanda dictus R. pater dilectos & fideles suos religiosum & honestum virum F. Petrum de Villaribus ordinis fratrum Prædicatorum illustrißimi principis ac D. D. regis Franciæ Confessorem venerabilesq; ac discretos viros magistros Adam de Brillicuria decanum Guillielmum de Magobrio officialem, Petrum de Arbosio iuniorem canonicum Trecensem necnon discretos viros Petrum de Strelus sigilliferum curiæ Trecensis, Henricum de S. Siria secretarium dicti R. patris, Ioannem de Cameraco, magistrum domus Dei S. Spiritus Trecensis, & Felisium de Chauchigniaco, magistrum hospicij prædicti R. patris presbyteros suos huius sui testamenti seu suæ vltimæ voluntatis executores fecit, instituit, nominauit & elegit, ita quod in casu in quo omnes & singuli executores prænominati noluerint vel nequiuerint prædictum onus dictæ executionis acceptare in se suscipere, vel se de eadem

intromittere quatuor vel tres aut duo ipsorum executores videlicet dictorum dominorum Petri de Arbosio, Petri de Strelus, Henrici de sancta Siria, & Felisij de Chauchigniaco contenta in dicto suo testamento seu sua vltima voluntate exequtioni debite demandent, volensque idem R. pater quod hec præsens ordinatio sit suum testamentum stabile atque firmum, seu sua voluntas vltima & quod valeat & teneat iure testamenti aut quouis alio iure quo melius & securius de iure vel consuetudine valere & tenere poterit ac debebit. Reuocansque per hoc præsens testamentum, quæuis alia testamenta per eum aliter hactenus condita, præsenti testamento per se solo valituro & in suo robore duraturo, volens etiam quod si in eodem suo testamento sit aliquid dubium vel obscurum aut indistincte confuse, vel minus sufficienter dictum, scriptum, positum, vel legatum, totum id per exequtores suos qui de exequtione huiusmodi se intromittent corrigi interpretari & declarari valeat ac exponi. Acta fuerunt hæc Trecis in domo habitationis dicti R. patris præsentibus venerab. & discretis viris M. Dominico dicto de Taconibus de Alexandria B. Petri, Ioanne de Iotro S. Stephani ecclesiarum Trecensium canonicis, religioso viro F. Roberto Carpentario ord. fratrum prædicatorum Trecensium, D. Bertrando de S. Vlpho presbytero, Guillielmo Bougini de S. Medardo, Stephano Belini & Ioanne de Cruce custurario Trecis manentibus testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis, prout hæc dictus iuratus noster nobis in hijs scriptis fideliter retulit, ad cuius relationem fidelem, sigillum prædictæ Trecensis curiæ litteris præsentibus seu præ-

senti publico instrumento vnacum signo & subscriptione prædicti publici Notarij duximus in testimonium omnium & singulorum præmissorum apponendum. Actum & datum an. Dom. 1370. mensis Augusti die 21. videlicet die Mercurij post festum Assumptionis B. Mariæ virginis Indict. 8. Pontif. SS. in Christo patris ac D. nostri D. Vrbani digna Dei prouidentia sacrosanctæ Romanæ ac vniuersalis ecclesiæ summi pontificis papæ 5. an. 8. Subsignatum Erardus de Prisseyo S. Martini.

72. *Ioannes Braque 5.* Is Nicolaum Braque Gallici ærarij Quæstorem, parentem habuit: vt primum autem in pōtificiam sedem adscitus est, Synodalia decessorum suorum statuta in vnum volumen coegit, & dispersa velut in fascem collegit. Sed quinquennali duntaxat potitus est episcopatu, nam è viuorum albo expunctus est anno 1375 vt in veteri codice actorum capitularium ecclesiæ Tricassinæ pag. 36. his plane verbis proditur.

1375. *An. 75. die festi S. Laurentij, sedes episcopalis Trecensis vacauit per mortem defuncti D. Ioannis Braque, & ordinauerunt domini Decanus & Capitulum ecclesiæ Trecensis officiarios ad regendum curiam Trecensem qui sequuntur, videlicet magistrum Aymonem de Pelongeio officialem. D. Guillelmum de Creneyo sigilliferum, M. Ioan. Gueraudi auditorem testamentorum, M. Petrum de Arbosio seniorem pœnitentiarium, G. de Fantiat promotorem causarum officij &c. Item dicta die in præsentia D. Ioan. de Balneolis, Petri de Greyo & Guillelmi*

de Nongento, D. Stephanus Gilleberti subcollector apostolicus, præsentauit Dominis Decano & capitulo literas, & eisdem requisiuit quatenus sibi permitterent ponere officiarios ad regendum dictam curiam auctoritate apostolica dicendo quod sibi pertinebat auctoritate dictarum literarum. Et domini prædicti de capitulo, habita deliberatione responderunt ipsi D. Stephano quod visis literis posito quod habeat potestatem leuandi fructus episcopatus, attamen pertinebat eisdem positio officiariorum, sed bene placebat eisdem vt officiarij suprascripti sibi responderent de fructibus per ipsos leuatis. Quibus sic actis prædicti officiarij videlicet M. Aymo, G. de Creneyo & M. I. Gueraudi iurauerunt bene regere sua officia, & sibi de fructibus per ipsos leuatis respondere, vel alteri cui pertinebit. Item dicta die M. Petrus de Arceys tradidit dictis Dominis signetum officialatus, & D. Ioan. de Summofonte sigillifer tradidit sigilla, & dicti Domini tradiderunt M. Aymoni signetum officialatus, & D. G. de Creneyo sigilla: quibus sic actis D. S. Gilleberti requisiuit dictis Dominis quatenus dictus D. G. de Creneyo redderet sibi rationem de emolumento dicti sigilli pro & nomine cameræ apostolicæ: & dicti Domini sibi responderunt, quod bene placebat eis & in quantum teneretur. Huc vsq; acta capitularia.

73. *F. Petrus de Villaribus.* Is in religiosam Dominicanorum familiam ascriptus eorum regulam & institutum in conuentu Tricass. professus est: cognomentumque ei erat ab oppidulo cui *villare* nomen, decem leucis ab vrbe Tricass. dissito. Doctoratus autem in sa-

cra Theologia lauream in Parisina academia adeptus, egregius demum fuit diuini verbi præco, & Carolo .5. regi Christianiss. a confessionibus, cuius erat in eum propensissimus animus, imo etiam ob eximias pietatis & eruditionis dotes insignis obseruatio: quibus velut gradibus ad Niuernensis episcopatus solium conscendit, inde ad Tricassinum pontificatum accitus. In ipso vero sacro Dominicanorum Tricass. domicilio, religiosorum cellulas, & minorem bibliothecam extruxit, quam ingenti selectorum M S. codicum numero instruxerat & locupletarat, quiquidem non ea qua par erat diligentia & studio conseruati sunt. Memorati etiam cōuentus ecclesiam in amplius & latius spatiū porrexit, eamque compluribus ornamentis & Sanctorum reliquiis quę etiamnum hodie ibidem visuntur ditatam augustiorem reddidit. In ecclesiam Tricass. solenni pompa primum ingressus an. 1376. die 29 April. Sed episcopi onus 20 menses duntaxat gessit, extinctusq; est an. 1377. cum tamen prius quatuor anniuersaria solenni ritu quot annis celebranda in dicta Trecensi ecclesia instituisset vt memoratur in ipsius necrologio die 12. Iunij his verbis.

Obijt bonæ memoriæ D. Petrus de Villarib⁹ quondam Trecensis episcopus qui dedit huic ecclesiæ 12 lib. tur. annui & perpetui reditus, percipiendas super quasdam domos Trecis sitas in Vico au Seruat retro S. Panthaleonem, quarum duæ contiguæ sunt domui

Ioannis le Peley ex vna, & hæredibus Io. Diderij ex altera. Alia vero domus contigua est domui Iac. le Charpentier. Item dedit ecclesiæ apud Pouantium duo molendina, quorum vnum vocatur de Becherel, quod admodiatur ad bladum, ceram & alia multa prout in literis continetur. Item dedit ecclesiæ quandam domum in foro bladi iuxta domum aux Mulet, quæ locatur circiter 18. lib. super quibus reditibus ordinauit fieri 4. anniuersaria, & in quolibet eorum distribui 10. lib. Pruuinens. primum 12. Iunij, * 100. sol. *secundum 12. Septemb. tertium 12. Decemb. & quartum 12. Martij, in quibus anniuersarijs tenentur interesse 4 Iacobitæ secundum ordinationem fundatoris percipientes quilibet eorum sicut vnus canonicus.*

De eadem fundatione similiter hæc leguntur in Necrologio dicti conuentus fratrum Prædicat. sub die 11 Martij.

Hac die quæ est 11. huius mensis in ecclesia cathedrali dicentur vigiliæ & crastina die missa pro D. Petro de Villaribus quondam Fratre huius conuentus & episcopo huius ciuitatis, quibus debent interesse 4 fratres sacerdotes de hoc conuentu, & stare in choro inter canonicos & semicanonicos, percipereque eamdem distributionem sicut & ipsi canonici.

Ipsius Petri corpus in eodem Dominicanorum fano è regione augustioris altaris ad dexteram tumulatum est, vbi lapidea episcopi effigies supina cernitur, iuxta quam appensa tabella quæ eius epitaphium complectitur, numeris quibusdam gallico idiomate stilo plane rudi vt illa ferebant tempora con-

ſcriptis, Propterea tamen non committam vt hic omittantur, ne quid deſiderari poſſit quod ad beneficiorum eius memoriam ad poſteros tranſmittendam facere valeat : ſic autem leguntur.

Cy giſt treſ-reuerend Pere,
De c'eſt Conuent natif Frere,
Meſſire Pierre de Villiers
Lez herbices, mont reguliers
Es articles de noſtre Foy
Qui par long temps de noble Roy
Charles le Quint fut Confeſſeur,
De Paradis ſoyent poſſeſſeur,
Apres Eueſque de Neuers
Fut digne faict & mont expers,
Et depuis de c'eſte Cité
Le fut, viuant en charité,
Car tellement il ordonnà
Ses biens, car pluſieurs en donnà
Et en ſpecial ceans
Ou ils eſtoient bien ſceantz,
Sy comme en reliquaires,
Liures pluſieurs, & ſanctuaires,
Priuileges, chartres Royaulx,
Et aultres precieux ioyaux,
Auec grand ſomme d'argent
Qui profita à mainte gent,
Car accreuë en fut l'Egliſe
De ce Conuent qui bien y viſe
De vingt & deux piedz, & verree
Treſ-clairement, & reparee,
Auec le Clocher treſ-bel

Qui en fut faict tout de nouuel,
Et ledict Euesque de rechef
En l'Eglise qui est le Chef
De c'este Cité & ordinaire,
Sy fonda quatre anniuersaires
Pour Messes celebrer vne fois
Les iours douziesmes de quatre moys,
De Mars & Iuin c'est asscauoir,
Et si tu veulx les autres auoir
Prens Septembre & le douziesme
Ainsi ne fauldras à ton esme,
Mais vigiles se diront des morts
Desdicts moys tous les vnze iours
A tousiours, tant que durera
La Cité, ainsi l'ordonna
Le bon Euesque sans doubtance
Pour de ce auoir souuenance,
Et de rechef il ordonna
Et pour ce, grand argent donna,
Qu'en l'Eglise dudict sainct Pierre,
Assistassent quatre Freres
Du Conuent, profez & Prestres,
C'est assauoir deux au cœur dextre
Et les deux autres de l'autre cœur:
Et c'este chose ot si en cœur
Quil ordonna si comme me semble,
Qu'auec les Chanoines ensemble
Si fussent quand ledict Seruice
Ce feroit en ladicte Eglise,
Et que chacun prist portion
Et pareille distribution
A celle qu'auroit vn Chanoine,

Sy comme au cler le tesmoigne
La cause tabellionnee
Du testament & bien scellee,
Et si faict sans fasle la lettre
Qu'auons voulu en depost mettre
Depuis que c'est Couuent la prise
Des Seigneurs de ladicte Eglise,
C'est de Doyen & de Chapitre,
Pour en auoir plus ferme tiltre:
Lequel Seigneur plein de bon sens
L'an de grace mil trois cens
Auec dix & sept & soixante
Trespassa de c'este presente
Vie, dicte terre de labeur,
Du moys de Iuin l'onziesme iour,
Dont c'est raison que chacun clame
Dieu aye pitié de son ame.
Amen.

Frater ei erat nomine Nicolaus quem memoratus rex Carolus 5. in gratiam eiusdem Petri nobilitatis insignibus honestauit vt subjectæ indicant literæ, quas huc adscribere operæ pretium censui; quod complures honestæ & splendidæ familiæ Tricassinę à dicto Nicolao profectas se esse glorientur.

Karolus Dei gratia Francorum Rex. Regalis excellentia libenter illos attolit honoribus, quos ad id mores & vita grataque per se vel suos regia serenitati impensa seruitia reddunt dignos, vt propter hoc senserint honoribus se refectos & talibus vacasse latentur, & alii eorum exemplo ad imitanda eorum vestigia feruentius animentur. Notum

igitur facimus vniuersis præsentibus & futuris: quod attentis vita laudabili, morum honestate & aliis virtutum generibus, quæ dilecto nostro Nicolao dicto Champaigne de Villarib' prope Herbiciam Trecensis diœcesis, fratri dilecti & fidelis confessoris nostri F. Petri de Villaribus de ordine & conuentu fratrum Prædicatorum Trecensium, episcopi Niuernensis fide dignorum testimonio nouimus suffragari: necnon gratis & laudabilibus seruitiis nobis per prædictum nostrum confessorem fratrem suum diutissime præstitis & impensis. Nos ipsius contemplatione, præmissis consideratis supradictum Nicolaum fratrem suum volentes honore perpetuo & vtili & prolem ipsius honorare: eumdem Nicolaum ipsius liberos ac totam eorum posteritatem & prolem vtriusque sexus in matrimonio legitimo procreatam & procreandam, de nostræ plenitudine regiæ potestatis, ex certa scientia & gratia speciali nobilitauimus & nobilitamus, nobilesque facimus & habiles reddimus per præsentes ad omnia & singula quibus cæteri nobiles regni nostri vtuntur & vti possunt & consueuerunt. Ita quod idem Nicolaus & ipsius liberi ac tota posteritas eorumdem masculina, in legitimo matrimonio procreata & procreanda, quandocumque & à quocunque milite voluerint, militiæ cingulo valeant decorari: concedentes ipsi Nicolao & eius liberis vniuersæque posteritati & proli ipsorum procreatæ & procreandæ, quod ipsi & quilibet eorumdem in omnibus & singulis actibus, locis & rebus, in iudicio & extra pro nobilibus & vt nobiles, ab omnibus de cætero reputentur, habeantur & in perpetuum teneantur,

cuiuslibetque nobilitatis prærogatiua, necnon priuilegijs, franchisiis, honoribus & libertatibus ac iuribus vniuersis & singulis quibus cæteri nobiles dicti regni gaudere possunt vti plenarie pacifice libereque & quiete lætentur in perpetuum & vtantur. Quodque ipsi & quilibet eorundem, aut cuiuslibet ipsorum posteritas procreata & procreanda, feoda, retrofeoda nobilia & alias possessiones nobiles, quæcunque sint & quantacumque nobilitate præfulgeant acquirere & habere, tenere & possidere, acquisitare per ipsos & ipsorum quemlibet hactenus etiam & in futurum acquirenda perpetuo retinere & habere licite valeant absque creatione. Ea vel eas seu aliqua eorum in parte vel in toto vendendi vel extra manus ipsorum ponendi, ac si fuissent & essent ab antiquo & originaliter nobiles, & à personis nobilibus ex vtroque latere procreati, & absque eo quod ipsi vel eorum aliquis seu aliqui pro prædictis feodis retrofeodis vel alijs possessionibus nobilibus aut eorum aliquibus vel pro nostra præsenti gratia financiam qualemcumque nobis aut successoribus nostris aut eorum aliquibus facere seu præstare, nunc vel alias in futurum vllatenus teneantur, nonobstantibus quibuscumque constitutionibus & ordinationibus ad hoc contrarijs factis seu faciendis. Quamquidem financiam, nos, eisdem & ipsorum cuilibet contemplatione dicti nostri confessoris dicti Nicolai fratris vt præfertur, remisimus atque remittimus perpetuo totaliter & quittamus auctoritate regia, de speciali gratia & ex certa scientia per præsentes, nonobstantibus alijs donis aut gratijs quibuslibet sibi per nos factis seu faciendis, &

dis, & ordinationibus contrarijs quibuscumque. Quod vt firmum & stabile permaneat in futurum, præsentibus literis nostrum fecimus apponi sigillum. Saluo in alijs iure nostro, & in omnibus alijs quolibet alieno. Datum Parisiis in castro nostro de Luparamense Nouemb. an. Dom. 1372 *regni vero nostri 9. signatum. Per Regem, Blanchet. & inferius. Registrata in camera computorum Parisiis & expedita quarta die Ianuarii an.* 1372.

Antequam vero ad successorem episcopum transeam: hic ingerẽda est mentio fundationis factæ an. prædicto 1376 per P. de Arbosio, qui Deiparæ virginis solemnitates seu festa maiore cultu & ritu in Trecensi ecclesia deinceps celebranda instituit. Illa autẽ fundatio in Calend. eiusdem ecclesiæ exponitur, die 2. Februarij sequentibus verbis. *An.* 1376. *per bonæ memoriæ defunctum M. Petrum de Arbosio huius ecclesiæ canonicum sepultum in capella B. Mariæ, festa Purificationis, Annunciationis, Natiuitatis & Conceptionis, quæ duplicia fuerant fundata, extiterunt annualia, pro quorum fundatione dedit* 300 *florenos auri, de quibus empta fuerunt quindecim libratæ terræ seu annui reditus admortizatæ æqualiter distribuendæ, in prædictis* 4 *festis annualibus.* Hactenus textus Calendarij.

74. *Petrus de Arceys.* 2. Is antea in ecclesiastica curia Trecensi iuridicus, controuersiarumq; quæ ad ius canonicum pertinent cognitor erat, cognomentumque de Arceys sortitus, quod in Arceyensi oppido in Tri-

cassina diœcesi sito esset æditus. Pontificium autem munus iniit an. 1377, in eoq; multum tempus ætatis caste integreq; versatus est, cõtrouersiamque diremit iam inde à decessoris sui tempore à Barone de Meriaco, vno ex quatuor Paribus episcopatus Tricassini motam, ob quædam iura quæ sibi à dicto decessore debita proponebat & contendebat, quę ab eo admissa fuisse & recognita testantur subscriptæ literæ, ad quarum calcem concordatum seu transactio inter dictum de Arceys & ipsum Baronem inita attexetur: sic autem se habent.

Exemplar huius chartulæ & sequẽtis mihi dedit D. Nicola' Fauier Baro de Meriaco an 1605.

PEtrus Dei & apost. Sedis gratia Trecensis episcopus, Vniuersis præsentes literas inspecturis salutem. Cum die penultima mensis April. vltimo præterita, qua die intrauimus primo post promotionem nostram ad ecclesiam nostram Trecensem, ciuitatem & prædictam ecclesiam Trecensem: Dilectus & fidelis M. Ioannes Blancheti Secretarius D. nostri regis Par de Meriaco, ob causam dictæ Pariæ, teneretur nos & in nostro primo & iucundo introitu dictæ ciuitatis Trecensis ab ecclesia B. Mariæ ad Moniales Trecenses pro quarta parte super cathedram nostram, vsque ad ecclesiam nostram Trecensem deferre, & propter hoc capere super nos & à nobis percipere & habere certa iocalia & expensas, dicta die sufficienter comparuerit, offerens nobis præmissa seruitia quæ cum suis consocys Paribus vt tenebatur adimplere, ac nos requirens vt de iocalibus & expensis prædictis sibi satisfaceremus consequenter. Nos qui ob reuerentiam Sereniss. principis & D. nostri D.

Philippi filij regis Franciæ, Ducis Burgundiæ, qui nos & dictam nostram ecclesiam sua gratia honorando, in dicto nostro primo & iucundo aduentu, nos Trecis & ad dictam nostram ecclesiam conduxit, nolluimus, super dictam cathedram nostram deferri vt præfertur; sed potius pedester cum eodem D. Duce incedere ab ecclesia prædicta B. Mariæ ad Moniales, vsque ad ecclesiam nostram antedictam. Notum facimus quod nos prædicto M. Ioan. Blancheti pro se hæredibusque suis, & ab eo causam perpetuo habituris concessimus, & pro nobis & successoribus nostris episcopis Trecensibus tenore præsentium concedimus, quod per hoc eidem M. Ioan. aut dictis suis hæredibus & successoribus, vel ab eo causam perpetuo habituris præiudicium aliquod in præmissis vel aliquo præmissorum minime generetur, vel contra eos aut eorum aliquem per nos aut dictos nostros successores trahatur ad consequentiam in futurum, nec propter hoc teneamur aliqualiter cessare ipsum satisfacere de præmissis iocalibus & expensis, quinimo ipso M. Ioanni promittimus bona fide quod de iocalibus & expensis prædictis; quamuis nos super dicta cathedra non detulerit; cum hoc non fuerit de culpa seu mora vt præfertur eidem satisfaciemus, prout alij prædecessores nostri sibi vel suis prædecessoribus satisfecerunt temporibus retroactis, & vt est fieri consuetum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum præsentibus literis duximus apponendum. Datum in Castro nostro de S. Leone die vltima mens. April. an. 1376. Signatum super plicam. Sangenenouis. Hæ literæ munitæ sunt sigillo ceræ rubræ.

Carolus Dei gratia Francorum Rex, vniuersis præsentes literas inspecturis salutem. Notum facimus quod de licentia & auctoritate nostri Parlamenti, inter dilectum & fidelem Secretarium nostrum M. Ioan. Blancheti ex vna parte: dilectum & fidelem Consiliarium nostrum episcopum Trecensem ex altera seu eorum procuratores, tractatum, concordatum & pacificatum extitit, prout in quadam schedula dictę nostræ curiæ vnanimiter & concorditer tradita continetur, cuius schedulæ tenor sequitur sub his verbis. Comme pieça Maistre Iehan Blanchet Secretaire du Roy nostre Sire se fust complaint au Roy nostre Seigneur en cas de saisine & de nouuelleté, encontre de l'Euesque de Troyes, qui pour le temps, sur ce qu'il disoit que combien que à cause de la Pairye de Mery sur Senne dont il est Pair, il par luy & ses predecesseurs dont il à cause, fut & par tel temps qu'il n'estoit memoire au contraire, eust esté en possession & saisine paisible de porter pour la quarte partie de l'Eglise nostre Dame aux Nonnains de Troyes iusques à la grande Eglise d'ilec, les Euesques de Troyes quand ils viennent nouuellement en ladicte Eglise apres qu'ils sont Euesques de Troyes, & d'auoir pour ce sur lesdicts Euesques les despens de luy & de ses gens en venant de Mery à Troyes, demeure illec pour ladicte cause & retournement audict Mery, & d'auoir pour ce de chacun desdicts Euesques vn hanap d'argent doré dedás & dehors du poids de deux marcz au marc

de Troyes, neantmoins ledict Euesque qui pour le temps estoit, lequel en son nouuel aduenement ledit Maistre Iean auoit porté ou faict porter côme dict est, auoit esté & estoit refusant ou remis de bailler & deliurer audict M. Iehan ledit hanap d'argent de poidz & tel que dessus est dict, en troublant & empeschant ledict Maistre Iean en sesdicts possessions & saisines, à tort, sans cause indeuement & de nouuel, & sadicte complaincte eust ramené à faict contre laquelle ledict Euesque se fust opposé, & pour ce iour eust esté assigné aux parties au Parlemêt lors prochain à venir, & pendant ce surcié ledit proces entre lesdictes parties, ledict Euesque fust allé de vie à trespas, lequel M. Iean eust faict appeller F. Pierre de Villiers son successeur sans moyen, & apres le trepassement d'iceluy F. Pierre de Villiers, l'Euesque de Troyes qui est à present à reprendre ou delaisser ledict proces, lesquels ou aucuns d'iceux ont sur ce pris iour d'appensement, & apres ce à tousiours esté continué la cause en estat sans autrement proceder. Et encores ont iour sur ce lesdictes parties au iour du Baillage de Sens de ce present Parlement. Traicté & accordé est entre lesdictes parties s'il plaist à la Cour dudict Parlement, que ledit Euesque de Troyes qui est à present pour cause de son ioyeux aduenement rendra & payera audict Maistre Iehan à la cause dessusdicte deux marcz d'argent fin, au marc de

Troyes. Et quand est de ce que à la cause dessusdicte est deu audict Maistre Iehan, pour cause de l'aduenement desdicts deux Euesques predecesseurs dudit Euesque de Troyes le droict dudict Maistre Iehan luy est reserué encõtre les hoirs ou executeurs desdits deux Euesques à poursuyure comme de raison sera. Et parmy ce lesdictes parties se departent de cour sans despans & sans amende. *Ad quodquidem accortum ac omnia & singula in suprascripta schedula contenta tenenda complenda & inuiolabiliter obseruanda dicta nostra curia partes prædictas & earum quamlibet, quatenus vnamquamq; ipsarum tangit seu tangere potest ad requestam & de consensu magistrorum Petri de Tornodoro dicti M. Ioan. Blancheti ex vna parte, & Reginaldi Henrici dicti episcopi ex altera procuratorum per arrestum condemnauit & condemnat, & ea vt arrestum eiusdem curiæ teneri compleri & obseruari & exolui ac executioni demandari voluit & præcepit. In cuius rei testimonium præsentibus literis nostrum iussimus apponi sigillum. Datum Parisijs in Parlamento nostro die 1. Februarij an. Dom. 1383. & regni nostri 4.* Et super plicam Concordatum in curia. Signatum Iouuence.

Excessit autem è vita Petrus de Arceys ea Dominica qua Christi rediuiui octodialia solenni ceremonia absoluuntur an. 1395, eiusq; corpus conditum in odeo maioris delubri Tricassini sub nigro marmore, cum antea testamentum scripsisset cuius opportune exemplar mihi datum est dum hæc scriberem:

illius vero præcipuæ hæ sunt clausulæ.

IN nomine Domini Amen. Per hoc præsens publicum instrumentum cunctis fiat manifestum. Quod anno eiusdem Domini 1395 Indictione 3. die 18. mensis April. circa & post horam prima pontificatus SS. in Christo patris ac D. N. D. Benedicti diuina prouidentia papæ 13. an. 1. in mei notarij publici & testium subscriptorum ad hæc vocatorũ & rogatorum præsentia propter hoc personaliter constitutus, R. in Christo pater ac D. D. Petrus miseratione diuina Trecensis Episcopus, sanus mente licet infirmus corpore, vt prima facie apparebat suum fecit & condidit testamentum, seu de sua disposuit vltima voluntate modo & forma contentis conscriptisq; & declaratis in quodam rotulo seu in quadam cedula papirea conscripta, sub eius magno sigillo interclusa vt dicebat, Quam cedulam siue rotulum mihi publico subscripto notario in testium subscriptorum præsentia, ex tunc manu sua propria, idem R. pater tradidit & realiter assignauit conseruandam post eius obitum aperiendam & publicandam, volens & expresse ordinans idem R. pater contenta in dicto rotulo siue cedula suum esse reputarique & haberi, verum, indubiumq; & stabile testamentum seu suæ vltimæ voluntatis ordinationem ac modis omnibus quibus melioribus poterit, seu poterunt, tam de iure quam de consuetudine ac iuris benignitate seu alias quouismodo habere roboris firmitatem super quibus omnibus singulis suprascriptis, Idem R. pater petijt à me publico notario subscripto fieri in meliori forma quã poteris ad dictamen sapientum ad opus quorum intererit, vnum vel plura publicum seu publica in-

strumentum vel instrumenta. Acta fuerunt hæc in hospicio episcopali Trecensi videlicet in camera alta in qua cubabat & cubare consueuit idem R. Pater, anno, indictione, mense, die & pontificatu supradictis, præsentibus venerabilibus & discretis viris Dominis & magistris, Martino Helioti decano ecclesiæ Trecensis, Guillelmo Mauberti archidiacono Arceyarum in eadem ecclesia Trecensi, Nicolao Scoti, Petro de Arbosio, Thoma Dominici dictæ ecclesiæ Trecensis canonicis, Henrico de S. Syria ecclesiæ S. Stephani Trecensis Canonico & Petro dicto de Creneyo Curato parrochialis ecclesiæ de Rumilleyo Trecēsis diœcesis Presbyteris, Perrecomio de Pigneyo armigero, Adam de Bausantonno dicti R. patris familiaribus testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Postmodumq́ præfato R. patre testatore, viam vniuersæ carnis ingresso & eius corpore ecclesiasticæ nondum tradito sepulturæ venerabiles & discreti viri Domini decanus & capitulum eiusdem ecclesiæ, anno, indictione & pōtificatu prædictis, die vero 19. dicti mensis Aprilis, videlicet die Lunæ post octauas festi Resurrectionis Dominicæ hora de mane ad sonum Campanæ, vt moris est in dicta ecclesia in ipsius ecclesiæ capitulo ad capitulandum congregati, capitulumque facientes & tenentes, in mei notarij publici & testium subscriptorum ad hæc vocatorum & rogatorum præsentia supradictum rotulum siue supradictam cedulam papyream sub sigillo dicti R. Patris interclusam & mihi notario publico, per ipsum R. patrem alias traditam vt præfetur per me ibidem, & tunc de eorumdem Dominorum capitulantium mandato delatam & ex-

bibitam & cuius R. patris testatoris impressionem sigilli eidem cedulæ appositam, prædicti Domini capitulantes in mei publici notarij testiumque subscriptorum etiam præsentia agnouerunt, asseruerunt¶ esse veram impressionem sigilli dicti bonæ memoriæ R. patris quo dum viueret & decessit vtebatur aperiri fecerunt, hijsque sic actis præfati ven. Domini decanus & capitulum dictæ ecclesiæ Trecensis, omnia & singula in prædicto rotulo, siue cedula papyrea contenta, per me publicum subscriptum notarium in testium subscriptorum etiam præsentia, alta & intelligibili voce extunc legi & publicari fecerunt, cuiusquidem rotuli siue cedulæ papyreæ tenor scripturæ sequitur in hæc verba. In nomi- S. & indiuiduæ Trinitatis patris & filij & S. S. Amen. Ego Petrus miseratione diuina Trecẽsis ecclesiæ minister indignissimus per Dei gratiam sanus mente licet infirmus corpore, attendens quod nihil est certius morte & nihil incertius eius hora, consideransque & attendens mortis periculosos euentus qui præuideri non possunt nec à quoquam euitari, quodque omnia quæ visibilem habent essentiam tendunt de die in diem inuisibiliter ad non esse, nolens ob hoc, ab hoc seculo intestatus decedere, imo volẽs & cupiens animæ meæ salubriter prouidere, ne dies extrema vitæ meæ me reperiat improuisum, de bonis mihi à Deo collatis, testamentarie dispono, & meum testamentum seu vltimam volũtatem meam facio & condo in modum qui sequitur & in formam. In primis igitur

animam meam, cum exierit de corpore Omnipotenti Deo altiss. omnium conditori & Redemptori, & gloriosissimæ ac B. Dei genitrici Mariæ, B. Michaeli archangelo, BB. Petro patrono meo & Paulo apostol. B. prothomartyri Stephano, & B. Sauiniano, omniumque SS. & S. Dei consortio, humiliter recommendo, volens vt cum anima mea egressa fuerit de corpore, ipsum corp' in puluerem reuersurum tradi ecclesiasticæ sepulturæ, quam sepulturam meam eligo in matre & sponsa mea ecclesia Trecẽsi videlicet iuxta tumbam bonæ memoriæ D. Nicolai Trecẽsis episcopi, volens & ordinans vnam tũbam marmoream in qua sculpetur in quadam rota sententia vnius episcopi & cõscribatur intra dictam rotam istud responsorium. *Credo quod redemptor meus viuit & in nouißimo die de terra surrecturus sum.* vna cum. *Hic iacet bonæ memoriæ Petrus de Arceys Trecensis episcopus.* In officio vero sepulturæ meæ, ob reuerentiam episcopalis dignitatis volo procedi, vt in talibus est decenter & honeste fieri cõsuetum & opportunum, volens luminare meum fieri de 100 libris ceræ secundum discretionem executorum meorum inferius nominandorum. Item volo quod processiones maiores SS. Stephani, Lupi & Martini ecclesiarum Trecẽsium ad obsequium funeralium meorum euocentur & intersint, si ipsarum ecclesiarum placuerit personis. Item volo & ordino quod in dicta ecclesia Trecensi per 25

presbyteros tam de vicarijs quam alijs de choro dictæ ecclesiæ dicatur psalterium pro remedio animæ meæ in vigilia exequiarum mearum legoq; cuilibet ipsorum presbyterorum 5. solidos parisienses. Insuper volo & ordino quod omnia & singula debita mea forefactaq; seu male acquisita vel minus licite extorta per me si quæ sint quæ legitime probari poterũt per executores meos de bonis ad executionem meam pertinẽtibus soluantur restituenturq; & emendentur. super quibus volo & ordino quod personis fide dignis quibus ijdem executores fidem duxerint adhibendam credatur per eorum propria iuramẽta videlicet ipsarum personarum vna vice duntaxat vsque ad 20. solidos turon. Item volo & ordino & lego pro distributione facienda more solito personis dictæ ecclesiæ Trecensis dicta die obsequij mei 10. libras tur. volens & ordinans quod de quodam pallio siue panno aureo quem penes me habeo fiat ad sumptus executionis meæ, vna cappa decenter & sufficienter ornata, quam cappam lego dictæ ecclesiæ ad opus eiusdem cum alijs cappis episcoporum reseruandis. Item lego collegio dictæ ecclesiæ S. Stephani Trecensis, tam pro processione dictæ ecclesiæ quam etiam pro quadam missa solemni de officio defunctorum cum vigilijs & recommẽdationibus in crastino dictarum exequiarum mearum si commode fieri poterit in eadem ecclesia celebranda, ob mei paren-

tumque & amicorum meorum, omniumq; fidelium defũctorum animarum remedium & salutem 8 libras tur. Item volo & ordino quod dicta die in dicta Trecensi ecclesia admittantur 50 presbyteri ad celebrandas missas, pro remedio animæ meæ parentumque benefactorum & amicorum meorum ac omnium fidelium defunctorum & cuilibet dictorum presbyterorum tradantur per executores meos 5. solid. tur. Item lego collegio Monasterij S. Lupi Trecensis tam pro eorum processione quam etiam pro quadam missa solemni de officio defunctorum cum vigilijs & commendationibus in crastino dictarum exequiarum meatum vt prefertur celebrandis 60. solidos tur. Religiosis S. Martini in areis Trecensis in causa simili 50. solidos tur. Collegio ecclesiæ S. Vrbani Trecensis causa simili 60. solidos tur. Religiosis S. Trinitatis in suburbio Trecensi causa simili 30. solidos tur. Religiosis monasterij Cellæ prope Trecas causa simili 60 solidos tur. Religiosis B. Mariæ in Insula Trecensi 40. solidos tur. Religiosis & canonicis B. Mariæ ad monasterium Trecense causa simili 60. solid. tur. Item Conuentui fratrum Prędicatorum Trecensium causa simili 50. solidos tur Item fratribus minoribus conuentus Trecensis causa simili 50. solidos tur. Item Curatis seu rectoribus cappellanisque & clericis parrochialium ecclesiarum B. Mariæ ad monasterium Trecense, SS. Nicetij, Dionisij, Auen-

tini, Iohannis in foro, Remigij, B. Mariæ Magdalenes Trecẽsium, S. Martini in vineis, S. Ægidij, S. Sauinæ in suburbio Trecensi pro simili causa cuilibet Curato aut rectori 20. sol. tur. Item magistris fratribus & sororibus hospitalium siue domorum Dei S. Spiritus, SS. Anthonij, Abrahæ, Bernardi, Nicolai, & domus Dei comitis Trecensis videlicet personis prædictis cuiuslibet domorum hospitalium pro simili causa 25. solidos tur. Item Religiosis de pratea prope Trecas, ordinis Carthusiensis pro vno officio defunctorum solemniter in ipsorum ecclesia celebrando 50. solid. tur. Item lego eisdem fratribus omne id & quidquid in quo mihi tam in denarijs quam in granis tenentur, seu die obitus mei tenebuntur videlicet in elemosinam & vt animam meam & animas fidelium pro quibus orare intendo habeant in suis orationibus commendatas. Item lego fabricæ dictæ ecclesiæ Trecensis ad opus eiusdem fabricæ 20. libras tur. vna cum clochia & mantello meis melioribus ac capucio eiusdem panni fourato de minutis varijs & fabricæ ecclesiæ S. Stephani Trecensis 10. libras tur. vna cum clochia & malbrero & mantello de Camelino meis ac capucio de dicto malbreto fourato de minutis varijs. Item lego & remitto fabricæ parrochialis ecclesiæ de Arceijs Trecensis diœcesis 20. libras tur. quas alias & dudum matricularijs fabricæ dictæ ecclesiæ in reædificatione eiusdem ecclesiæ

conuertendas, mutuo tradidi & realiter assignaui in pecunia numerata. Item lego filiabus dei in suburbio S. Martini in vineis Trecens. manentibus, vt orent deum pro remedio animæ meæ 30. solidos. Item fabricis ecclesiarum parrochialium de S. Leone & de Aquis, cuilibet 20. solidos tur. semel & tantum. Item lego pauperibus infirmis & clericis domorum Dei S. Spiritus SS. Nicolai, Abrahæ, Bernardi, Anthonij & comitis Trecensis per executores meos distribuendas iuxta necessitatem personarũ 10. libras. Item lego cuilibet dictarum domorũ dei ad vsum pauperum vnum lectum latitudinis duarum telarum munitum cum coopertina, & 4 lintheaminibus iuxta ordinationem dictorum executorum meorum. Item lego cuilibet aliarum domorum Dei Trecensis diœcesis 20 solidos tur. Item cuilibet domui leprosariæ in banleuca Trecensi 5. solidos tur. Item lego cuilibet pauperi mulieri viduæ in villa de Arceijs die obitus mei degenti vt orent Deum pro me 5. solidos tur. Item lego Perrineto nepoti meo nato dilecti germani mei M. Iohannis de Arceijs nunc Aurelianis studenti, totum cursum, siue cursus, & libros meos tam textus quam doctores & Summas, tam iuris canonici quam ciuilis, vt idem nepos meus in suis orationibus & suffragijs habeat me recommendatum. Item volo & ordino quod de bonis ad dictam executionẽ meam pertinentibus fiat subsidium per dictos exe-

cutores meos magiſtris Iacobo le Moynat & Iohanni Baudini de Arceijs conſanguineis meis ad ſupportandum onera eorumdem in ſtudio, dum tamen ſtudere voluerint, vſque ad triennium, anno quolibet cuilibet eorumdem videlicet dicto M. Iacobo de 10. libris tur. & dicto M. Iohanni de 15. libris tur. Cui M. Ioanni lego & do Decretales meas quas emi ab executoribus defuncti D. Iohannis Mercerij quondam canonici eccleſiæ S. Stephani Trecenſis. Item lego eccleſiæ Cathalaunenſi in qua fui olim Canonicus, vt dictæ eccleſiæ perſonæ, animam meam parentumque & benefactorum meorum animas in ſuis orationibus propenſius habeant commendatum 100. libras tur. in augmentatione reddituum dictæ eccleſiæ in conſcientijs dominorum Decani & capituli dictæ eccleſiæ conuertendas. Item volo & ordino quod infra trium annorum ſpatium poſt obitum meum immediate ſi commode fieri poterit, alioquin quam citius decenter fieri poterit celebrentur in eccleſia beatæ Mariæ de Inſula Trecenſi per religioſos dictæ eccleſię tria annualia miſſarum videlicet, anno quolibet dictorum trium annorum, vnum annuale, pro meæ amicorumq; meorum & recommendatorum, necnon omnium fidelium defunctorum quos immenſa Dei bonitas in hoc fore voluerint participes animarum remedio & ſalute, quodque de debito in quo mihi tenentur deducátur & remittantur eiſdem

Religiosis 75 libræ tur. ita quod ipsi religiosi, sub voto religionis eorumdem promittant & teneantur dictas missas infra dictum terminum, & vt dictum est, fideliter celebrare. Item volo quod die obsequij mei, distribuantur cuilibet pauperi ipsa die venienti, ad elemosinam in loco, ad hoc apto, vnus obolus valoris quinq; denariorum tur. Item volo quod prata & pratorum peciæ sitæ in finagio de pouancio per me acquisitæ ab Andrea Comitis ciue Trecensi & eius vxore, & post acquisitionem huiusmodi episcopatui Trecensi per me translata siue transportata causis in literis huiusmodi transporti contentis & expressis ad sumptus executionis meæ ab illis quorum intererit dicto episcopatui & ad opus eiusdem quancitius fieri poterit si possibile sit admortizari procuretur, alioquin volo & ordino quod successori meo episcopo Trecensi ob compensationem dictæ admortizationis non habitæ tradantur per executores meos 60. lib. tur. semel tantum. Item volo & expresse ordino quod summam 473 denariorum auri francorum in qua pecuniæ summa nobilis & potens D. Ogerus miles Dominus temporalis de Anglura Trecensis diœcesis, mihi tenetur & est debitor per literas & in literis sub sigillo curiæ Trecẽsis con fectis & efficaciter obligatis certis & iustis causis in eisdem literis contentis per executores meos inferius nominandos, ab eodem milite seu eius causam

habentibus

habentibus exigatur & leuetur, quodque de dicta summa 300 denari. aurifranci per executores meos expendantur per hunc modum: videlicet conuentui fratrum Prædicatorum Trecensium, in quorum ecclesia corpus quondã nobilis & potentis viri D. Ogeri militis, Domini temporalis de dicta Anglura supradicti D. Ogeri genitoris est sepultũ, tradãtur 20 franci pro vna missa solenni, & prout in talibus est fieri consuetũ ob ipsius defuncti animæ remedium, in dicta eorum ecclesia de officio defunctorũ celebranda, residuum vero dictæ summæ 300 denariorũ auri francorum, tam pro luminari decenti in dicta missa ministrando quam vna tumba etiam decenti & honesta supra corpus dicti defuncti imponenda, & pro elemosina pauperibus facienda quamtocius per executores meos expendatur. Præterea ob animæ meæ & aliorum fidelium pro quibus intendo etiam animarum remedium & salutem, volo & ordino quod per executores meos de bonis ad executionem meam pertinentibus fundetur anniuersarium meum in dicta Trecensi ecclesia matre & sponsa mea, anno quolibet perpetuò, die mei obitus solemniter celebrandum, in valore. 12. librarum, seu. 12. librarum terræ annui & perpetui redditus admortizati si haberi potuerit admortizatio quas 12. libras ordino ipsa die & anno quolibet perpetuo per distributorem dictæ ecclesiæ distribui in hunc modum, videlicet

cuilibet canonico præbendato præsenti in dicto anniuersario, vt moris est 4. solid. Tur. Senicanonicis, 2. matricularìis presbyteris & Succentori dictæ ecclesiæ, cuilibet, etiam præsenti in dicto anniuersario duos solidos; vicarijs vero & aliis chorialibus dictæ ecclesiæ portionem in talibus assuetam, presbyteris idoneis pro missis ipsa die in dicta ecclesia celebrandis.20. sol. Tur. Pro pane pauperibus videlicet cuilibet semipanem prebendalem ipsa die per præfatum distributorem fideliter distribuendo.20. solidos, Turon. residuum autẽ dictarum. 12. lib. Tur. magistro fabricæ dictæ ecclesiæ per ipsum distributorem ipsa die anno quolibet tradi volo & realiter assignari in vtilitatem & necessitatem dictæ fabricæ conuertendum. Eo vero casu quo admortizatio huiusmodi redditus haberi non posset, supplico D. & fratribus meis de capitulo dictæ ecclesiæ vt de admortizatione prædicta se velint onerare, mediante compensatione condigna. Item eadem causa de dictis bonis meis volo & ordino anniuersarium meum per ipsos executores meos ad altare B. Mariæ in dicta ecclesia Trecensi in valore.20. solidatarum terræ annui & perpetui reditus admortizati si fieri poterit fundari per.4. canonicos ad dictum altare vt moris est anno quolibet perpetuo etiam solemniter celebrandum. Item lego dictis 4. canonicis ad altare. B. Mariæ in dicta ecclesia Trecensi.20. & vnam libras Tur. an-

nui & perpetui reditus quas acquisiui ab executoribus defuncti Guidonis Flamichi capiendas anno quolibet, supra certas domos & habitationes sitas Trecis in vico dicto gallice, des pains à broye, latius in literis acquisitionis huiusmodi declaratis de quibus 21. libris citatis duæ religiosæ ordinis minorum Pruuinens. percipiunt quælibet ad ipsius vitam duntaxat. 10. lib. Turon. post obitum ipsarum religiosarum successiue per executores meos dictis 4. canonicis assignandas perpetuo & habendas ad sumptusque dictæ executionis meæ si possibile sit admortizandas: & hoc mediante quod dicti canonici, vnam missam submissa voce qualibet die perpetuo ad dictum altare pro remedio animæ meæ & aliorum fidelium pro quibus intendo celebrent celebrareque seu celebrari facere teneantur. Item volo & ordino quod curatus de S. Leone & successores sui pro tempore matricularijq; eiusdem ecclesię æquali portione percipiant & habeant anno quolibet perpetuo 10. solidos annui & perpetui reditus ad sumptus executionis meæ si sit opus & fieri poterit, admortizandos super domum & granchiam quas nuper construi feci sitas ante ecclesiam de S. Leone prædicto, necnon super hæreditagiis eisdem domui & granchiæ pertinentibus, quæ hæreditagia olim fuerunt defuncti Gilleti Coffinet pro anniuersario meo in dicta ecclesia de dicto S. Leone, die obitus mei per dictumcu-

ratum, anno quolibet perpetuo celebrando. Item prædicta causa volo & ordino quod de prædictis bonis meis per dictos executores meos anniuersarium meum apud vicarios dictæ ecclesiæ Trecensis fundetur etiam in valore. 20. solidorum Tur. seu.20. solidatarum terræ annui & perpetui reditus admortizati, si fieri poterit, & quod per ipsos vicarios anno quolibet perpetuo etiam solemniter celebretur, nisi tamen de præmissis fundationibus anniuersariorum meorum in vita mea alias fuerit ordinatum. Item causa prædicta volo etiam & ordino quod de prædictis bonis meis per dictos executores meos anniuersarium meum in ecclesiis parrochialibus, de Aquis, de Sūmofonte & de Primofacto Trecensis Diocesis in valore, 10. solid. seu.10. solidatarum terræ annui & perpetui redit⁹ admortizati si sit possibile, videlicet in qualibet dictarum ecclesiarum fundari per curatos dictarum ecclesiarum in dictis suis ecclesiis, anno quolibet perpetuo etiam solemniter celebrandum, dictos 10. solidos per quemlibet dictorum curatorum & matriculariorum dictarum ecclesiarum ad opus fabricarum earumdem ecclesiarum æquali portione distribui & partiri, nisi tamen de dicta fundatione anniuersarij mei in vita mea alias fuerit ordinatum, & si forte redditus pro dictorum anniuersariorum meorum fundationibus tam cito vt opto nequiuerint reperiri & dictis ecclesiis & personis assi-

gnati, volo & ordino quod per tres annos continuos subsequentes anniuersaria huiusmodi, anno quolibet vt dictum est ad sumptus executionis meæ celebrentur & fiat dictis personis distributio prelibata. De fundatione autem anniuersarij mei in dicta ecclesia S. Stephani Trecensis, in qua olim fui thesaurarius ordinaui, volo tamen & ordino quod de bonis ad executionem meam pertinentibus tradantur & deliberentur decano & capitulo dictæ ecclesiæ. 15. lib. Tur. pro cōpensatione admortizationis certæ partis redituum dictæ ecclesiæ in fundatione huiusmodi per me assignatæ super quo dictis dominis nondum fuit per me satisfactum. Item lego charissimo fratri meo M. Ioanni de Arceys mulam meam cum harnesio. Item lego Domicellis Philippæ & Marionnæ filiabus dicti fratris mei & neptibus meis pro augmentatione matrimoniorum suorum cuilibet earumdem 100. libras tur. cum quodam panno perso quem penes me habeo dictis neptibus meis æqualiter diuidendo. Item lego D. Guillelmo de Creneyo canonico Trecensi cognato meo duos cyphos argenti ponderis duarum marcharum argenti. Item lego M. Thomæ Dominici etiam canonico & officiali Trecensi duos cyphos argenti similis ponderis. Item lego M. Guillelmo de Doma priori S. Bernardi Trecēsis socio meo quoddam iocale paruum ad reponendum reliquias in quo sunt quædam reliquiæ de S.

Syria provt fertur, quod iocale habui ab exe-cutoribus dominæ quondam Deducillæ Aurelianensis, & hoc vt ipse memoriam mei habeat in futurum. Item lego D. Guillelmo de Turre sigillifero curiæ Trecensis, vnum cyphum argenti ponderis vnius marchæ argenti. Item quitto ex nunc & penitus remitto Iacobo Cauchon nepoti meo. 100. lib. tur. de summa. 150. lib. tur. in quibus mihi tenetur causa mutui & hæc, in augmentationem matrimonij Maressonnæ neptis meæ dicti Iacobi & nunc defunctæ Maceæ eius vxoris etiam neptis meæ filiæ nuper coniugatæ. Item lego cuilibet filiorum & filiolarum mearum pauperum quatuor boissellos frumenti & totidem sigali. Item lego Sanctæ sorori meæ nunc in domo mea de S. Leone commoranti domum meam quam construi feci cum granchia & aliis ædificiis ac toto pourprisio eiusdem domus, vna cum certis pratis & aliis heriditagiis dictæ domui pertinentibus sitam ante ecclesiam de dicto S. Leone; quæquidem hereditagia fuerunt quondam Gilleti dicti Cossinel de dicto S. Leone tenenda & possidenda per ipsam Sanctam ad vitam ipsius duntaxat, oneratam de decem solidis turon. annui & perpetui redditus quam domum cum dictis hæreditagiis de ipsis 10. solid. tur. annui & perpetui, pro fundatione anniuersarij mei, anno quolibet die obitus mei in ecclesia de dicto S. Leone celebrandi, curatoque ac matriculariis di-

ctæ ecclesiæ æquali portione, vt prefertur soluendis vna cum aliis debitis antiquis & consuetis tali conditione apposita quod dicta Sancta tenebitur, dictam domum granchiam & alia ædificia in bono statu de omnibus reparationibus quibuscunque vita sua durante & in fine vitæ suæ manutere & dimittere suis sumptibus & expensis, quam domum cum suis pertinentiis volo & ordino perfici & in statu sufficienti poni ad sumptus executionis meæ prædictæ, & hoc vt ipsa Sancta decentius victum suum consequi valeat, vt etiam habeat me in orationibus suisq; beneficiis commendatum. Ad hæc autem omnia & singula præmissa exequenda executionique & fini debitis demandanda cum suis emergentibus, dependitiis & connexis, eligo & nomino executores meos venerabiles & discretos viros M. & D. Ioannem de Arceys fratrem, Robertum Maugier nepotem meos D. nostri Regis Consiliarios, Guillelmum Dominum temporalem de Plesseyo & de Barbereyo militem, Martinum Helioti decanum, Guillelmum de Creneyo, Petrum de Arbosio, Thomam Dominici maioris & Henricum de S. Syria S. Stephani Trecensis ecclesiarum canonicos, &c. *Subsignatum Ioannes Simi de S. Vlpho Notarius.*

Dicto Petro frater erat Antissiodoréf. episcopus, cui⁹ obitus adnotatur die 7. mens. Septemb. in necrolog. ecclesiæ S. Stephani Trecens. his verbis. *obijt R. in Christo pater M. Nico-*

laus de Arceys episcopus Antisiod. quondam huius ecclesiæ canonicus & Thesaurarius, pro cuius fundatione anniuersarij, M. Petrus de Arceys eius frater etiam huius ecclesiæ olim Thesaurarius dedit nobis centum denarios auri nuncupatos Francos.

75. *Stephanus de Giuriaco.* Vnam ex 40. præbendis ecclesiæ Tricassinæ suppressit an. eiusq; annuum prouentum ad Symphoniacos ipsius ecclesiæ pueros alendos sustentandosque conuertit. Longissimo vero vitæ itinere prouectus decessit, & in eadem ecclesia in aduerso primarij altaris loco humatus est, eiusque sepulchro hoc epitaphium superadditum. *Hic iacet excellentis memoriæ Stephanus de Giuriaco Rhemensis diœcesis, quondam Trecensis episcopus qui postquam an. 20. Parisius in Regio Parlamento sedit, & in episcopali cathedra 31. gregem suum laudabiliter rexit, ætatis an. 92. spiritum reddidit Domino. an. Dom. 1426. die April. 26. Requiescat in pace.*

En & testamentum eius resectis tamen seu omissis quibusdam clausulis in apertum profero, vt inde & natale ipsius solum & pleraque alia ad eum spectantia innotescant.

IN nomine S. & indiuiduæ Trinitatis, Patris & Filij & Spiritus S. amen. Vniuersis præsentes litteras inspecturis Decan⁹ & Capitulum ecclesiæ Trecensis salutem in Domino. Cum bonæ memoriæ quondam R. in Christo pater ac D.D. Stephanus miseratione diuina vltimo Trecensis episcopus; dum adhuc ageret in humanis suum fecisset testa-

mentum seu de vltima sua voluntate dispo-
suisset, secundum quod & provt in quodam
paruo quaterno papiri sub magno sigillo di-
cti bonæ memoriæ fideliter intercluso pro
testamento seu vltima voluntate dicti bonæ
memoriæ coram nobis in capitulo nostro ad
sonum campanæ hora capitulandi solita si-
mul capitulariter congregatis & capitulan-
tibus per ven. & discretos viros D. Ioan-
nem le Iay, Laurentium de Salone concano-
nicos nostros & Iacobum Villani in dicta
nostra ecclesia beneficiatum presbyteros
executoresque testamenti seu vltimæ volun-
tatis dicti bonæ memoriæ in præsentia ven.
& discreti viri D. Theobaldi de Actigniaco
concanonici nostri necnon honestarum mu-
lierum Isabellis relictæ defuncti Guillermi
Gouaudi quondam nundinarum campaniæ
& Briæ custodis, & Adelinæ relictæ defuncti
M. Symonis Fourny quondam Bailliui Tre-
censis nepotum & hæredum dicti bonæ me-
moriæ pro vt fertur, ac etiam in notariorum
publicorum testiumque subscriptorum præ-
sentia tradito & exhibito dicebatur conti-
neri: Nouerint vniuersi quod præfato qua-
terno sic vt prefertur tradito & exhibito,
necnon & sigillo dicti bonæ memoriæ agni-
to & fideliter approbato, nos de dictorum
hæredum voluntate consensu qui coram no-
bis notariisque & testibus prædictis dictum
quaternum iteratis vicibus approbauerunt
laudauerunt ratifficauerunt, ac pro testamē-

to & vltima voluntate dicti bonæ memoriæ habuerunt & haberi voluerunt, ipsiusque apertionem & publicationem voluerunt & nobis instanter requisierunt, quibus sic actis nos de dictorum hæredum & executorum consensu præfatum quaternum publicauimus & fecimus aperiri, quo sic publicato & aperto, necnon de verbo ad verbum per alterum dictorum notariorum subscriptorum alta & intelligibili voce perlecto, nos etiam de voluntate & consensu dictorum hæredum & executorum decreuimus & tenore præsentium decernimus, dictum quaternum grossari & in formam publicam redigi, contentaque in dicto quaterno pro testamento seu vltima voluntate dicti bonæ memoriæ teneri & haberi, ac eidem fidem indubiam adhiberi ac modo & forma melioribus quibus tam de iure quam de consuetudine melius fieri poterit, & debebit, de bonis executionis prædictæ fideliter adimpleri, secundum ipsius quaterni seriem & tenorem, cuius quaterni tenor sequitur & est talis. In nomine S. & indiuiduæ Trinitatis, Patris & Filij & Spiritus sancti, Amen. *Ego Stephanus miseratione diuina Trecensis ecclesiæ minister indignissimus per Dei gratiam sanus mente & corpore, attendens quod nihil est certius morte, & nihil incertius eius hora, consideransque & attendens mortis periculosos euentus, qui præuideri non possunt, nec à quoquam euitari, quodque omnia quæ visibilem habent essentiam tendunt de die in diem inuisibilitem*

ad non esse, nolens ob hoc ab hoc sæculo intestatus decedere, imo volens & cupiens animæ meæ salubriter prouidere, ne dies extrema vitæ meæ me reperiat improuisum; de bonis à Deo mihi collatis testamentarie dispono & meum testamentum seu vltimam voluntatem meam facio & condo in modum qui sequitur & in formam. In primis igitur animam meam cum exierit de corpore omnipotenti Deo altissimo omnium conditori & redemptori & gloriosissimæ B. Dei genitrici Mariæ, B. Michaeli Archangelo, B. Petro patrono meo & Paulo Apostolis, B. protomartyri Stephano, B. Sauiniano & B. Helenæ virgini, omniumque Sanctorum & Sanctarum Dei consortio humiliter recommendo, volens vt cum anima mea egressa fuerit de corpore, ipsum corpus in puluere reuersurum tradi ecclesiasticę sepulturæ quam sepulturam meam eligo in matre & sponsa mea ecclesia Trecensi, videlicet iuxta tumbam bonæ memoriæ D. Ioannis de Auxeyo quondam Trecensis episcopi à parte sinistra chori, volens & ordinans quod vna tumba fiat de marmore, & cooperiatur de lectonio ad similitudinem tumbæ defuncti M. Ioannis de Champigneyo, quæ est in exitu chori à parte dextra, & sit lōgitudinis & latitudinis sicut est tumba illa, & fiat vna imago episcopi in medio, & superscriptio sicut est fieri consuetum in talibus. In officio vero sepulturæ meæ ob reuerentiam episcopalis dignitatis volo procedi vt in talibus est decenter & honeste consuetum fieri & opportunum; volens luminare meum fieri de 30. libris ceræ secundum discretionem executorum meorum inferius nominandorum. Item volo quod processiones maioris, SS. Stephani, Lupi &

Martini ecclesiarum Trecensium ad obsequium funeralium meorum euocentur & intersint, si ipsarum ecclesiarum placuerit personis. Item volo & ordino quod in dicta ecclesia Trecensi, per 25. presbyteros tam de vicariis quam aliis de choro dictæ ecclesiæ, dicatur psalterium pro remedio animæ meæ in vigilia exequiarum mearum, legoque cuilibet. 5. solidos tur. Insuper volo & ordino quod omnia & singula debita mea forefactaque seu male aequisita per me si quæ sint, quæ legitime probari poterunt, per executores meos de bonis ad executionem meam pertinentibus soluantur restituanturque & emendentur, super quibus volo & ordino quod personis fide dignis, quibus iidem executores mei fidem duxerint adhibendam credatur per eorum propria iuramenta, videlicet ipsarum personarum vna vice duntaxat vsque ad 20. solid. tur. Item volo & ordino & lego pro distributione facienda more solito personis dictæ ecclesiæ Trecens. dicta die obsequij mei, 20. libr. tur. & fabricæ ecclesiæ prædictæ pro pallio meo. 20. libras. turon. volens & ordinans, quod de quodam pallio seu panno serico albo, quem penes me habeo, fiat ad sumptus executionis meæ vna cappa decenter & sufficienter ornata quam cappam lego dictæ ecclesiæ ad opus eiusdem cum aliis cappis episcoporum reseruandam. Item lego Collegio dictæ ecclesiæ S. Stephani Trecensis, tam pro processione dictæ ecclesiæ quam etiam pro quadam missa solemni de officio defunctorum cum vigiliis & commendationibus in crastino exequiarum mearum, si commode fieri poterit, alioquin alia propinquiori die qua commode fieri poterit in eadem ecclesia celebrandis ob mei parentumque & amico-

rum meorum omniumque fidelium defunctorum animarum remedium & salutem. 10. libr. tur. Item volo & ordino quod dicta die in ecclesia Trecensi admittantur. 50. Presbyteri ad celebrandas missas pro remedio animæ meæ parentumque & benefactorum ac amicorum meorum & omnium fidelium defunctorum & cuilibet dictorum presbyterorum tradantur per executores meos 3. solid. & 4. denar. tur. Item lego fabricæ dictæ ecclesiæ Trecensis ad opus eiusdem fabricæ. 10. libras tur. Vna cum clochia & mantello meis melioribus & capucio panni dictæ clochiæ fourrato minutis variis. Item volo quod die obsequij mei distribuatur cuilibet pauperi ipsa die venienti ad elemosinam in loco ad hoc apto vnus obolus valoris quinque denariorum tur. Item volo quod ossa patris matris sororum & fratris meorum quæ sunt in cimiterio de Giuriaco congregentur in vnum, & quod fiat fossa in pulchriori loco dicti cimiterij & eminentiori, quæ sit facta de lapidibus duris cum calce & sabulone & quod ibidem reponentur, & quod dicta fossa cooperiatur vna tumba de Carreria B. Mariæ de campis iuxta Parisios galice Lyays vel alia, & quod situetur secundum superficiem terræ, super qua tumba ponatur alia tumba de dicta carreria in altitudinem dimidiæ thesiæ seu trium pedum, & quod latera sint ex quatuor lapidibus dicta quarreriæ prout & quemadmodum facta est sepultura dominorum meorum de Dormano quæ situata est ante altare cappellæ de Dormano in claustro Brunelli. Nolo tamen quod fiant imagines eleuatæ, quod solum fiant imagines patris & matris, & quod sculpentur in dicta tumba, & quod retro imaginem patris fiant sui

Giuriacum vicus Rhemens. diœcesis.

duo filij quorum vltimus habeat mitram in capite & teneat in manu baculum pastoralem: retro vero imaginem matris fiant duæ suæ filiæ, hæc volo fieri vt transeuntes orent pro eis, & quod sit aliqualis memoria. Item lego. 100. libras tur. pro fundatione 4. anniuersariorum in ecclesia situata in dicto cimiterio singulis annis 4. temporibus anni. Item lego ecclesiæ B. Dionisii Remensis. 50. lib. turon. pro vno anniuersario singulis annis ibidem per religiosos dicti loci faciendo. Item lego elemosinario dicti S. Dionisii. 40. libras, pro lintheaminibus emendis ad vsum pauperum ibidem receptorum. Item lego episcopatui meo omnes domos meas quas habeo Parisiis in vico Biuriæ, vt successores mei episcopi Trecenses dum ibunt parisios habeant vbi possint reclinare. Item lego dicto episcopatui meo omnes vineas meas quas habeo prope Parisios, videlicet apud Arcelium & alibi prope. Item domus & vineæ admortizentur per successores meos, etsi non possent admortizari, quod vendantur & quod ex pecunia inde resultante, emantur reditus pro dicto episcopatu. Item volo notum fieri quod bonæ memoriæ Petrus de Arceys prædecessor meus fecit suum testamentum reliquit residuum bonorum suorum solutis certis legatis episcopatui meo, vnde contigit quod Petrus Colini commissus executioni dicti prædecessoris, deposuit in ecclesia mea Trecensi 475. libras in albis decem denariorum fortis monetæ in quodam scrinio posito in thesauro dictæ ecclesiæ sub tribus clauibus, quarum M. Martinus Helioti decanus Trecensis habuit vnam, M. Robertus Maugier præsidens in Parlamento aliam & ego tertiam. Contigit autem quod

depoſita in eccleſiis capiebantur, & ea propter de & conſenſu prædictorum qui tradiderunt claues ſuas dictum depoſitum accipi ne periret, & illud habeo in eadem moneta. Item recepi ab eodem Petro Colini. 60. libras turon. de dicta moneta quas prædeceſſor meus receperat ab Egidio Lepeurier pro admortizatione quorumdam pratorum apud pouacium exiſtentium, quæ prata habuerat in recompenſationem ripariæ Sequanæ, vbi nunc ſunt molendina dicti Egidij Lepeurier apud villam de Lauau ſituata. Item recepi 300. Francos auri pro manumiſsione vxorum & liberorum Ioannis dicti Pougoiſe de Nogento ſupra ſequanam, & Ioannis Bareton de Meriaco ſupra ſequanam, ſuper quorum ſeruitute durauit aliquo tempore lis in Parlamento, quiquidem 300. franci ſunt in auro, & debent conuerti in redditibus pro epiſcopatu meo, prout patet per litteras ſuper hoc confectas quæ ſunt in theſauro meo, vbi litteræ epiſcopatus mei conſeruantur. Item lego nepti meæ margaretæ vxori Ioannis legis, Remis commoranti, 200. libras tur. Item lego Iſabelli relictæ defuncti Guillermi Gouaudi nepti meæ. 100. libras tur. Item adelinæ eius ſorori etiam nepti meæ. 60. libras tur. Item lego D. Theobaldo de Aſtignyaco nepoti meo canonico Trecenſi. 40. libras tur Item lego M. Stephano Vvyeti etiam canonico Trecenſi nepoti meo. 40. libras tur. Item lego ſeruitoribus meis, primo D. Laurentio de Salone, necnon D. Ioanni le Iay cuilibet. 60. libras turon. Item lego epiſcopatui meo magnum miſſale meum quod fieri feci, & paruum ſimiliter necnon Pontificale & collectarium quæ ſimiliter fieri feci, volo tamen quod poſt deceſſum meum

hæc tradantur dominis fratribus meis decano & capitulo ecclesiæ meæ Trecensis in custodiam, & cum nouus episcopus fuerit assumptus quod prædicti de capitulo eidem restituant dictos libros pro vsu suo quandiu dicto episcopatui præerit, & quod teneatur dare cautionem de ipsis libris restituendis dictis de capitulo cum desinet dicto episcopatui præesse, volo tamen quod quilibet nouus episcopus teneatur dare 10. libras tur. dictis de capitulo pro pœna & labore suis. Item lego ecclesiæ de Giuriaco in cuius fontibus baptizatus fui calicem meum argenteum, buretas argenteas, necnon pacem & pixidem argenteas ad reponendum panem & casulam de serico, amictum & albam paratos de dicto panno, stolam & manipulum de dicto panno, necnon duos pannos de serico eiusdem coloris vnum ad parandum altare per intus, & alium ad parandum altare per ante voloque quod prædicta custodiantur per matricularios dictæ villæ ad vsum dictæ ecclesiæ, & quod à nullo possint alienari, & si custodia sit periculosa in loco, custodiantur in aliquo fortalicio donec locus sit securus. Item lego prædicto nepoti meo Stephano Vujeti omnes libros meos iuris ciuilis & canonici vt oret pro me & pro illis qui dictos libros mihi dederunt & pro his à quibus dictos libros recepi. Item ordino quod hæredes mei legitimi sint contenti de portione successionis meæ eisdem compentente mediantibus prædictis legatis, & si quis contra præsentem meam ordinationem venire voluerit vel attentauerit quod priuetur omni legato sibi vel suis facto & omni successione mea. Residuum vero omnium & singulorum bonorum meorum nobilium testamento meo

completo

completo & perfecto, do & lego præfatis episcopatui ac dominis & fratribus meis decano & capitulo ecclesiæ Trecensis, videlicet dicto episcopatui medietatem pro redditibus emendis dicto episcopatui per executores meos, & aliam medietatem dictis decano & capitulo, hoc tamen mediante quod dicti decanus & capitulum tenebuntur quolibet anno celebrare vnum anniuersarium solemne in dicta Trecensi ecclesia, prout fieri consuetum est pro episcopis in crastino octauarum festi B. Helenæ virginis si fieri possit vel alia die quam citius fieri poterit; & in quolibet anniuersario distribuere 10. libras tur. Volo autem & ordino quod hæreditagia mea paterna & materna in archiepiscopatu Remensi existentia; quæ hæredibus meis legitimis quibus de iure & consuetudine debent obuenire libere remaneant & quitte. Item lego collegio de Dormano Parisiis in clauso Brunelli situato, 40 libras tur. Item lego prædicto episcopatui meo seu successori meo futuro pro reparationibus hæreditagiorũ dicti episcopatus mei faciendis, 150. libr. tur. hoc mediante & his conditionibus quod dictus successor meus vel alius seu alij nomine ipsius contendentes de omnibus & singulis reparationibus in dictis hæreditagijs faciendis, erunt contenti & easdem suis propriis expensis facere tenebuntur, & in casu quod dictus meus successor vel alius nomine dicti episcopatus contendens non esset contentus de dictis reparationibus mediantibus legatis per me ipso episcopatui factis modis prædictis; ipsum de omnibus legatis eisdem episcopatui & successoribus per me factis, & eadem reuoco totaliter & adnullo, ac portionem residui bonorum meorum eidem per me relictis, volo

in tres partes diuidi & distribui, videlicet vnam partem præfatæ ecclesiæ meæ Trecen. in augmentationem anniuersarij mei, aliam dicto collegio de Dormano, & reliquam Christi pauperibus secundum discretionem executorum meorum infra nominandorum. Item volo & ordino quod post decessum meum citius quam fieri poterit sex sextarij frumenti Christi pauperibus erogentur secundum discretionem executorum meorum inferius nominandorum. Ad hæc autem omnia & singula præmissa exequenda executionique & fini debitis demandanda cum suis emergentibus dependētiis & annexis, eligo & nomino executores meos venerabiles & discretos viros M. & D. Ioannem de Quercu in vtroque iure licentiatum Officialem, Ioannem le Iay sigilliferum, Laurentium de Salone & Iacobum Cappellanos meos, ita quod si executores ipsi omnes in simul præmissis exequendis vacare seu interesse nequiuerint, aut noluerint, tres vel duo aut vnus eorum onus executionis meæ suscipere voluerit in quorum executorum meorum & cuiuslibet eorum insolidum in casu prædicto manibus, qui vel qui onus executionis meæ huiusmodi in se susceperint vel susceperit, exnunc prout extunc, pono per præsentes, omnia & singula bona meà mobilia & immobilia, præsentia & futura, quæcunque &c. me deuestiens & dictos executores seu bonæ fidei commissarios meos, & eorum quemlibet insolidum in casu prædicto, inuestiens de omnibus bonis meis pro omnibus & singulis præmissis adimplendis & executioni debite demandandis. Dans & concedens dictis executoribus meis & eorum cuilibet insolidum, vt est dictum plenam & liberam potestatem

ac speciale mandatum, præsens testamentum meum seu ultimam voluntatem meam si sit opus reformandi & de nouo condendi & ordinandi corrigendi mutandi minuendi vel augmentandi in toto vel in parte ad dictamen sapientum, omnia & singula bona mea mobilia & immobilia, præsentia & futura, inuentorizata petendi exigendi leuandi capiendi recuperandi & recipiendi vendendi alienandique & distribuendi pro præmissis omnibus & singulis, cum suis emergentibus dependētijs & connexis exequendis adimplendisq; & fini debito terminandis, & generaliter omnia alia & singula faciendi gerendi exercendi & exequendi quæ veri & legitimi executores & bonæ fidei commissarij modis omnibus facere possunt & debent tam de consuetudine quam de iure, volensque quod hæc mea præsens ordinatio sit meum testamentum stabile atque firmum & quod valeat & teneat de iure testamentorum seu codicillorum aut alias quouis iure, seu consuetudine modisq; omnibus aliis quibus melius valere poterit & tenere reuocans cassansque & adnullans omnia alia & singula testamenta seu ultimæ voluntatis meæ ordinationes per me hactenus conditas & factas, præsenti testamento seu ultimæ voluntatis meæ ordinatione per se solo vel sola valituris, iurisdictioni autem auditioni ac omnimodæ dispositioni fratrum meorum decani & capituli prædictorum & nulli alij specialiter & expresse præsentem ordinationem seu testamentum submitto. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præsentes litteras per dictos notarios qui nobiscum & testibus subscriptis ad præmissa præsentes

interfuerunt fieri fecimus, sigillique capituli nostri vna cum signis publicis & subscriptionibus dictorũ publicorum notariorum appensionibus muniri. Datũ & actum in dicto capitulo nostro, anno Dom. 1426. Ind. 4. pontif. S. in Christo patris ac Domini nostri Domini Martini diuina prouidentia, Papæ 5. anno nono mensis vero Aprilis die 26. Præsentibus venerabilibus & discretis viris fratre Auberto de corpore præceptore de Oriente Trecensis diœcesis D. Henrico Chasteillon Ioanne Iuuenis in dicta nostra ecclesia beneficiatis, Theobaldo Anceloti in foro seculari Trecensi procuratore & Simone Cheneuelli seruiente regio in præpositura Trecensi, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Subsignatum est dictum instrumentum per Nicolaum Huyard de Villereto & Henricum Dorey clericum Trecensis diœcesis, notarios apostolicos, eorumque signa ibidem apposita.

76. *Ioannes Lesguisier.* Hirsutus ecclesiæ Tricassinæ codex pag. 160. eius electionis adhunc modum meminit. *Anno Dom. 1426. 26. mens. April. obijt quondam bonæ memoriæ. R. in Christo Pater ac D. D. Stephanus Trecensis episcopus, ætatis 92 annorum & in episcopatu 31. in ecclesia Trecensi ipsa die ante maius altare sepultus: post eius exequias expletas venerabiles Domini decanus & capitulantes capitulum suum ad sonum campanæ prouocatum intrauerunt, & pro electione futuri pastoris citationem ad 40 diem sequentem pro canonicis ab-*

sentibus decreuerunt. Qua die adueniente, qui voluerunt & potuerunt præsentes fuerunt numero 23. cum cæteris procuratoribus aliquorum absentium, seruatisque terminis iuris ad electionem futuri pastoris solemnitatibus adhibitis processerunt, & tandem viam scrutinij elegerunt concorditer, per quam Domini scrutatores electi, suum scrutinium fecerunt, & solemniter dictis Dominis capitulantibus retulerunt, quod maior & sanior pars dictorum coeligentium, venerab. virum M. Ioannem Laguise in artibus magistrum in iure ciuili Baccalaureum, & in iure canonico licentiatum, dictæ ecclesiæ canonicum præbendatum tunc præsentem nominauerunt, & elegerunt. Factaque relatione præmissorum, cæteri qui, alios coelegerant, in quantum potuerunt, dictæ nominationi & electioni de dicto M. Ioanne factis tanquam benemerito adhæserunt & consenserunt vnanimiter, eumque modo consueto in choro ecclesiæ inthronizauerunt, & cætera fecerunt quæ in ecclesia de iure fieri videbantur. Quibus peractis ad capitulum redierunt, & suum consensum petierunt: qui post interuallum modici temporis suum dictæ electioni benigne præbuit consensum pariter & assensum, & tunc ad D. nostrum Papam per vnum de suis concanonicis dictam electionem in forma transmiserunt. Post hæc quinta die sequente superuenit quædam commißio ex parte Cancellariæ Parisiensis D. Bailliuo Trecensi directa, per quam mandabatur ei vt inhiberet nobis capitulantibus ne ad electionem procederemus, & si processum fuerat, illam non persequeremur, & hoc sub pœna temporalitatis &c. cui nos opposuimus & ad oppositionem nostram, minime

fuimus recepti, & ne ad vlteriora idem D. Baillius (qui prudenter se habuit) procederet, ab eo & eius mandato, & à quacumque executione si quam vellet circa nos exercere, ad curiam Parlamenti appellauimus & prouocauimus, & adhuc causa in dicto Parlamento residet indecisa. Dicebatur enim nos non posse ad dictam electionem procedere, nisi cum licentia regis petita & obtenta: quod est nobis nouum.

De prædicto Ioanne episcopo, Amelgardus Leodiensis presbyter in historia Caroli 7. verba facit, quem si placet audiamus, sic dicentem. *Rex aggressus Trecas Campaniæ vrbem, consilio atque opera probatissimi & sapientiss. viri M. Ioannis acuti, qui illius vrbis episcopalem cathedram tenebat, & ecclesiastica strenue ac nobilitus administrabat, in eam vrbem cum pace & lætitia est receptus.* Hæc Amelgardus. Illa autem anno 1429. accidisse indices sunt literæ ipsius regis mandato tunc expeditæ, quas ex actis publicæ domus Tricassinæ vrbis erui hac plane serie & contextu.

CHarles par la grace de Dieu Roy de France, A tous ceux qui ces presentes lettres verront, Salut. Sçauoir faisons qu'en faueur, & pour consideration de la bonne & liberale obeyssance, que nous ont auiourd'huy faicte nos bien-aymez les gens d'Eglise, bourgeois & habitans de nostre ville & cité de Troyes, en laquelle obeyssance, & en nostre bien-vueillance les auons legitimement receuz, nous leur auons octroyé les

choses qui ensuyuent, Et premierement que leurs corps & biens, & vn chacun d'eux en quelque part qu'ils soient donnez ou non donnez seront saufs à eux en faisant serment de nous estre doresnauant & à tousiours bons & loyaux subiects. Item que si aucun des manans & habitans de la ville ou autres estans en icelle ne veulent demeurer ne faire ledict serment ils auront delay de vuider, & eux departir d'icelle ville iusques à huict iours, & auront saufconduit pour aller ou bon leur semblera auecques temps & induce de deux mois pour transporter leurs biés meubles, & faire leur profit & alienation de leurs heritages & biens immeubles. Item & au regard des absens d'icelle ville ils y pourront retourner & demeurer si bon leur semble franchement & paisiblement, sans preiudice de leurs corps & biens, en faisant toutesfois leur serment dedans deux mois. Item que tous biens qui ont esté & sont mis à retraict ou en garde de ladicte ville seront saufs & preseruez à ceux à qui ils appartiennent, & semblablement le sel & les deniers de ceux qui ont sel audict lieu de Troyes seront saufs, & demeureront à ceux à qui ils sont, Iaçoit ce que les marchans dudict sel soyent demeurans hors de nostredite ville & de nostre obeyssance excepté toutesfois les biens sel & deniers de ceux qui sont natifs d'Angleterre. Item pourront lesdicts habitans de Troyes licitement aller venir mar-

chandet & non marchander és villes & pays du Duc de Bourgongne, & aussi à Paris & autre part, & pourront aussi ceux desdictes villes & pays pareillement aller, venir marchander non marchander & conuerser en la ville de Troyes, & au pays d'enuiron, excepté gens faisans guerre sans ce que iceux supplians & habitans en doiuent estre reprins. Item que tous benefices & offices qui ont vacqué & esté donnez durant lesdictes diuisions seront & demeureront à ceux à qui ils ont esté donnez en prenant surce nos lettres, & que tous officiers de nostre domaine de Troyes demeureront en leurs offices en prenant surce nos lettres, comme dict est. Item que toutes impositions & quatriesmes cesseront doresnauant, baillez en garde & non plus à ferme, & qu'au gouuernement d'icelles seront commis bons iuges & suffisans, & au regard des exploits gros & menus ils pourront estre affermez, & feront les fermiers d'iceux la poursuite de leurs causes, amendes & forfaits par deuant ledit Preuost en garde. Item que la monnoye que fera faire sera de pareil prix, & aussi bon aloy qu'est celle de present, & aura celle de presẽt cours iusques à ce qu'il y en ait assez de l'autre pour fournir. Item que les aydes que lesdits habitans ont accoustumé de prendre, leuer sur certaines denrees pour la fortification & autres affaires de la dite ville auront cours, & en iouyront iceux habitans d'icy à dix ans

comme ils ont accoustumé en prenant sur ce nos lettres. Item que tous ceux qui ont eu par don aucuns biens meubles ou heritages d'autruy à cause des diuisions ne seront tenus de rendre ou restituer iceux biens meubles, ne les fruicts & reuenus qu'ils auront leuez & perceuz desdits heritages. Item que les gens d'armes estans de present en garnison en ladite ville de Troyes s'en pourront aller hors d'icelle ville, & emporter seurement leurs biens ou bon leur semblera dedans huict iours, & auront saufconduict. Item que nous ne baillerons cappitaine ne garnison à ladite ville à present ne autresfois sinon en cas de necessité pour la garde d'icelle. Item que la forteresse de S. Lyé appartenant à l'Euesque de Troyes, ensemble les corps & biens de ceux qui estoient dedans au temps de la prinse d'icelle forteresse seront renduz & restituez francs & quittes, & ne sera mise en ladite forteresse aucune garnison. Item que de toutes debites & restes à nous deües par lesdits habitans de Troyes, & les particuliers d'iceux, tant d'arrerages, de tailles, impositions, quatriesmes & vingtiesmes comme de seigneuriage, de certaine monnoye que iceux habitans ont fait faire & monnoyer en la monnoye d'iceluy lieu de Troyes pour & au profit & vtilité de ceste ville & des affaires communs d'icelle, ils demeurent quittes & deschargez enuers nous & dés maintenant les leur quit-

tons & donnons. Si donnons en mandement par cesdites presentes à nos amez & feaulx gens de nostre Parlement, de nos Comptes, & gouuerneurs de nos finances au Bailly dudit lieu de Troyes, & à tous nos autres iusticiers & officiers ou à leurs lieutenans presens & aduenir, & à chacun d'eux comme à luy appartiendra que de nostredict octroy & de toutes les choses dessusdites & chacunes d'icelles facent, souffrent, & laissent lesdicts gens d'Eglise, bourgeois & habitans de ladite ville & cité de Troyes, & chacun d'eux, iouyr & vser pleinement & paisiblement par la maniere que dict est, sans les trauailler ou empescher ores ne au tẽps aduenir, ne souffrir estre trauaillez ou empeschez en aucune maniere, au contraire, mais si aucun empeschement leur estoit en ce faict ou donné, le mettre tantost & sans delay à pleine deliurãce, car ainsi le voulons estre faict, En tesmoin de ce nous auons fait mettre nostre scel à cesdites presentes au vidimus desquelles fait soubs le scel Royal voulons plaine foy estre adioustee comme à l'original, Donné en nostre ost lez nostredite ville de Troyes le 9. iour de Iuillet, l'an de grace 1429. & de nostre regne le 7. Ainsi signé sur le ply desdictes lettres, Par le Roy en son Conseil auquel Mr. le Duc d'Alençon, vous le Comte de Vandosme, les Euesques de Seez & d'Orleans, le Sire d'Albret de la Trimoüille, de la Val, & de Treues, & plusieurs autres estoient, I.

le Picard.

In Concilio Basileensi, regia legatione idem Ioannes functus est, vt refert Æneas Syluius in historia eiusdem concilij, & lucis vsura priuatus est an. 1450. eiusque cadauer in sacello S. Saluatoris ecclesiæ Tricass. conditum sub æneo tumulo, cui hoc inscriptum Gallicum epitaphium. *Æneas Syl. lib. 1. de gest. Basil. Conc. c. 2.*

Cy gist le corps de feu tres-prudent & noble sieur Monsieur Maistre Iean Lesguise iadis Euesque & né de Troyes, laquelle euesché il gouuerna honorablement par 24. ans, iusques au 3. Aoust 1450. qu'il trespassa à Paris dont le corps fut amené tout entier cy dessoubs inhumé.

77. *Ludouicus Raguier.* Is Emedei Raguier, Reginæ Isabellæ Regis Caroli 6. vxoris thesaurarij erat filius, quæ ipsum Emedeum secum è Germania in Galliam adduxit, & amplissimis facultatibus auxit. Eodem anno ipse Ludouicus via electionis in stationem pontificiam successit, quo successor de ea, & vitæ præsidio reuocatus est, ipsaque electio Ludouici de Melduno Senonensis archipræsulis auctoritate corroborata die 4. Nouemb. an. 1450. cum illis temporib9 Sanctio pragmatica exacte obseruaretur. Tricassinam autem ecclesiam multis muneribus locupletauit, reliquiis Sanctorum & gemmatis vasis & donationibus vberrimis locupletauit, præcelsisque ædificiorum substructionibus extulit. Denique cum ætate & onere fessus esset, Ia-

çobo ex fratre nepoti, pontificale munus transmisit, & quadriennio aut ad summum quinquennio supervixit, diemque suum obiit an.1488. & prope augustius altare Tricassini delubri sepultus est, sub tumba ænea, cui epitaphium inscriptum in hæc verba.

Cy gist reuerend pere en Dieu noble sieur messire Loys Raguier Euesque de ceste Eglise, lequel du temps de Treschrestien & victorieux Prince Charles Roy de France 7. de ce nom, fut son Conseiller en sa Cour de Parlement, & depuis fut President de la Chambre de la Iustice des Aydes à Paris, lequel trespassa le 19. Aoust 1488. Dieu en ait l'ame.

Superioribus addam, quod in chronico seu historia Gallica Regis Ludouici II. memoratur, prædictum L. Raguier an.1468. cum nonnullis aliis ab eodem Rege ad Leodienses Legatum missum fuisse: qui, his instigantibus ab episcopo suo defecerunt, & nobiles aliquot viros è Caroli Burgundionum Ducis familia captiuos fecerunt, qua de causa grauissime ipse Carolus in dictum regem excanduit, eumque per aliquot dies in arce Peronæ vrbis vbi ad colloquium venerant conclusum tenuit, quæ omnia Philippus Cominius lib.2.cap.7. suorum commentariorum copiose exponit.

Ex historia Lud. 11. Paris. cusa an. 1558. pag. 53.

CLAVSVLÆ EXCERPTÆ ex testamento dicti D. Ludouici Raguiet scripto die 28. April. an. 1485.

*Volumus quod post antiphonam Quem dicunt &c. qua cantatur in naui * ante magnam missam, ipsa cantata cum De profundis dicatur per presbyterum cum aliis collectis consuetis, Deus qui inter apostolicos sacerdotes, &c.* * Ecclesiæ Trecens.

Item damus & legamus præfatæ ecclesiæ Trecensi ad decorandum chorum eiusdem tapiceriam in qua ostenduntur aliqua miracula S. Petri Principis apostolorum patroni nostri, cum alia tapiceria in qua describuntur & figurantur omnes episcopi prædecessores nostri & nomina eorum.

Item volumus & ordinamus dari ecclesiæ nostræ dominæ Parisiensis in qua alias fuimus canonicus 50. lib. turonens. pro faciendo & celebrando semel vnum solemne seruitium seu anniuersarium cum pulsatione consueta in seruitio seu anniuersario vnius episcopi eiusdem ecclesiæ Parisiensis, & debent contentari domini canonici dictæ ecclesiæ Parisiensis, attentis magnis sumptibus & expensis quas exposuimus in factura organorum eiusdem ecclesiæ, cum centum scutis realiter per nos traditis pro augmentatione anniuersarij nostri in dicta ecclesia Parisiensi per nos fundati. Item legamus ecclesiæ des blancs manteaux Parisiis, in qua nostri prædecessores pater & mater & parentes sepeliuntur, pro vno anniuersario solemni faciendo vt solitum est pro reme-

dio animarum patris matris & parentum omnium nostrorum 25.lib.turonens.

Item volumus & ordinamus quod nepotes nostri, videlicet R. in Christo Pater D. D. Iacobus Raguier Trecensis episcopus successor noster, nec non Iohannes & Droco les Raguiers eius fratres, legitimi liberi quondam fratris nostri bonæ memoriæ M. Anthonij Raguier, post obitum nostrum teneant & possideant omnes & singulas acquisitiones per nos factas, & hæreditagia quæ possidebimus die nostri obitus.

*Item legamus dictis nepotibus nostris dictis les Raguiers omne debitum quod nobis debebat quondam nepos noster Ludouicus Lexouiensis episcopus electus eorum frater ascendens ad mille quingenta scuta auri. Item damus & legamus prædicto nostro nepoti Droconi Raguier terram nostram de Romilleyo supra sequanam cum pertinentiis & dependentiis eiusdem. Item damus & legamus liberis nunc defunctæ Denisetæ Raguiere sororis nostræ ab vtroque latere 500. scuta auri. Item damus & legamus liberis natis defunctæ Isabellis Raguiere sororis nostræ ex parte patris seu liberis liberorum eiusdem 500. scuta auri. Item damus & legamus Guilemetæ de Champgirault & liberis quondam Mariæ de Champgirault sororis dictæ Guilemetæ filiarum defunctæ Margaretæ quondam sororis nostræ 500. scuta auri, scilicet dictæ Guilemetæ 200. & 50. facientia medietatem, & aliam medietatem prædictis liberis dictæ Mariæ. Item damus & legamus D. Henrico de Merle nepoti nostro filio defunctæ Iohannetæ sororis nostræ ex parte matris 300. scuta auri. Item dedimus & legauimus nepoti nostro fratri Mauricio de * villa probata*

* de Villeprouuee.

ferd. fratrum prædicatorum 50. scuta auri. Item damus & legamus nepoti nostro M. Nicolao de la Place * *12. magnas tasseas ?argenteas.*

* *Decano ecclesiæ Trecens.*

78. *Iacobus Raguier.* Anno Dom. 1483. die 27. Februarij ante Paschalem solemnitatem diplomata pontificia à dicto Iacobo obtenta, quibus canonica institutio seu prouisio episcopatus Trecensis eiuratione siue resignatione memorati L. Raguier eius patrui continebatur, in canonicorum Trecensium Senatu & conuentu producta sunt, & postridie solita celebri pompa dictam ecclesiam ingressus est. Transactionem cum dictis canonicis inijt, quam necesse videtur huc adpingere, conciliat enim & componit multas controuersias, quæ sæpissime renascuntur. Illius egitur seriem lector accipe, quæ sic habet.

VNiuersis præsentes literas inspecturis Iacobus Dei & S. Sedis Apost. gratia Trecensis episcopus salutem, Notum facimus, quod cum processus, lites & discordiæ motæ fuissent, maioresque moueri sperarentur inter nos ex vna, & decanum & capitulum nostræ Trecensis ecclesiæ tam coniunctim quam diuisim partibus ex altera, occasione iurisdictionum exemptionis & priuilegiorum dictorum decani & capituli, necnon iurisdictionis temporalis dictæ nostræ Trecensis ecclesiæ, quiquidem processus lites & discordiæ sæpissime odia generant inter partes, quæ nos volentes pro posse vitare, & cupientes in pace & fraternitate, cum dictis decano & capitulo prout decet viuere, super rebus inferius annotatis de quibus

mouebatur inter nos quæstio concordauimus & pacificauimus in modum qui sequitur. Et primo, quod curati cappellani & clerici ecclesiarum SS. Remigij, Nicetij, Dionisij, Auentini Trecensis, de Barbona, de Creneyo, de Fayello, de Rameruco, de S. Petro de Boussenayo respectiue, quæ ecclesiæ sunt de collatione & visitatione dictorum decani & capituli cum suis succursibus; & similiter ecclesiarum de Mouceyo, de Villeyo Marescalli; & Aubrussello etiam cum suis succursibus quæ sunt de collatione & visitatione dicti decani Trecensis; videlicet dicti cappellani & clerici continue prædictis ecclesiis respectiue deseruientibus; necnon cappellani perpetui in ipsis ecclesiis beneficiati, qui similiter sunt de collatione ipsorum, sunt & erunt exempti à iurisdictione nostra ordinaria. Et sciendum est quod in dicta ecclesia S. Remigij est vnus curatus, 4. cappellani & tres clerici deseruientes ipsi ecclesiæ S. Remigij ac ecclesiis B. Mariæ Magdalenæ & S. Frodoberti ipsius ecclesiæ S. Remigij succursibus. In ecclesia S. Nicetij est vnus curatus, duo cappellani & vnus clericus, & in qualibet aliarum ecclesiarum suprascriptarum est vnus curatus & vnus cappellanus respectiue, vt dictum est, quiquidem curati dictarum ecclesiarum in eorum institutione accipient curam animarum à nobis, & etiam cappellani sui supradicti, in eisdem ecclesiis continue deseruientes accipient à nobis licentiam quolibet anno, quemadmodum faciunt alij cappellani ecclesiarum non exemptarum dictæ diœcesis. Matricularij vero ecclesiarum prædictarum à nobis sic exemptarum sunt & erunt subiecti & iusticiabiles nostri, & de nostra iurisdictione ordinaria, poterunt tamen dicti decanus

decanus & capitulum visitando dictas ecclesias, dictis matriculariis iniunctiones facere dependentes à dicta visitatione prout consueuerunt, quibus iniunctionibus si non paruerint, eosdem coram nobis aut Officiali nostro poterunt persequi, & pœna seu emēda quæ fuerit in iniunctione facta dictis matriculariis apposita, seu quæ contra ipsos propterea adiudicabitur applicabitur fabricæ dictæ nostræ Trecensis ecclesiæ. Item magister fratres & sorores hospitalis S. Nicolai Trecensis sunt & erunt subiecti & iusticiabiles dictorum decani & capituli, & à iurisdictione nostra ordinaria exempti, prout fuerunt ab antiquo, salua tamē compositione facta inter dominum Ioannem Lesguise quondam Trecensem episcopum, & dictos decanum & Capitulum, super declaratione & absolutione à sententia excommunicationis Canonis tam quo ad dictos magistrum, fratres, & sorores, quam quo ad cæteros supradictos & iusticiabiles dictorum decani & Capituli & à nobis exemptos. Item Curati prædictarum ecclesiarum tenentur & in futurum tenebuntur comparere in magna Synodo nostra quæ quolibet anno celebratur in nostra Trecensi ecclesia, nisi legitime excusentur, & non in aliis Synodis, etsi non compareant nos poterimus procedere contra ipsos per contumaciam & excommunicationem, prout possumus contra alios Curatos non exemptos, nec tamen poterimus propter dictam contumaciam in dictis ecclesiis aut fructibus earum manum nostram apponere seu apponi facere, quinimo poterunt dicti decanus & Capitulum dictas ecclesias regere fructusque earum saisire & suos facere prout faciunt & facere consueuerunt per decessum dictorum cura-

torum, ſaluo tamen quod cum aliqui fuerint per ipſos commiſſi ad dictas eccleſias regendas quo ad ſpiritualia, commiſſi prædicti tenebuntur licentiam accipere à nobis, quam non poterimus denegare, ſi dicti commiſſi fuerint ſufficientes & idonei. Item ſupradicti Curati cappellani & clerici dictarum eccleſiarum à nobis exemptarum, tenebuntur exequi debite mandata noſtra & noſtræ Trecenſis curię, necnon aliarum curiarum ab eadem curia noſtra dependentium priuilegiis dictorum decani & capituli non derogantia, alias ſi dicta mandata neglixerint exequi aut denegauerint punientur & corrigentur per nos aut noſtrum officialem, nec poterunt ſupradicti exempti aut aliquis ipſorum adminiſtrare ſacramenta eccleſiaſtica perſonis quibuſcunque in caſibus in quibus dictæ perſonæ tenentur pro dictis ſacramentis percipiendis habere literas à nobis aut noſtro officiali, niſi de ipſis literis prius dictis exemptis fidem fecerint, & ſi contra hoc fecerint per nos aut noſtrum officialem ſimiliter punientur. In cæteris autem caſibus etiam curam animarum & adminiſtrationem ſacramentorum concernentibus, dicti decanus & Capitulum habebunt omnimodam iuriſdictionem in dictos exemptos, ſicut ab antiquo habere conſueuerunt etiamſi ipſi exempti à iuriſdictione noſtra celebrauerint bina vice in die cauſa lucri tam in loco exempto quam non exempto & aliis ſimilibus caſibus & ſecundum priuilegiorum dictorum decani & Capituli formam & tenorem, necnon certi arreſti prolati in Curia Parlamenti Pariſienſis, inter prædeceſſorem noſtrum epiſcopum Trecenſem in materia nouitatis defenſorem ex vna parte, & d. Elo

decanum & Capitulum actores & conquerentes ex altera, die 21. Iulij, an. Dom. 1478. Item iurisdictio temporalis prædictæ Trecensis ecclesiæ erit & manebit communis & pro indiuiso nobis dictis decano & Capitulo, & emendæ quæ procedent & nascentur de delictis, criminibus, excessibus & forefactis commissis in dicta ecclesia, necnon cætera commoda, quæ ad causam dictæ iusticiæ temporalis procedent applicabuntur per medium & communiter nobis & dictis decano & Capitulo per quemcunque fuerint captio seu prisia & prosecutio factæ pro dictis delictis & excessibus seu aliis iuribus, saluo dicto reuerendo iure locationum portalis dictæ ecclesiæ. Item nullam habebimus iurisdictionem temporalem in loco in quo dicti decanus & Capitulum soliti sunt congregari ad capitulandum, nec etiam in libraria erreis & cæteris locis eisdem adiacentibus existentibus inter dictam ecclesiam & curtem nostram, in claustro quoque & in loco dicto le Chaufour, quinimo dictam iurisdictionem dicti decanus & Capitulum coniunctim, & insolidum in dictis locis habebunt, nos autem & successores nostri soli habemus omnimodam iurisdictionem in dicta nostra curte, domo episcopali & iardinis eiusdem. Item si dictus decanus celebret & faciat diuinum officium in prælibata Trecensi ecclesia habebit & habere poterit illa die tam in missa quam in vesperis Cappellanum vel vicarium iuxta se, sibi monstrantem in cappa cericea, ac etiam in processionibus in quibus dictus decanus comparebit in vestibus sacerdotalibus ad dictum officium faciendum. Item totiens quotiens præfati decanus & Capitu-

lum præsentabunt nobis aliquem sufficientem & idoneum ad parrochialem ecclesiam de S. Patroclo in colle quæ est de præsentatione ipsorum decani & Capituli & alias ecclesias ad præsentationem ipsorum similiter spectantes, tenebimur collationem sibi dare, nec illam poterimus denegare, saluo tamen iure nostro ordinario, & omnes processus moti tam occasione rerum prædictarum quam aliarum inter nos & dictos decanum & Capitulum , necnon inter promotores nostros & dictos à nobis exemptos seu alteros ipsorum coram quibuscunque iudicibus sint pendentes remanserunt & remanent pro nullis: expensis hincinde compensatis. Promittentes bona fide & sub ypotheca & obligatione omnium bonorum mobilium & immobilium, præsentium & futurorum nostri episcopatus, omnia & singula supradicta inuiolabiliter perpetuo obseruare. In cuius rei testimonium præsentes litteras sigilli nostri appensione duximus communiri, actum & datum Trecis in domo nostra episcopali die 15. mensis Aprilis, Ann. Dom. 1496. post Pascha. Signatum d'Aumont.

Dictus autem Iacobus post obitum in Tricassina ecclesia iuxta patrui monumentum depositus est sub æneo opertorio, hac inscriptione insignito.

Cy gist reuerend pere en Dieu noble Seigneur Messire Iacques Raguier iadis Euesque de Troyes, & administrateur perpetuel des Abbayes de Monstieramey & de S. Iacques de Prouins qui deceda le 14. Nouembre 1518.

Sacra quædam piacularia & diuina officia

annuatim celebranda in præfata ecclesia instituit, quæ in ænea tabella iuxta eius tumulum apposita, his verbis impressa expressã, que sunt.

Feu reuerend Pere M. Maistre Iacques Raguier en son viuant euesque de Troyes à fondé perpetuellement par chascun an au chœur de l'Eglise de ceans le premier Dimanche de l'Aduent apres les Complies le respons de *Missus est Gabriel*, &c. Item a aussi fondé le 14. iour de Nouembre en ladicte Eglise de ceans vn anniuersaire, &c. auquel sera distribué la somme de 10. liures. Et pour ce faire par noble & scientifique personne M. Iean Raguier administrateur perpetuel de l'Abbaye de Monstieramey nepueu dudict euesque archidiacre de Sezane en l'Eglise de ceans à esté delaissé, seddé, & transporté aux venerables Doyen & Chapitre tout le droict, part, portion, proprieté & possession qu'il à et peut auoir, & qu'il luy peut competer & appartenir és terres & seigneuries de Macey & le Magniuallon, &c. & auec ce à baillé mille liures tournois pour le remede de l'ame dudit feu Iacq. Raguier euesque de Troyes lequel trespassa le 14. Nouemb. 1518.

79. *Guilelmus Paruus.2.* Cum memorati Iacobi Raguier decessus, episcopalem sedem vacuam præsule reliquisset, decanus & canonici ecclesiæ Trecensis, nulla habita ratione pacti conuenti an. 1516. inter Leonem 10. pontificem max. & Regem Franciscum I. super pro-

uiſionibus & inſtitutionibus ſacerdotiorum, quæ electiua appellantur, die 16. Nouemb, an. 1518. citationem aduerſus abſentes canonicos decreuerunt, in eumque finem ſub eorum ſigillo expeditæ literæ, vt de eligendo alio præſule Senatum haberent die 26. Ianuarij tunc proxime venturi: ne tamen regiam maieſtatem læderent, ſelecti fuere quidam ex eorum collegio & ad dictum regem deſtinati, vt præfati Raguier obitum ei renuntiarent, facultatemque ab eo eligendi antiſtitis impetrarent, quoniam prædictum pactum, in nulla adhuc Galliæ Prouincia executioni demandatum fuerat: contendebantque capitula, electionum iura tanquam Chriſtianæ reipub. vtiliſſima ſarta tecta conſeruare. Verum antequam delegati illi Regem conuenirent, cum ad eumdem nuntius de dicti Iacobi morte, deque apparatu ipſorum canonicorum ad futuram electionem allatus eſſet, litteras ad eoſdem canonicos ſcripſit, quę eis exhibitæ ſunt 22. die dicti menſis Nouemb. à M. Ioanne Bazin qui tum in Sede Bailliuiatus Tricaſſini Proprætor erat, quarum hæc eſt ſeries.

M. Iean Bazin Lieutenant au Siege du Baillage de Troyes.

DE PAR LE ROY.

CHers & bien amez, apres auoir eſté aduertiz du treſpas de voſtre feu Eueſque, deſirants eſtre pourueu audit eueſché de bon paſteur, auons de noſtre propre mouuement ſans eſtre aucunement pourſuiuiz eſcrit à noſtre S. Pere le Pape, ſuppliant à ſa Saincte-

Hæ literæ exſtant in archiuis capituli Trecenſis.

té en vouloir pourueoir nostre amé & feal Conseiller & Confesseur frere Guillaume Parui de l'ordre des freres Prescheurs Docteur en Theologie, qui est homme sçauant, vertueux, & bien-viuant, dont vous auons bien voulu aduertir, vous priant que lors qu'il sera pourueu le reçeuez en vostre vray euesque & pasteur. Et cependant ne luy faites ne donnez aucun competiteur ny empeschement, & vous ferez le grand bien de vostre Eglise, & à nous tres-singulier plaisir, ainsi que nous escriuons à nostre amé & feal Conseiller & maistre d'hostel ordinaire le Bailly de Troyes vous dire & declarer plus à plein de par nous. Donné à Paris le 20. iour de Nouembre, Signé François, & plus bas Robertet. Et en la superscription est escrit, A noschers & bien amez les Doyen Chanoines & Chapitre de l'Eglise de Troyes.

Acceptis perlectisque litteris, dicti canonici vrgere non destiterunt quos delegerant & deputarant ad commissam sibi prouinciam quamprimum obeundam, qui nulla interiecta mora itineri se commiserunt & in vrbem redierunt die 14. Decembris, nullum aliud responsum referentes præter regias litteras huc insertas, tali tenore.

DE PAR LE ROY.

CHers & bien amez, Nous auons sçeu par vos deputez le trespas de feu vostre Euesque, & leur auons declaré nostre vouloir & intention qui est, que nostre amé &

feal Conseiller & Confesseur ordinaire frere Guillaume Parui soit vostre Euesque & pasteur en ensuiuant la prouision que nous croyons que nostre S. Pere le Pape luy en fera à nostre requeste. Si vous prions croire vos deputez de ce qu'ils vous en diront de par nous. Donné au bois de Vincennes le 7. iour de Decembre. Signé François & Robertet.

Septimo Ianuarij die, dicti canonici, perceptis lectisque prolatis litteris, in prima sententia nihilominus perstiterunt. visum tamen est eis, dictam electionem ad 14. Februarij diem prorogare, quoquidem dilationis interuallo, facillimum fuit præfato Guilelmo institutionis litteras à summo pontifice obtinere: cumque Rex iure nominationis frui summopere expeteret, ad sæpedictos canonicos episcopum Castrensem aliosque cum litteris destinauit, vt eis dicti Parui prouectionem ad episcopatum significarent, eosque de his quæ congrua & necessaria viderentur monitos facerent, mansuete admodum & benigne eos orans ne ad memoratam electionem vlterius progrederentur, vt in dictis literis habetur: quarum exemplar adpono.

DE PAR LE ROY.

CHers & bien amez, Nous enuoyons presentement pardeuers vous nos amez & feaux Conseillers les Euesque de Castres, Sieur de Chitin grand Mareschal de nos lo-

gis, Maistre Iean Salat maistre des requestes de nostre hostel, & le Sieur de Saultour lieutenant de nostre trescher & tresamé cousin le Sieur d'Orual nostre lieutenant general & gouuerneur au pays de Champagne, pour vous aduertir que nostre S. Pere a pourueu d'vn tres-bon & tres-vtile pasteur à vostre Eglise, c'est assauoir de nostre amé & feal Conseiller & Confesseur ordinaire frere Guillaume Parui de l'ordre des freres prescheurs, & sur cela a faict sa Saincteté expedier toutes les prouisions à vostre euesque necessaires. Si vous prions de tres-bon cœur le receuoir en toute douceur, paix, vnion, & concorde, quand ses bulles vous seront presentees, & cependant ne luy donnez aucun trouble ou empeschement, tant pour le grãd bien de vostre Eglise que du pays, ainsi que plus à plein vous declareront de par nous nos Conseillers dessusdits, ausquels en tout & par tout adiousterez foy comme à nous-mesmes, & vous nous ferez plaisir & seruice tres-agreable. Donné à Paris le 10. iour de Feurier. Signé François & Robertet.

Has litteras dictis canonicis destinati à Rege viri obtulerunt 13. & 14. diebus dicti mensis Febr. quibus peruisis statuerunt propositam electionem omittere, ne qua in re Regiæ voluntati aduersarentur: & quamuis moleste ferrent, se suffragiis suis in ipso electionis negotio priuari, dolorem tamen & molestiam eorum plurimum minuit tot e-

gregiarum dotium in dicto Guilelmo cumulus. is enim eximia quadam eruditione & facundia pollebat, & vt vno verbo singula complectar, commisso sibi oneri plane par & tanto munere dignissimus erat, vt in actis præfati capituli dicta die 14. Febr. memoriæ proditum est, in quibus ad insignem eius prędicationem & commendationem hæc verba exarata sunt. *Fertur ipsum esse generalem fidei nostræ inquisitorem, numeris omnibus tam belle absolutum, vt liberaliorem in erogandis, chariorem in miseros & mendicos, humaniorem in congressionibus, in concionibus & prædicationibus facundiorem & disertiorem, in inquirendis occulatiorem, in prolatione incorruptiorem & absolutiorem in dijudicandis acriorem & discretiorem, in toto orbe tam bene denique prædicatum, & nominatum, vt vix talem reperire queas tanta est viri fama & celebre nomen.* Huc vsque acta capitular.

Grata summopere acceptaq; Regi fuerunt quæ dicti canonici gesserant, postquam ei à Commissariis relata & renuntiata sunt, hocque pacto ad eos scripsit.

CHers & bien amez. Nous auons sçeu par nos amez & feaux Conseillers les Euesque de Castres & sieur de Chitin Mareschal de nos logis le bon vouloir qu'auez de suiure nostre intention en voulant receuoir sans contredit pour pasteur & euesque en faueur de nous & pour le grand bien de vostre Eglise nostre amé & feal Conseiller & Confesseur ordinaire F. Guillaume Parui, dont vous

sçauons tres-bon gré, & vous en mercions, en vous priant de tres-bon cœur que vous receuiez & acceptiez les bulles & prouisions d'iceluy, lesquelles vous enuoyons en toute douceur, paix, & âmour, & mettez ses procureurs en pleine & entiere possession de son euesché, car nous auons retenu vostredit euesque pour ce Caresme à cause des predications, & autres affaires vrgentes & necessaires, si le vueillez ainsi faire, & vous nous ferez plaisir & seruice tresaggreable, & aurons tousiours vostredite Eglise & affaires en plus grande recommandation. Donné à Paris le 4. Mars. Signé François & Robertet.

Visum mihi non otiosum omnia quæ ad prædictum negotium spectare videbantur copiose & fuse describere, tum quia tunc agebatur de sacris electionum priuilegiis abrogandis, quorum iactura hodieque effusissimo totius ecclesiæ Gallicanæ luctu & desiderio deploratur, tum vt posteris innotescat, quantum in eorum cõseruatione, studij & diligentiæ capitulũ Trecense collocarit: verum principi parere æquum & necessariũ erat qui iure nominationum sibi dicta conuentione concesso, vti frui peroptabat. Memoratus autem Guilelmus qui in Dominicanorum familiam adscriptus in Rothomagensi conuentu solemnia vota emiserat, cum diplomata pontificia obtinuisset, eorum virtute, Tricassini episcopatus possessionem procurato-

rio interuentu die 10. mensis Martij an. 1518. ante Paschalem solemnitatem, sibi vindicauit. Postera autem die, custos sigilli, officialis, cæterique curiæ episcopalis Trecensis ministri à capitulo tempore vacantis sedis (quod trimestre duntaxat fuit) commissi, eidem capitulo reddiderunt sigilla quibus vtebantur, quæquidem generalibus dicti Guilelmi vicariis concredita & consignata sunt. Tunc e-

Vide D. Chopp. l. 3. de sacr. polit. tit. 7. nu. 7. in margineis notationib.

xorta est quæstio, vtrum emolumenta ex dictis sigillis pontificali sede vacua, percepta, dicto capitulo assignanda essent. verum à canonicis ita decretum, [redacted] deductis prius sumptibus, qui ad episcopatus gerēda negotia impensi fuerant, quicquid residui supererat, recenti episcopo adscribendum esse vt in capitularib. actis continetur die 30. supradicti mensis Martij an. 1518.

Præfatus Guilelmus statim post suam promotionem præclara & luculenta Trecensi ecclesiæ ornamenta, sicuti vasa argentea & complures pannos holosericos liberalissime largitus est. & cum in obeundo suo munere totus esset, cleroque & populo suæ diœceseos charissimus & gratissimus, assiduis nonnullorum efflagitationibus & pæne quotidianis precibus quidam eum impulsum fuisse dicunt, episcopatum suum cum D. Odardo Hennequin Tricassino illum ambiente, & qui tum Syluanectensem præsulatum tenebat, permutare, quod ægre annuit, & dictum Syluanectensem episcopatum ex com-

mutatione accepit, & tandem vltimum vitæ diem clausit an. 1536. Nec vero prætereundum est, cum antequam Tricassinus antistes creatus esset, eximios libros typis mandandos procurasse, cuiusmodi sunt Gregorij Turonum episcopi opera, aliaque quamplurima illustrium scriptorum monumenta.

Superiobus adijciam alias à me aliquantis locis obseruatum, Tricassinam ciuitatem, aut incendio, aut bellorum impetu & aliis cladibus deformatam & deuastatam fuisse. Verum ea vastitas & clades quæ eidem ciuitati accidit, eamque media plus parte ignibus consumpsit, præfati episcopi temporibus 25. Maij an. 1524. huc adscribi meretur, eo verborum contextu quo in actis capitul. memoratæ ecclesiæ fusissimè descripta est, En igitur exemplar produco.

Mercurij 25. mensis Maij. anno 1524.

Propter subitam, repentinam & inauditam conflagrationem potioris partis ciuitatis Trecensis per incendiarios noctu in compluribus locis perpetratam, qua effectum est vt à domo ante quam pendet intersignium hominis Syluestris, vsque ad portas Burgundiæ & Beffredi omnia edificia, tam domorum quam sacrarum ædium, Templariorum S. Panthaleonis & S. Nicolai cum parte D. Ioannis in foro, necnon S. Abrahæ & tota hospitali domo S. Bernardi solo tenus concremata fuerint, & penitus diruta, tristissimum & miserandum spectaculum.

Veneris 27. Maij an. 1524.

Ob tumultuosam rerum mutationem, & incen-

diarios pertinaciter reliquias Vrbis igne consumere adnitentes per suppositos quosdam mendicantes pueros, à quibus nemo unquam cauisset, non est celebratum capitulum.

Mercurij prima Iunij. an. 1524.

Propter incommoda & grauem iacturam quam ecclesiasticus ordo ciuitas ipsa, imo & vniuersi Dioecesani passi sunt à repentina & miseranda admirabilique conflagratione & concrematione potioris partis & absque dubio opulentioris plagæ & situationis Ciuitatis Trecensis die festo S. Vrbani vltimate præterito in vigilia SS. Sacramenti altaris qui fuit quintus & vigesimus mensis Maij. durauit enim tam triste & funestum spectaculum, ab vndecima nocturna, vsque ad tertiam etiam nocturnam horam diei sequentis, adeo pertinaciter sæuiebat ignis ipse vt omnes miraculo tenerentur; autumantes pro tempore furorem diuinum descendisse, nisi tandem ipso die Sacramenti repertus fuisset puellus duodecim vel ad summum quatuordecim annos natus qui in domo speciarij seu Apothecarij, occulte conabatur ignem sub lecto accensum dimittere, vt ita ipso abeunte in cineres redigeretur dicta domus cum cæteris adiacentibus, nam captus detentus & interrogatus, ingenue fassus est se cum quibusdam alijs conscijs pueris, suasu tamen & monitione quorundam militum sibi magna promittentium, quorum nomina ignorabat ignem immisisse & præuiam pecuniolam quam adhuc habebat, ob tale facinus accepisse.

80. *Odardus Hennequin.* Trecis antiqua & splendida familia ortus fuit, & iam ab incunabulis

te adoleſcentia eccleſiæ Trecenſis canonicus,& Franciſci I.Regis Chriſtianiſſ. cui vnice charus erat eleemoſynarius extitit, compluribuſque ab eo beneficiis affectus, in quibus Syluanectenſi epiſcopatu donatus eſt; quem cum Trecenſi vt dictum eſt commutauit,cuius ſibi poſſeſſionem vindicauit anno 1527.die 27.menſis Martij. Præterea quibuſdam aliis beneficiis gaudebat,vt cœnobio de Virtuto in diœceſi Cathalaunenſi, & cœnobiarchia Lupina Tricaſſina, itemque Martiniana. Sed coactas ex vberrimis ſacerdotiorum prouentibus pecunias, excitandis extruendiſque ſui epiſcopatus ædibus& ædificiis impendit, quæ ſuperba quadam magnificentia exaggerauit, aliis item piis operibus inſumpſit. communem vero omnium viam inijt die 13. menſ. Nouemb. an. 1544. ætat. ſuæ 60. ſepultuſque in ſupradicta Trecenſi eccleſia die 14. eiuſdem menſis in media feræ eccleſiæ naui ſub æneo opertorio.

Nec vero cuiquam alienum viſum iri ſpero in hunc locum intexere quod in capitularib.actis de eius exequiis, funebri pompa ſupremique diei celebritate memoriæ proditum eſt in hæc verba.

Celebrentur hodie & dicantur vigiliæ ſolemnes cum pauſis debitis. die craſtina non omittetur, ſed prima cantabitur miſſa ordinaria de S. Martino ſtatim poſt primam in choro decantatam. duæ poſtmodum miſſæ de S. Spiritu & de B. Virgine Maria, poſt quarum celebrationem procedetur ad funus de- Ex actis capitul.die 13. Nouemb. an 1544.

ferendum ipsius defuncti, quod reperietur sepultum in domo episcopali, & ornatum seu indutum pontificalibus super grabatum, seu lecticam ad hoc specialiter confectam, non tripodem; sed 4 pedibus sustentatam, & ante vltimam missam quæ erit pro defunctis, afferetur in ecclesia, præsentandum primo & sistendum in naui ecclesiæ, & ibi cantabitur Salue Regina cum versiculis tribus; præterea præsentabitur & iacebit in choro durante vltima missa dicti defuncti corpus, qua dicta cum commendationibus quæ incipiunt, Non intres *in humabitur in media ferme naui. Et conuocabuntur; omnes quotquot sunt Trecenses & suburbanæ ecclesiæ (nisi forsan de monasterio Cellæ propter nimiam distantiam velis omittere) vt die crastina circa horam nonam matutinam conueniant & compareant funebri pompæ permansuræ iugiter & continue cum crucibus, quoadusq; vltima missa fuerit solemniter celebrata, & corpus defuncti terræ mandatum & solo conditum.*

81. *Ludouicus à Lotharingia.* Cum ab interitu D. Odardi Hennequin, solium episcopale Trecense octo mensibus, vacuum mansisset, tandem 13. die mensis Iulij an. 1545. illustrissimus D. D. Ludouicus à Lotharingia ad sacrum Trecensis diœceseos gubernaculum admotus est. Sed vt eius in episcopatum ingressus expressius & euidentius omnium oculis subijciatur, visum est mihi huc adscribere quæ in regestis seu commentariis Trecensis ecclesiæ ad memoriam perpetuam litteris consignata sunt prædicta die, ea vero sic habent.

habent.

Ad sonitum campanæ capitularis, ostiatimque per claustrarium iussu domini decani conuocatis omnibus & singulis huius ecclesiæ canonicis hac in Vrbe residentibus. Capitulantibus autem venerabilibus circunspectisque viris dominis & magistris N. Guillemel decano, Mauricio de Gye Maiore archidiacono, Nicolao Dumenchot cantore, Iohanne de Brion S. Margaretæ archidiacono, Ioanne Collet, Petro Choignot, Ioanne le Gruyer, Petro Pourrille, Ioanne Festuot, Ioanne Mergey, Hugone Lesperuier, Anthonio Choignot, Yuone le Tartrier, Nicolao Hennequin Odardo Bidault, Iacobo Guillemel, Leodegario de Montsaugeon, Ioanne Venel, Stephano Turquam, Ioanne Dorge, Guillelmo Iuuenis, Nicolao le Tartrier, Anthonio Pericard, Edmundo Symonnet & Claudio Blondet, aßistentibus reuerendo domino Abbate Claræualensi, Natale Coiffart ciuili, Marco Champy criminali locatentibus, Francisco Escarlatte Aduocato Regio, Nicolao Riglet maiore, Claudio de Marisy, Petro de Prouins, Nicolao Pinette, Claudio Mole, le Tartrier, Dionisio Clerey, Christophoro Angenoust, Petro Pythou & Mauroy electo, & Alexandro Bruché & compluribus aliis grauibus, honestis, nobilibusque personis, tam consiliariis quam scabinis & ciuibus Trecensibus. Post lecturam literarum prouisionis factam de episcopatu Trecensi nobili & egregio adolescenti. D. Ludo. à Lotharingia electo Trecensi factæ, in 18. ætatis suæ anno existenti & constituto administratori in spiritualibus & temporalibus Trecensis ecclesiæ per obitum & mortem bonæ memoriæ Odardi Hennequin olim Trecensis & nouissi- An. 1545. die 13. Iulij

mi episcopi extra Romanam curiam vipote Trecis, 15. die mensis Nouembris vltimate præteriti defuncti, pastoris solatio destitutæ administratori inquam dictæ Trecensis ecclesiæ donec 27. ætatis suæ annum attigerit, ex tunc prout ex nunc & contra vero & indubitato pastori ouium Trecensis diœcesis, de persona sua vt patuit per dictas bullarum apostolicarum literas de data Romæ, apud S. Petrū anno incarn. Dom. 1545. 5. Idus May. Pontificatus. S. Pontificis D. N. D. Pauli 3. an. 11. Receperunt Domini ita conuocati lætabundi & gaudentes obediendo mandatis D. N. PP. ipsum D. Ludouicum à Lotharingia, claris natalibus ortum in pastorem episcopum seu administratorem in temporalibus & spiritualibus huius diœcesis ad personam venerabilis viri M. G. Iuuenis huius ecclesiæ canonici procuratoris dicti D. Ludouici sufficienter fundati, quiquidem nomine procuratoris præstitit iuramentum in animam sui magistri prout omnino in libro iuramentorum super hoc confecto continetur.

82. *Antonius Carraciolus siue à Melfia.* Ioannem Carraciolum Principem Melfitanum in regno Neapolitano, & Subalpinæ regionis sub Rege Francisco. I. proregem, parentem fœlici fato sortitus est, qui eum liberalibus & ingenuis disciplinis imbuendum ad plenam vsque pubertatem 18. videlicet ætatis annum eruditissimis præceptoribus tradidit, cum vero manum ferulæ subduxisset, & ludimagistrorum potestate abijsset, palatinam auiicorum vitam sectaturus ad eiusdem Francisci regis aulam se contulit: verum cum aduer-

ceret,facultates ad expensas necessarias sibi non suppetere, nec posse pro animi sui voto in conspicua regiæ luce eminere,quippe qui sciret se summo loco & illustri prosapia æditum, ideoque supra vulgus caput erigere per optaret,aulicæ vitæ pertæsus in Phocensem prouinciam concessit, & aliquandiu austeram & solitariam vitam omni rerum humanarum cura expeditus egit in eo loco,in quo D.Magdalenam illustre pœnitentiæ specimẽ & exemplar mortalibus peccatorum nexibus irretitis tradidisse constans fama est: Inde in Carthusianam Parisiensem familiam secessit,sed antequam religionis tyrocinium expleuisset,posito Carthusiensi amictu,in Victorinum cœnobium ad Parisienses murosse cõtulit an.1538.cuius paulo post regularis cœnobiarcha est cõstitutus,tandemq; illud præfato D.Ludouico à Lotharingia concessit, à quo vicissim Tricassini prę sulat⁹ iura accepit, statimq; illius possessionem adeptus,& in Tricass.ecclesiam more maiorum ingressus die 13 mensis Decẽb.an.1551.Is proculdubio antistes eximia quadam dicẽdi & publice orãdi facultate insignis erat, aliquotq; annos pontificiũ munus studiose & ex publico vsu administrauit,ac diuini verbi pabulum diœcesanis suis egregius ecclesiastes exhibuit. Verum cũ è viuis exempto rege Henrico.2.itemq; Frãcisco 2. Caluinistæ cæteriq; segreges, liberius peruersorum dogmatũ venena in populum spargerent, & hæreticæ prauitatis virus diffunde-

In codice epistolarũ Italicarum quæ à H. Rustelly collecta & per F. de Belleforest

rent, aditumq; sibi in celebriores Galliæ ciuitates patefacerent, infœlix præsul rerumque nouarum appetentissimus, volubilis animi leuitatem indicauit: nam ambitiosa honoris cupiditate ductus, cum quibusdam Caluinianæ sectæ fautoribus vitæ consuetudinem habuit, quorum blanditiis & fraudibus delusus, fore sibi promittebat vt sub Carolo 9. rege impubere, insignis aliqua mutatio in regno fieret, hancque viam sibi expeditam esse ad rem domesticam augendam, amplioresque facultates nouis accessionibus cumulandas, publice (proh nefas) ô ecclesiæ Tricassinæ dedecus & maculam! in eadem ecclesia & alibi contra dictamen conscientiæ & secus quam in animo forte sentiebat, sectariorum dogmata pro concione tradidit & professus est, imo & impius Caluiniani erroris minister effici voluit, abiectisque episcopatus ornamentis ac insignibus, non sine maximo omnium scandalo; eorumdem sectariorum se antesignanum præbuit an. 1561. paucisque post annis in castelli noui oppido quod in Aureliana diœcesi situm est sub finem an. 1569. interijt, humatusque in eiusdem oppidi fano. Non defuerunt autem qui astruerent, eum paulo ante obitum repudiatis fallarum opinionum commentis, cum S. Romana ecclesia in gratiam reuersum fuisse & catholicæ religionis puritatem & fidem agnouisse, quod fidenter dicere vix audeo. Quæ autem de dicto Anthonio à me com-

Gallicæ factæ sũt, extat epistola eiusdem A. à Melphia ad Corneliũ Mussũ Bituntinum episcopum missa in qua regis Henrici 2. ex inflicto vulnere interitũ prolixe & venuste describit pag. 185 eiusdem codicis.

memorata sunt, mihi narrauit D Guillelmus de Taix Tricassinæ ecclesiæ decanus, è Cloya agri Vindocinẽsis viculo, nobili prosapia oriundus, vir summi ingenij politiorisque literaturæ, qui septuagenario maior naturæ debitum persoluit die 6. mẽsis Septemb. an. 1599. Is decem vel duodecim viuidioris suę ætatis annos in prædicti Anthonij ministerio transegerat, cui valde charissimus erat. qui etiam referebat præfatum Anthonium Romam an. 1557. concessisse, vt Paulum 4. pontif. max. sibi agnatione coniunctum inuiseret, & officij gratia adiret consisteretque, sperabat enim se ab eo ad summã Cardinalatij honoris amplitudinem promouendum, aut saltem insigne aliquod beneficium accepturum: verum cum spe excidisset sua, in Galliam ocyus reuersus est: in regressu autem per Geneuensem ciuitatem iter habere illi contigit, in qua aliquandiu commoratus, Ioann. Caluini & Theodori Bezæ familiarissima consuetudine vsus est, & iam tum cum indignatione quam ex eo conceperat, quod in Rom. curia votorum compos factus non esset, tum innata sibi animi leuitate & inconstantia, vt superius dixi, à recto fidei tramite cœpit deflectere, & ad nouas sectariorum opiniones sese conuertere, non quidem palam & aperte donec ad calamitosa dicti regis Caroli 9. tempora peruenisset, sed occulta quadam molitione, & velut cuniculis actis, aheneum catholicæ veritatis murum impugnabat: nihilominus

qui oculatiores & perſpicaciores erant latentes in eius mente errores ex ambiguis quibuſdam & dubiis propoſitionibus quibus conciones ſuas perſpergebat non magno negotio ſtatim deprehenderunt. Et hic, moleſtę nimis & triſti narrationi finem impono.

83. *Claudius de Bauffremont.* Is erat filius Claudij de Bauffremont & Annæ de Vyenne antiquæ nobilitatis genere ortis, & ad Tricaſſinum pontificatum acceſſit, reſignante ei & decedente dicto Melphitano, cui annuã quatuor mille & quingentarum librarum turon. penſionem ſoluebat. Sacris vero ſuæ inſtitutionis literis à Pio 4. ſummo pontifice acceptis, mox in poſſeſſionem eiuſdem epiſcopatus miſſus eſt, & die 23 Maij, anni 1563. ſolẽni more in Trecenſi eccleſia exceptus, quarum litterarum priorem clauſulam huc profero. *Pius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilecto filio Claudio de Bauffremont electo Trecenſi ſalutem, &c. Sane eccleſia Trecenſis cui iniquitatis filius Anthonius Carraciolus olim epiſcopus Trecenſis præſidebat, ex eo quod idem Anthonius propriæ ſalutis immemor in manifeſtam & eam quæ nulla poteſt tergiuerſatione celari notoriam hæreſim incidit, ac à fide Catholica & eccleſiæ gremio ad hæreticos in pleriſque regni Franciæ partibus paßim graſſantes publice defecit, cenſuras ac pœnas etiam priuationis regiminis & adminiſtrationis dictæ eccleſiæ damnabiliter incurrendo paſtoris ſolatio deſtituta. Nos in quorum manibus dictus Anthonius qui eccleſiam prædictam poſt incurſam hæreſim ac defectionem huiuſmodi*

adhuc detinebat, regimini & administrationi præfatis hodie sponte & libere cessit, quique cessionem huiusmodi tametsi stantibus præmissis opus illa non esset, ad abundantiorem tamen cautelam duximus admittendam ad prouisionem dictæ ecclesiæ celerem & fœlicem ne ecclesia ipsa longæ vacationis exponatur incommodis paternis & sollicitis studiis intendentes, &c. Hæ autem litteræ. *Datæ sunt Romæ an. incarn. Dom.* 1561. 3. *non. Mart. Pontif. an.* 3. Ille autem Claudius pius & religiosus antistes, propenso in literatos & virtute excultos homines animo, diutinum pacatumque episcopale curriculum emensus est, tandemque die 24. mens. Septemb. an. 1593. ætat. suæ 64. ad Deum migrauit apud Sceyum ad Ararim patrimoniale sibi superioris Burgundiæ oppidum, & in sacello fani eiusdem loci, maiorum suorum piis largitionibus extructo & dotato tumulatus, quod eius cadauer sæuientibus & æstuantibus in Gallia bellorum plusquam ciuilium incendiis, in Tricassinam ecclesiam commode deferri non potuerit. *Sceysur Saone en la comté de Bourgoigne*

84. *Renatus de Breslay. Andegauensis.* Supradicto Claudio vita functo, D. Renatus Benedictus Doctor Theologus Parisiensis à Rege Henrico 4. ad episcopatum Trecensem nominatus & designatus est, eiusque prouentibus & vniuersis fructibus ad annum vsque 1604. potitus. cum enim tum intelligeret, se à Rom. Pontifice ægre prouisionis & institutionis diploma impetraturum, dictum episcopatum D. Renato de Breslay tunc ecclesiæ


Andegauensis canonico & maiori Archidiacono concessit, qui regia nominatione munitus, & à Paulo PP. 5. confirmatus, eiusdem episcopatus possessionem per procuratorem adeptus est die 20. Septemb. an. 1605.

Explicit Catalogus Episcoporum Tricassinorum.

CVM ad colophonem & coronidem breuis tractatus siue collectio historiæ & ordinis successiui episcoporum Tricassinorum perductus esset, visum mihi est, vt suis omnibus numeris opusculum absolueretur, in hunc locum quædam acta & publica hypomnemata inserere, quæ formam & modum seruari solitum, cum præfati episcopi primum in ciuitatem & ecclesiam Tricassinam ingrediuntur luculento verborum contextu sub oculos subijciunt, ne qua in posterum super earum rerum obseruatione controuersia exoriatur. Hęc est igitur memoratorum hypomnematum series quę ex variis locis exprompsi & exhausi: quibus velut auctarium, excerpta quædam tum ex actis capitularibus, tum ex aliis vetustis codicibus ecclesiæ Tricassinæ adijciam, quæ omissa fuere, cum de antiquitatibus & rebus in eadem ecclesia notatu dignioribus ageretur.

C'EST LA MANIERE

qu'on a accoustumé de tenir quand Monseigneur l'Euesque de Troyes faict nouuellement son entrée.



QVAND Monseigneur l'Euesque fait son entree, il doit venir en l'Eglise de nostre Dame aux nonnains de Troyes la veille de sadicte venue à cheual iusques dedans les lisses à la croisette, & illec doit descendre, & tantost l'Abbesse nostre Dame ensemble son Conuent en procession luy viennent au deuant. Et quand il est illec descendu ladite Abbesse prent le cheual qu'il a cheuauché, & l'en fait mener comme sien, & puis ledit Euesque va au chapitre desdites Dames, & se doit aller vestir & aller au grãd Autel de ladite Eglise, & faire son serment, & le bailler par escrit à ladite Abbesse, & luy doit ladite Abbesse pour luy & pour ses gens son giste ledit iour & non plus, & ledit Euesque doit auoir le lict sur lequel il a gehu se ils n'ont cõposition. Item le lendemain au matin en l'Eglise de Troyes on sonne Prime & Tierce, & quand elles sont chantees, s'il est Dimanche le sepmainier doit faire l'eau beniste au reuestiaire tandis qu'on chante Tierce, & apres s'assemblent les processions de ladite Eglise & de sainct Estienne, S. Loup, S. Martin, l'Isle, les ordres Mendians, & tous

Extraict du Cartulaire de l'Euesché de Troyes.

les Curez, & viennent tous en ladite Eglise de Troyes en chappes de soye, excepté ceux de l'Isle & les Mendians. Item le Sousdiacre chanoine sepmainier de ladite Eglise reuestu solennellement tenant le texte auquel est escrit le serment que doit faire ledit Euesque sur l'Autel de nostre Dame à Messeigneurs les Doyen & Chapitre de Troyes en la presence des Tabellions publicqs & tesmoings, &c. & partent de ladite Eglise de Troyes lesdites processions en ordre deux à deux, & s'en vont pardeuant l'Eglise S. Estienne tout droit à nostre Dame, & vont premiers les freres mineurs, les freres prescheurs, & les freres de l'Isle, & chacun desdits colleges leurs croix deuant, ainsi comme aux processions generales. Item apres ceux de la Trinité vont ceux de S. Anthoine, ceux de Monstierlacelle, & ceux de S. Vrbain, mais pource que lesdits de Monstierlacelle vouloient aller derriere lesdits de S. Vrbain, & qu'à l'occasion de ce y a eu au temps passé grands debats, il a aucunefois esté aduisé qu'il valoit mieux que lesdits de Monstierlacelle, pour euiter tous debats & esclandres ne veinssent point à ladite procession. Item tous les enfans de chœur, chanoines, & non chanoines, & coquatriz vont en procession deux à deux. Item apres ce ledit sousdiacre reuestu à tout le texte comme dit est, ensemble les deux enfans de choeur sepmainiers tenans deux cierges en deux chandeliers d'argent. Item les

deux enfans pourfeurs tenans les deux encenfiers d'argent & du feu dedans. Item vn autre enfant de chœur tenant la nacelle d'argent pleine d'encens. Item vn autre enfant de chœur qui porte l'eau benifte en l'anceau d'argent,& l'efpargeoir d'argent. Item tous les Curez en chappes de foye. Item les vicaires & beneficiers de S. Eftienne, & apres ceux de S. Pierre va le fouf-chantre qui doit commencer au partir de S. Pierre *Saluator mundi,&c.* & a le gouuernement de toute la proceffion. Item vont les demis chanoines de S.Eftienne,& de S.Pierre, & les religieux de S.Loup,& de S.Martin deux à deux. Item meffieurs de S. Eftienne & de S. Pierre deux à deux,les dignitez deux à deux,les Abbez & Doyens de S. Pierre & de S. Eftienne vont comme eft accouftumé és proceffions generales, c'eft à fçauoir, vn Abbé & vn Doyen. Item apres doiuent eftre tous les marguilliers aux verges defdites Eglifes, & vont lefdites proceffions en l'Eglife de noftre Dame, & là doiuent trouuer deuant le grand Autel ledit monfieur l'Euefque reueftu en pontifical, & monfieur le Doyen de Troyes prend le texte que tient ledit foufdiacre & le porte fur le grand Autel,& fait faire le ferment audit monfieur l'Euefque, & le doit lire audict texte en la prefence de tous meffeigneurs de l'Eglife de Troyes des Tabellions publicqs & tefmoins à ce requis & inftrumens, apres ce,eft prefte la chaire couuerte d'vn poifle de

ſoye & des carreaux. & doit eſtre d'illec porté dés le portail de noſtre Dame iuſques à l'entree du chœur de S. Pierre par les quatre Pers de Mery, & s'en retournent leſdites proceſſions par la cité en ordonnance comme à venir, à l'entree de l'Egliſe de Troyes ledit ſouſdiacre, les enfans aux cierges, aux encenſiers, à l'eau beniſte, les vicaires & le ſouſchantre, qui attendent M. le Doyen lequel donne audit M. l'Eueſque baiſer le texte, de l'encens & de l'eau beniſte, & apres le ſouſchantre commence, le reſpond *Honor, &c.* à l'entree du chœur l'on deſcend Monſieur l'Eueſque de ſa chaire, & s'en vient deuant le grand Autel, & dit haut, *A Domino factum eſt, &c.* Collecta. *Actiones.* Et apres ce, ſe doit retourner deuers le peuple, & leur donner la benediction, *Sit nomen Domini, &c. Adiutorium, &c.* & apres ce, le grand archidiacre de Sens ou autre pour luy ayant la puiſſance à ce le doit inſtaller en la chaire Epiſcopale, & apres ce s'en va au reueſtiaire ſoy veſtir pour la grand Meſſe, & auec luy le Diacre & ſouſdiacre, chanoines ſepmainiers, l'Autel doit eſtre paré comme à feſte annuelle, & porter ſus les reliquaires du treſor, & le luminaire comme à feſte double, les deux chanoines ſepmainiers choriers, & doit eſtre la Meſſe ſolemnee comme à feſte double, & doiuent demeurer leſdites proceſſions au lõg de la Meſſe. Item au diſner que fait monſieur l'Eueſque celuy iour pour ſon entree &

Le Sieur Eueſque doibt à ladite entree faire vne pauſe ſans deſcẽdre ny ſe leuer de ſa chaire.

bien venue doit aucun vicaire ou autre homme d'Eglise lire en chantant par maniere de leçon au commencement du disné & à la fin.

PROCEZ VERBAL DES

ceremonies obseruees en l'Eglise Abbatialle nostre Dame de Troyes à la reception de M. Hennequin euesque de Troyes.

A Tous ceux qui ces presentes lettres verront Charles du Plessis, Seigneur de Sauonnieres Conseiller & premier maistre d'hostel de madame mere du Roy nostre Sire, Preuost de Troyes, & garde du scel de ladicte Preuosté, Salut. Sçauoir faisons, que l'an de grace 1527. le samedy 28. iour de Mars auant Pasques, Edmon Cousin, & Guillaume Rogier clercs, notaires iurez & establis à ce faire és bailliages & preuosté dudit Troyes, requis par venerable & discrette personne messire Nicole Peleux prestre chanoine de l'Eglise collegial S. Estienne de Troyes, & honorable homme Iean Sauetier practicien au bailliage dudit Troyes ou nom, & comme procureurs en speciaux de Religieuses deuotes & honnestes Dames les Abbesses, Religieuses & Conuent de l'Eglise & Abbaye nostre Dame aux nonnains dudit Troyes de l'ordre S. Benoist, se transporterent enuiron les quatre heures apres midy dudit iour, tant en la grand place deuant la closture & fer-

mette de ladite Abbaye que au dedans ladite closture & Conuent, pour voir en chacun lieu rediger & faire instrument par iceux notaires des actes, ceremonies, & choses qui y feroient faites à la venue & nouuelle entree de reuerend pere en Dieu monseigneur maistre Odard Hennequin par la permission diuine, & du S. siege Apostolique à present Euesque dudit Troyes comme ses predecesseurs & antecesseurs Euesques dudit Troyes auoient faict & accoustumé faire chacun en leur temps & à leur nouuel aduenement & entree audict Conuent, & trouuerent en ladite grand place communément appellee les places nostre Dame qui est prochaine, & attenant de l'estre ou fermette d'icelle Eglise, grand nombre de peuple des trois estats dudit Troyes & des enuirons d'icelle ville qui croissoient & affluoient de tous costez tant à pied que à cheual, entre lesquels vindrent & arriuerent plusieurs notables personnages en apres nommez, honorablement vestus & en grand honneur, Sçauoir est, Reuerends Peres en Dieu Anthoine Gerard Abbé de l'Eglise & Abbaye de Monstierlacelle lez ledit Troyes, Nicolas Prunel Abbé de l'Eglise & Abbaye S. Loup dudit Troyes, frere Anthoine de Vyenne Abbé de Clereuaulx, Victor Thiru Abbé de Larriuour, frere Nicole de Champigny Abbé de Bolancourt, nobles & scientifiques personnes maistre Nicole le Bascle Doyen de l'Eglise de Troyes, Iean Ver=

dot grand archidiacre, Iean Hennequin archidiacre de Margerie, Iean Raguier archidiacre d'Arceys, Nicole Dumanchot chantre & chanoine en l'Eglise dudit Troyes, Gilles Guillaume Doyen, Macey Michelot Tresorier, Claude le Lirey dict Boulangier celerier, Iean de Fontaine scolastique, Iacques de Lirey souschantre en l'Eglise S. Estienne, Nicole Clement, Iacques Turquam, Iean Huyard le ieune, Iean Huyard de lanis, Ieā Collet official dudit Troyes, Iacques Riuot chanoines & plusieurs autres beneficiers esdites Eglises, nobles hommes & sages maistres Christofle Merille lieutenant general, Marc Champy lieutenant criminel, Iean Bazin lieutenant particulier, Anthoine Huyard aduocat, Nicolas Boucher procureur & Conseillers du Roy au bailliage dudit Troyes, François de la Roere escuyer sieur de Chamoy, maistres Panthaleon le Peleterat, François Mauroy licenciez és loix esleuz pour le Roy nostre Sire à Troyes, Iacques Dorigny Maire, Nicolas Goiaust procureur des habitans dudit Troyes, honorables hommes & sages maistres Anthoine de Vitel, Iacques de Villiers, Edme Barbette, Charles de Vitel, Iean de Heurles, Estienne de Montsaujon, Pierre Gombault, Iean Iaquinot, Iean Huyard, Iean Richard licenciez és loix, Claude Molé Lesnel sieur de Villy le mareschal, Iean Dorigny sieur de Vaucharcix, Iaques de Marisy seigneur de Charley, Claude de Marisy

ſieur de Ceruel grenetier de Troyes, Charles du Monſtier ſieur de Cheſley, & pluſieurs autres en grand nombre tous accompagnãs à cheual ledict reuerend eueſque, lequel reuerend monté ſur vne mule ayant vn roquet ou ſurpelis de linge blanc ſur ſa robbe, & vn camal de ſatin noir par deſſus, arriua au carre & bout dudit cimetiere pardeuers la rue noſtre Dame dudit Troyes, en vn lieu d'ancienneté nommé la croiſette ou leſdites Abbeſſe Religieuſes & Conuent auant leur reformation auoient accouſtumé receuoir en proceſsion chacun des autres Eueſques dudit Troyes à leur entree en ladicte Abbaye noſtre Dame, & illec leſdits reuerend & autres notables perſonnages ſe ſeparerent & mirent en deux rangeès, & incontinent apres partirent dudit monaſtere, & furent enuoyez par leſdites Abbeſſe & Religieuſes, au lieu d'elles pource qu'elles ſont en reformation & cloſtures les chanoines d'icelle Egliſe noſtre Dame en belle proceſſion reueſtus de chappes la croix deuant quatre petits enfans de chœur en ſurpeliz portant luminaire & eau beniſte, & l'vn deſdits chanoines le texte des Euangiles, & marcherent entre leſdictes deux rangees iuſques à la perſonne dudit reuerend, qu'ils trouuerent arreſté audict lieu de la croiſette, & l'amenerent en proceſsion au dedans de la cloſture & deuant la ſeconde porte & fermette qui eſt l'entree du cloiſtre d'iceluy monaſtere, à laquelle porte fut frapé

pluſieurs

plusieurs fois disant par ledit reuerend euesque que c'estoit le lieu où il deuoit descendre & estre reçeu par lesdites Abbesse, & Religieuses, qui comme reformees ne pouuoiét partir ne aller audit lieu de la croisette où ses predecesseurs auoient esté par elles receuz auparauant leurdicte reformation, & apres ouuerture faite, iceluy reuerend Euesque descendit à terre, trouua Dame Marie du Monstier Abbesse auec grand nombre des Religieuses d'icelle Abbaye, laquelle Abbesse apres luy auoir faict la reuerence en grande humilité print & saisit la mulle d'iceluy reuerend scellee & houssee, ainsi que dit est, comme sienne, la bailla & mist és mains de Pauquet Artelier, donné en icelle Abbaye qui l'amena en l'estable d'icelle Abbaye. Ce faict, ledict reuerend Euesque baisa le texte d'Euangiles Asperges, & ietta eau beneiste ausdictes Abbesse & Religieuses qui le reçeurent reueramment, & en signe de grande humilité passerent lesdicts chanoines & enfans de chœur en procession par le cloistre d'icelle Abbaye pour aller en l'Eglise dudict couuent, lesquels furent suiuiz aussi en procession par lesdictes Religieuses, chantans anthiennes & respons, & apres eux lesdicts reuerends Euesque & Abbé de Clereuaulx, & ladite Dame Abbesse tenant & menant par la main iceluy euesque, & derriere eux plusieurs des deuant nommez & gros nombre de peuple hommes & femmes, & entrerent

en l'Eglise desdictes Religieuses au lieu où sont les chaires esquelles elles chantent cothidiamement leurs heures canonialles qui est clos & enuironné de muraille, duquel lieu l'on void droictement au grand autel de ladite Eglise par vn gry, fait dés le temps de ladite reformation, & illec ledit reuerend Euesque ainsi conduit & mené par ladicte Dame Abbesse se mist à genoux, feit sa priere, & chanterent lesdictes Religieuses vne antienne, luy presenta ladite Dame vn liure sur lequel il chanta le verset, *A Domino factum est istud*, La collecte & oraison, *Actiones, &c.* à lui par elle monstree, duquel lieu se partirent lesdictes gens d'Eglise & Religieuses en procession, & fut aussi ledict reuerend mené par ladicte Dame, & suiuy dudict peuple ou chapitre d'icelle Abbaye, & illec osta son camail, luy bailla icelle Dame Abbesse, vne chappe de drap d'or qu'il vestit, pareillement mist en sa teste vne mittre, & en sa main vne crosse, en luy presentant vn fort ancien liure où estoit escrit le texte des Euangiles, & les parolles que ledict reuerend estoit tenu dire & proferer par serment, comme ses predecesseurs euesques dudit Troyes auoyent tousiours accoustumé faire sans difficulté à leur nouuel aduenement & entree audict monastere, aussi monstra audit reuerend icelle dame abbesse l'autel qu'elle auoit fait illec dresser & disposer pour faire & receuoir ledict serment, requerans & supplians par lesdictes

Religieuses audict Reuerend auoir esgard à ce qu'elles n'auoient esté au deuant de luy en procession iusques audit lieu des croisettes au moyen de leur closture & reformation, & consentir que la procession & reception faicte de leur ordonnance par leursdits chanoines fust d'autant d'effect & vertu pour les prerogatiues, tiltres, droicts, & possessions d'icelles Religieuses, comme si elle eust esté par elles faicte, ce que ledit reuerend voulut, consentit, & accorda comme raison veut; disant outre que dés à present vouloit fournir faire & accomplir ce qu'il estoit tenu, & que ses predecesseurs auoient accoustumé faire à leur entree audit monastere fust audict chapitre ou autre part, demandant à ladicte Dame Abbesse s'elle auoit fait illec venir notaires pour en faire rapport acte & instrument à son profit, à quoy fut respondu que lesdicts Edmon Cousin & Guillaume Rogier y estoient presens pour ce faire, apres lequel propos & declaration iceluy reuerend se tira pres ledict autel sur lequel estoit ledict liure, & illec en l'estat dessusdict, & en presences des deuant nommez, & grand nombre de peuple assemblé dist & profera à haute voix ce qui s'ensuit, *Ego Odardus Hennequin Trecensis episcopus iuro me obseruaturum iura franchisas libertates & priuilegia huius monastery B. Mariæ ad moniales sic me Deus adiuuet, ad hæc sancta Dei euangelia.* Et en ce disant mist la main sur ledict liure, disant à ladite Abbesse, madame, i'ay

faict serment de garder vos droicts, ie vous promets que ie n'y contreuiendray point, ce faict, maistre Nicole Maillard prestre és mains duquel fut mise ladicte crosse, commença à chanter à haute voix, *Humiliate vos ad benedictionem*, au moyen dequoy le peuple illec estant en grand nombre, tant hommes que femmes, se mirent à genoux, & receurét la benediction dudit reuerend euesque, quoy faict ladite Dame print ladite crosse, osta à iceluy reuerend sa mittre & chappe, le print par la main comme deuant auoit fait, & le conduisit auec ses Religieuses, en procession iusques au lieu deuant ou elles l'auoiét trouué & receu à l'entree de ladite fermette & porte de reformation, demeura ledict reuerend ou corps d'hostel deuant estant & respondant sur la premiere court d'icelle Abbaye pource que par icelle Dame luy auoit esté dict que ainsi le deuoit faire & coucher la nuict audit lieu ainsi qu'auoient tousiours faict ses predecesseurs sans aucun contredit, auquel elle deuoit le lict & coussin où il coucheroit seulement, & que le lendemain il y deuoit estre leué par les quatres barons dudit euesché, & receu par les Doyen chanoines & chapitre de son Eglise de Troyes apres ce qu'il leur seroit presenté par elle où par celuy qu'elle y commetteroit, & à tant se departirent lesdits notaires, & le lendemain iour de Dimanche 29. dudict mois de Mars enuiron l'heure de huict heures du matin à

la poursuitte que dessus lesdicts notaires se transporterent derechef audit monastere, & virent sortir ledit reuerend en grosse compagnie d'iceluy couuent par la mesme porte qu'il auoit entré trouua en ladicte premiere court plusieurs Abbez, Gentilshommes, & autres notables personnages, tant officiers du Roy que bourgeois dudit Troyes qui illec l'attendoient, & en telle compagnie accoustré de son roquet & camail se transporta & passa par le portail, & Eglise nostre Dame dedans le chœur de l'Eglise d'icelle Abbaye respondant à la grand grille dont dessus est parlé, & d'illec au reuestiere ou sacristie, ioignant audit chœur auec son Bailly dudict eueſché & autres ses officiers, auquel il demeura par quelque espace de temps, furent appellez à l'huis d'icelle à haute voix par Nicolas Fremy sergent dudit eueſché, les seigneurs d'Anglure, sainct Iust, les Molins & Bannalite de Mery sur Seine & de Poussey, sçauoir s'ils estoient illec presens pour faire leurs deuoirs en tel cas requis & accoustumez enuers ledit reuerend euesque à sa bien venuë & entree audit couuent côme ses vassaux & barôs desquels & en ce qui en fut fait audit lieu de la sacristie lesdits notaires ne se trouuerét, bien veirent lesdits vassaux entrer l'vn apres l'autre, sortit ledit reuerend euesque dudit lieu, se tira pres ledit grand Autel où il deuoit faire ledit serment, & comme dit est respondant à ladite grand grille, à la-

quelle estoient & regardoient lesdites Dame Abbesse & Religieuses, les actes & ceremonies qui se failoient, & en presences desdicts notaires, icelle Dame Abbesse commist & deputa au lieu d'elle ledit reuerend Abbé de Clereuaulx pour faire la presentation dudict reuerend euesque ausdits Doyen & chapitre dudit Troyes, & autres gens d'Eglise comme leur euesque & pasteur, ce que ne pouuoient faire lesdites Abbesse & religieuses obstant leurdite closture & reformation ainsi qu'elles auoient accoustumé laquelle charge & procuration il accepta, & se tira pres ledict reuerend euesque, lequel il vestit au lieu de ladite Abbesse d'habits pontificaux, crosse & mittre, par deuers lequel arriuerent en procession plusieurs gens d'Eglise, entre autres les Doyen, chanoines & chappitre dudict Troyes & autres, tant seculiers que de religion en grand nombre auec luminaires, & tous reuestus de chappes & somptueux habits d'Eglise, chantans antiennes & respons, & apres eux grand nombre desdits Prelats, officiers, nobles, marchands, & bourgeois dudit Troyes, & d'ailleurs se tirerent pardeuers iceluy reuerend Euesque en grand reuerance & honneur ledit maistre Nicole le Bacle Doyen accompagné entre autres desdits Dumanchot chantre, Turquam & Clement, chanoines dudit Troyes, iceluy Clement portant le texte d'Euangiles ausquels fut par ledit reuerend Abbé de Clereuaux

dit & exposé pour la dicte Dame abbesse & tout son couuent que ne pouuant venir pour leur fermette & closture audit chœur, combien que comme dit est elles fussent audict gril voyans & aduoüans l'acte cy apres declaré, il estoit par elles commis comme avant droict & leur appartenoit de leur presenter, & audict nom de procureur & commis ayãs de ce prins charge, presentoit ausdits Doyen chanoines & chapitre dudit Troyes ledit reuerend Euesque pour estre par eux & autres assistans auec leur procession conduit & mené iusques en ladicte Eglise S. Pierre, & en icelle reçeu comme ses predecesseurs auoiét esté par cy deuant, & que pour ce faire estoit illec preparé, & leur monstra vne chaire paree donnee & liuree par lesdits de S. Pierre disposee pour y mettre & asseoir audit nom ledit Reuerend euesque, & estre porté par lesdicts Barons, à quoy par ledit reuerend fut dit que la porte & issue dudit chœur estoit fort basse, & qu'il estoit besoin retirer ladite chaire hors d'icelle pour y estre assis pour la seureté de sa personne, ce qui fut fait, & fut ladite chaire portee iusques à la chappelle S. Anthoine de ladite Abbaye, & lesdits venerables auec grande humilité & reuerence reçeurent iceluy reuerend comme leur pasteur & euesque, & luy presenterent ledict texte d'Euangiles, & luy prierent que en ensuiuant ce que ses predecesseurs auoient accoustumé faire à leur nouuel aduenement, il luy pleust

faire le ferment à ce requis & contenu audit texte, ce qu'il accorda, & se retira pardeuers ledit grand Autel ou illec apres ouuerture d'iceluy texte dit publiquement à haute voix & fist le serment acoustumé, & en ce faisant maistre Felix Paris souschantre de ladite Eglise sainct Pierre commença à chanter l'antienne *Alma redemptoris, &c.* & tout le clergé assistans auec luy se departirent d'illec en procession, fut ledit reuerend euesque mené par ledit Abbé de Clereuaux comme procureur de ladite Abbesse iusques en ladite Chappelle S. Anthoine, & illec par luy mis & intronisé en & sur ladite chaire, & esleué par lesdits barons, & porté en ladite Eglise S. Pierre où il chanta & celebra la grande Messe, dont & desquelles choses lesdictes Dames Abbesse & religieuses requirent & demanderent lettres d'instrument ausdicts notaires qui leur octroyerent ces presentes pous leur seruir & valoir en temps & lieu, ce que debura. Lesquelles en tesmoing de ce nous auons scellé des scel & contrescel de ladicte Preuosté par le rapport desdicts notaires, auec leurs seings manuels, ce fut faict les an & iour dessusdits, Signé en fin Rogier & Cousin auec paraphes.

PROCEZ VERBAL DES *debuoirs faicts à M. de Melphes Euesque de Troyes par les Pairs de son eueschê.*

L'An de grace 1551. le Dimanche 13. iour de Decembre, A la poursuitte, diligence, & requeste de honorable homme maistre Alexandre Bruchie ou nom & comme procureur de reuerend pere en Dieu messire Anthoine de Melphe par la permission diuine euesque de Troyes, Charles de Gruy & Anthoine Bruchie notaires du Roy nostre Sire és bailliage & preuosté de Troyes, se transporterent enuiron l'heure de sept à huit heures du matin dudit iour au chœur derrier de l'Eglise nostre Dame aux nõnains de Troyes où ledit reuerend entra en vne chappelle estant audit chœur appellee le confessionnal ou reuestiere auquel reuerend illec estãt present lesdits notaires par noble homme & sage maistre Pierre Pitou licencié és loix, son bailly en ses terres & seigneuries dudit eueschê, fut dit & exposé que par vertu des lettres de commission par luy decernee comme Bailly dudit euesché auroit esté signifié, & deüement faict assauoir aux sieurs d'Anglures, sainct Iust, Poussey & des Molins, & Riuiere bannal de Mery sur Seine, comme par les exploits de ce faicts par Simon Mozard sergent audict bailliage il fit apparoir qu'ils

euſſent à comparoir cedit iour à ladicte heure pour par leſdits ſignifiez faire leur deuoir à cauſe de leurſdites terres & ſeigneuries tenuës & moüuans en fief dudit eueſché, & porter ledit reuerend en chaire & eſtat epiſcopal dés ledit chœur d'icelle Egliſe en ſadite Egliſe & ſiege epiſcopal, & qu'ils auoient eſté appellez à la porte dudit chœur de ladite Egliſe noſtre Dame par ledit Mozard ſergét dudit eueſché, pour ſçauoir ſi leſdicts ſieurs Barons eſtoient venuz pour faire les debuoirs qu'ils eſtoient & ſont tenus de faire. A ce comparurent en leurs perſonnes nobles ſieurs François de Sallezard Baron dudit S. Iuſt, Iacques Raguier Baron dudit Pouſſey, & maiſtre Oliuier Fauier Baron des Molins & Riuiere Bannale de Mery,leſquels & chacun d'eux ſe preſenterent pour faire ledict debuoir, & au regard du ſeigneur d'Anglures y comparut par Nicolas de Staldorf eſcuyer Cappitaine dudict Anglures, pour haut & puiſſant ſeigneur meſſire Iacques d'Albon cheualier de l'ordre l'vn des Mareſchaux de France, ſeigneur de S. André, lequel de Staldorf auroit dit que audit ſeigneur Mareſchal appartenoit la terre & ſeigneurie d'Anglures pour la moictié,& comme tel ſe portoit pour ledit ſieur Mareſchal,'& offroit faire le debuoir qu'eſtoit tenu faire, comparut auſſi Dame Marguerite de Velu vefue de feu noble ſieur Michel de Poiſeux dit Capdorat en ſon viuant cheualier ſieur de Val-

lery Foujon & Anglures, laquelle dist audict seigneur reuerend qu'elle estoit vraye dame vsufruictiere de ladicte terre & seigneurie d'Anglures pour le tout, & que la proprieté d'icelle seigneurie comme ayant à elle appartenu elle en auoit fait donation à l'hostel Dieu de Paris, & auoit remonstré que la jouyssance que ledict sieur Mareschal auoit en ladite terre & seigneurie estoit par force, partant requeroit estre reçeüe par ledit sieur reuerend audit debuoir, ce que empescha ledit de Staldorf, surquoy fut par ledit reueréd dit, attendu que les parties estoient d'accord que ledit sieur Mareschal estoit jouyssant & en possession de la moityé d'icelle Baronnie d'Anglures que ledit de Staldorf cóme procureur dudit sieur Mareschal seroit receu à faire ledit debuoir auec lesdits autres Barons à la charge qu'il seroit tenu apporter procuration speciale au cas & suffisante dudit sieur Mareschal dedans six sepmaines, ce que ledit de Staldorf promist faire sans preiudice toutesfois des droicts pretendus par ladite dame de Velu, & des droits d'autruy, quoy faict ledit reuerend seroit sorty de ladite chappelle, & entré audit chœur, auquel apres auoir esté vestu d'habits episcopaux, fut iceluy reueréd mis & asis en sadite chaire, laquelle, c'est assauoir, ledit de Staldorf pour ledit sieur d'Anglures deuant du costé dextre ledit sieur de S. Iust aussi deuant, du costé senestre, ledit sieur de Poussey derriere, du costé dextre, & ledict

ſieur des Molins & Riuiere bannal de Mery aussi derriere, du costé senestre, prindrent & esleuerent iceluy reuerend, & iceluy reuerẽd sur icelle chaire porterent dudit chœur d'icelle Eglise & monastere des nonnains en sondit estat episcopal iusques en ladite Eglise cathedralle & siege episcopal, estant à main dextre des chaires de ladicte Eglise au bout d'embas en entrant au chœur d'icelle, ainsi que tenus estoient & sont de ce faire, à cause de leursdites terres & seigneuries, desquelles choses ledit maistre Alexandre Bruchie audict nom requist & demanda lettres ausdits notaires, lesquels luy octroyerent ces presentes pour valloir & seruir audict reuerend & à ses successeurs euesques dudit euesché, Soubs les seings manuels desdicts notaires icy mis les an & iour dessusdicts. Signé Bruché & de Gruy.

AVTRE PROCEZ VERbal de la comparition des quatre Pairs de l'Eueſché de Troyes à l'entrée de M. de Bauffremont.

L'An 1563. le Dimanche 23. iour de May, Nous Nicolas de Villemor escuyer & licencié és droicts, sieur de la Mottedonjon, & du mont, bailly de l'euesché de Troyes pour reuerend pere en Dieu messire Claude de Bauffremont par la permission diuine eues-

que dudit Troyes, seroient transportez auec mondit sieur le reuerend accompagné de reuerends peres en Dieu les euesques de Poictiers, Negrepont & Suffragant de Besançon, de haut & puissant seigneur messire Charles de la Rochefoucault cheualier de l'ordre du Roy seigneur de Barbezieux capitaine de cinquante hommes d'armes des ordonnances dudit seigneur Roy & lieutenant au gouuernement de Champagne & Brie, messire Charles de Malain seigneur de Missery lieutenant de la compagnie dudit sieur de Barbezieux, nobles hômes & sages M. Noel Coiffart lieutenant general au bailliage & siege presidial de Troyes, Nicole Iaquinot lieutenant criminel audit bailliage, François Mauroy preuost dudit Troyes, les aduocat & procureur du Roy audit bailliage, honnorables hommes Claude Pinette maire de ladite ville accompagné des escheuins & conseillers d icelle ville.

Honorable homme M. Christofle Doynet au nom & comme procureur dudit sieur reuerend, Iean Bareton procureur au bailliage & siege presidial dudit Troyes, nostre greffier, & plusieurs autres, enuiron l'heure de six à sept heures du matin dudict iour au chœur derriere l'Eglise nostre Dame aux nonnains de Troyes ou ledit sieur Reuerend entra en vne chappelle estant audict chœur appellé le confesshonnal ou reuestiere.

Auquel sieur Reuerend illec estant present

ledit Douyner procureur & Bareton greffier, fut par nous ledit de Villemort dict & exposé que par vertu des lettres de cōmission par nous decernees dattees du douziesme iour de May audit an 1563. & à la requeste du procureur de mondit sieur auroit esté signifié & deuëment faict assauoir par Simon Mosart sergent audit bailliage aux sieurs & barons d'Anglure, S. Iost, Poussey, & des Molins, & Riuiere Bannal, de Mery sur Seine, afin de comparoir audit iour, & à ladite heure, pour par eux faire les deuoirs qu'ils & chascun d'eux estoient tenus faire à mondit sieur à cause de leursdites baronnies, terres, & seigneuries tenuës & mouuantes en plein fief dudict euesché, & de porter ledict sieur en chaire & estat episcopal dés le chœur d'icelle Eglise iusques en l'Eglise monsieur S. Pierre de Troyes, & en son siege episcopal, estant en icelle comme esdites significations seroit aparu par le rapport par escrit dudit Mosart sergent, par lequel auroient esté appellez lesdits sieurs barons & vassaux.

2 Entre lesquels seroient comparus Charles Raguier baron de Poussey, Oliuier Fauier baron de Molins & Riuere bannal de Mery sur Seine, dame Marguerite de Velu vefue de noble homme Michel de Poiseux dit Capdorat en son viuant cheualier sieur de Vallery, Foujon & Anglure, en personne, lesquels sieurs barons dame Marguerite de Velu dame d'Anglure pour la moictié auroient

offert faire les deuoirs & serment de fidelité à mondit sieur.

Y comparut aussi M. François Trouillard practicien demeurant à S. Iust, lequel auroit dit esté procureur fiscal en ladite seigneurie d'Anglure pour haut & puissante dame madame veufue de feu monsieur le Mareschal de S. André & de madamoiselle sa fille heritiere dudit deffunt & dame d'Anglure, &c.

Et surce lesdits Charles Raguier baron de Poussey & Fauier baron de Molins & Riuere Bannal dudit Mery ont fait chascun d'eux la foy & hommage, & presté le serment & fidelité audit sieur Reuerend comme ses vassaux, à quoy ils ont esté receuz, à la charge de bailler le denombrement de leursdictes baronnies, terres, & seigneuries, dedans quarãte iours, & pareillement ladite dame de Velu a faict & presté le serment de fidelité pour icelle part & portion qui luy peut appartenir en la terre & baronnie d'Anglures.

Et contre lesdites dame & damoiselle de S. André aurions differé de bailler deffault, veu lesdites remonstrances, & ordonné que dedans quarante iours prochainement venant elles comparoistroient deüement pour faire lesdites foy & hommmage.

Et quand audit François de Salzart baron de S. Iust ne seroit comparu ny autre pour luy, cõtre lequel fut par ledit Doynet procureur dudit sieur Reuerend requis defaut que luy auons octroyé, veu le rapport dudict

Mosart sergent appelé & relaté en la maniere accoustumee pour le profit duquel defaut sur la requeste dudit Doynet audit nom de procureur dudit sieur Reuerend, ordonné que ladite terre & seigneurie de S. Iust seroit saisie, regie, & gouuernee sous la main de mondit sieur le Reuerend, & que en l'absence dudit sieur de S. Iust seroit commis autre noble personne pour & en son lieu auec les autres barons comparans pour porter ledit sieur Reuerend en la maniere dessusdicte & accoustumee.

Et en son absence noble sieur Iean Desmiez sieur baron de Marigny auroit esté prié vouloir pour luy & au lieu dudit de Salzart faire le seruice que ledict de Salzart estoit tenu faire, & volontairement auroit offert ce faire, & neantmoins proteste qu'à l'aduenir ne luy fust tourné à dommage & preiudice.

Et par ledit Trouillard audit nom, & par ladite dame de Velu fut presenté noble homme Guillaume des Marais aussi à ce present, pour faire en leur esgard le seruice qu'elles estoient tenus faire à mondit seigneur.

Quoy fait seroit ledit sieur reuerend sorty de ladite chappelle, à esté ouyr Messe en ladite Abbaye de nostre Dame des nonnains, & peu de temps apres retourné audit choeur de derrier ladite Eglise nostre Dame, ou apres auoir esté vestu des habits episcopaux, fut iceluy sieur Reuerend mis & assis en sa chaire, & porté assauoir par ledit des Maraiz sur le deuant

deuant du costé dextre, par ledit Desmiez du costé senestre, par ledit sieur de Poussey sur le derriere du costé dextre, & par ledit Fauier sur le derriere du costé senestre, & en ceste sorte & maniere prindrent & esleuerent ledit sieur Reuerend reuestu de ses habits episcopaux & pontificaux, & iceluy porterent en ladite Eglise catedrale de S. Pierre de Troyes iusques à l'entree du chœur d'icelle, ainsi que lesdits barons estoient & sont tenus faire, à cause de leursdites terres & seigneuries dont & desquelles choses aurions octroyé ce present procez verbal au procureur dudict sieur Reuerend pour seruir à iceluy sieur Reuerēd & ses successeurs euesques de Troyes ce que de raison. Faict soubs les seings manuels de nous lesdits de Villemort bailly & Bareton greffier dessusnommez, les an & iour dessusdits. Ainsi signé Bareton.

AVTRE ACTE DES DEuoirs faits par les Barons ou Pairs de l'Euesché de Troyes à M. Messire René de Breslay Euesque de Troyes.

LE Dimanche 23. Octobre 1605. lendemain de l'entree faite en la ville de Troyes par reuerend pere en Dieu messire René de Breslay Euesque de Troyes, enuiron les sept heures du matin, estant ledit sieur Euesque en vne chappelle appellee la sacristie ou reue-

ftiaire proche de la chappelle noſtre Dame aux nonnains dudit Troyes, fut à nous Edme Merille aduocat au bailliage & ſiege pre- ge preſidial dudit Troyes, bailly de l'eueſché dudit Troyes, en preſence de nobles perſonnes M. Nicolas de Corberon lieutenant au bailliage dudict Troyes, M. Anthoine Allain & Sebaſtien Fauueau conſeillers audict bailliage & ſiege Preſidial, & de M. Iaques Deſlandes noſtre greffier, Dit hautemét & à voix intelligible, par M. Baltazar bailly, aduocat dudit ſieur Eueſque aſſiſté de M. Iean la Fille ſon procureur, qu'en vertu de nos lettres de commiſſion, les ſieurs barons d'Anglure, S. Iuſt, Pouſſey, Molins & Riuiere Bannalle de Mery, barons & vaſſaux dudit eueſché auroient eſté aſſignez par Nicolas Bourgoing ſergent au bailliage dudit eueſché, pour ſe trouuer à l'entree epiſcopale dudit ſieur eueſque, y faire & preſter les debuoirs dont ils ſont tenus, ce faict noble homme Nicolas Daniel auditeur en la chambre des Comptes à Paris ayant procuration & cauſes d'excuſes pour le ſieur baron d'Anglure, ſe ſeroit preſenté pour ledit ſieur baron d'Anglure, à quoy il auroit eſté reçeu par ledit ſieur eueſque, veu ladite procuration & excuſes.

Ne ſe ſeroit ledit ſieur baron de S. Iuſt preſenté, ayant eſté diuerſes fois appellé, tant à la porte de ladite chappelle noſtre Dame aux nonnains que hors de l'Egliſe par Claude Coſſard ſergent en la iuſtice des Dames de

ladite Abbaye, & pour l'absence dudit baron de S Iust, Anthoine Pithou escuyer sieur de Luyeres commissaire des guerres auroit esté prié de faire & suppléer le debuoir qui estoit à faire pour ledit sieur baron de S Iust, ce que ledit sieur de Luyeres auroit offert volontairement faire, & auroit esté octroyé acte audit la Fille, comme procureur dudict sieur Euesque du defaut dudit sieur baron de S. Iust, & des protestations que pour ledit deffaut ledit sieur Euesque se pouruoyeroit ainsi qu'il verroit estre à faire.

Se seroit presenté en personne Pierre Raguier escuyer sieur & baron dudict Poussey qui ayant son espée hors de son costé & vn genoüil en terre, auroit fait les foy & hommage audit sieur Euesque, àquoy il auroit esté reçeu par ledit sieur Euesque à la charge de fournir denombrement dans quarãte iours.

Pareillement se seroit presenté pour le sieur baron des Molins & Riuiere Bannalle de Mery, maistre Claude Dodel procureur au baillage de Pont sur Seine monstrant vne procuration de maistre Raoul Fauier frere dudit sieur baron des Molins & Riuiere Bãnalle dudit Mery, & vn cayer d'excuses pour iceluy baron auquel Dodel ledit sieur Euesque ayant veu ceste procuratiõ & cayer d'excuses, auroit declaré qu'il ne reçeuoit ledit Dodel à prester & faire le debuoir dont ledict sieur baron de Molins & Riuiere Bannalle de Mery est tenu.

& illis qui pro negotijs ecclesiæ fuerint absentes.

In stationibus factis in ecclesia cuilibet canonico præsenti ibidem 2. den.

Item ad fontes in 4 diebus. videl. in die resurrectionis, lunæ martis, & mercurij cuilibet canonico qui præsens interfuerit. 2. den.

consueuisse verum ipsa hodie distributionis forma minime obseruatur.

In balsamis vero qui proueniunt ex venditione domorum & alias, nullus portionem habebit, nisi sit in sacris & præsens in villa seu infirmus vel absens pro negotijs ecclesiæ tempore venditionis, licet præsentes sint in distributione.

In distributione facta pro capitulis generalibus percipient qui in compotis interfuerunt, infirmi & absentes pro negotijs ecclesiæ, pro quibus distribuuntur anno quolibet 20 solidi cuilibet canonico, videlicet in Pascha 5 sol. in capitulo Apost. Petri & Pauli 10. sol. & in Circums Dom. 5. sol.

De pastu festorum annualium quem debet D. episcopus Trecens. canonicis. videl. in resurrect. Domini 40 solid. in Penthecoste 40. sol. in festo BB. Apost Petri & Pauli 40. sol. in assumptione B. Mariæ 20. sol. in festo omniũ SS 20. sol. & in natiuitate Domini 40. solid. percipiunt canonici præsentes infirmi etiam & absentes pro negotijs ecclesiæ: canonici vero altaris B. Mariæ in ista ecclesia nihil percipiunt.

Et est aduertendum quod si D. episcopus inuitauerit totum collegium in aliquo festo-

rum prædictorum, videlicet in vigilia dicti festi & in die festi ad prandium, immunis erit à præstatione pecuniæ occasione dicti festi debitæ.

Item in anniuersarijs episcoporum in quibus in domo episcopi solet recipi panis & vinum, panis ille debet continere duos panes præbendales cum dimidio boni frumenti. Et in vino debent distribui cuilibet tres pintæ boni & sufficientis vini.

Item de vino in cœna Domini ter bibere existentibus in capitulo, videlicet prima vice vinum rubeum bonum secunda vice album, & tertia vinum rubeum optimum cum nebulis.

* Item in die Paschæ post prandium ludo facto cum pila inter nonam & vesperas ter bibere vt supra cum pomis de blandurello & nebulis.

Item de cereis debitis in festo Purificat. B. virginis Mariæ D. episcopus tenetur tradere in vigilia dicti festi cuilibet famulo vel ancillæ de familia canonicorum vnum cereum de 8. cereis in libra canonicis vero in die festi prout est fieri consuetum & in ordinario plenius continetur.

Item de distributione facienda pro antiphonis des O.O. cuilibet canonico 4. denar. pro quolibet O. nullus percipiet nisi præsens fuerit.

Item de Nonis inter Septuagesimam, & Resurrectionem Domini in quibus consue-

* *Hoc epulũ an. 1564 iure sublatũ est, cuius loco pie institutũ, & hacten⁹ obseruatũ, vt præcantata nona, sacra illa præcatio Regina cœli in choro ecclesiæ Trecens. à canonicis modulato concẽtu demereretur quibus hac de causa episcopus 8. libras tur. præstare tenetur.*

Et peu apres l'entree dudit sieur euesque en ladite Eglise de S. Pierre se seroit presenté pardeuant nous ledict Merille, Guillaume de Miremont escuyer fils de Guillaume de Miremont aussi escuyer sieur de Lery & de Dame Marguerite de Salezard, dame & baronne en partie de S. Iust, auec dame Louyse de Salezard femme du sieur de Vaulx sa tante, qui auroit dit estre venu pour faire & prester les debuoirs à l'entree dudict sieur euesque, dont ledit sieur baron de S. Iust est tenu auquel de Miremont aurions dit qu'il se deuoit retirer pardeuers ledict sieur euesque pour sur son bon plaisir & aduis veoir la presentation dudit sieur de Miremont, & entendre ses excuses.

Et enuiron vne heure apres midy se seroit ledit de Miremont presenté pardeuant ledit sieur euesque luy disant qu'il estoit venu pour faire & prester les deuoirs dont ledict sieur baron de S. Iust est tenu, & qu'ayant esgard que sa demeurance est essoignee de la ville de Troyes de trente lieües, qu'il y auoit peu de iours entre l'assignation, & le temps qu'il auroit peu estre aduerty de l'assignatiõ donnee aux barons vassaux dudit euesché, pour se trouuer à ladite entree, aussi que parauanture l'heure pour la sortie dudit sieur euesque de ladite Eglise nostre Dame auroit esté aduancee, à cause des processions generales & predication à faire pour la solemnization du Iubilé, prioit ledit sieur euesque de l'excu-

ser s'il ne s'estoit trouué & presenté precisément à l'heure que ledit sieur euesque à esté porté hors ladite Eglise nostre Dame.

Auquel de Miremont ledit sieur euesque auroit respondu, qu'il receuoit les excuses cy dessus declarees, auec protestation que pour l'aduenir elles ne puissent preiudicier aux droicts des successeurs euesques.

Fait & passé à Troyes au lieu susdit de l'Eglise nostre Dame aux nonnains, soubs nostre seing, & signé du seing de nostre greffier le iour & an que dessus. Signé Merille & Deslandes.

TRICASSINA DIOECEsis, Senonensis, Lingonensis, Cathalaunensis, & Suessionensis diœceseõn limitibus conclusa & circumsepta est : exortaque quondam cum Suessionensi Præsule de finibus discernendis disterminandisq; controuersia, quæ hac via & ratione dirempta & composita fuit.

Hæ litteræ extant in archiuis episcopatus Trecens.

EGo Hatto Trecensium episcopus, notum fieri volo tam præsentibus quam futuris, quod inter me & Goslenum Suessionensem episcopum contentio quædam orta est de capella quæ dicitur Fons Aabran, quam parrochiali iure vnusquisque nostrum sibi reclamabat, Episcopus enim Suessionensis eam de iure parrochiæ quæ dicitur Vallis campus fore affirmabat. At ego de iure parrochię quæ dicitur Buxeius

esse dicebam, vterque cum suis astipulationibus & testibus contraria proponentibus in causam venientes. Qui cum multociens conuenissemus, nec iudiciarie potuisset eadem causa diffiniri, consultum est vtrobique quod per nominatos viros notæ discretionis res ista concorditer finiretur, vt quod illi dicerent vtraque pars sequeretur. Qua in re Henricus episcopus Senonensis, Symon Abbas Caziacensis, Guilelmus Abbas S. Martini Trecensis, Odo Abbas de Bello-loco, Datalis Abbas Resbacensis, Hugo de Creciaco ad hoc concorditer nominati in partem ierunt, & hoc tenendum inde censuerunt, quod præfata villa ita per medium æqualiter diuideretur, quod vterque episcopus medietatem parrochianorum de cætero haberet, illam scilicet quæ suo episcopatui contigua foret, & si parrochiani vnius terras alterius parrochiæ colerent, serum totam decimam suorum iugerum ad suam parrochiam deportarent. si vero per succedentia tempora rustici amplioris numeri terram illam quæ modo per medium in duas parrochias diuidebatur hospitari inciperent, quotquot venturi forent ad illam pertinerent parrochiam in qua mansiones suas constituerent. Huius autem finalis concordiæ testes sunt qui interfuerunt, prædictus Henricus Senonensis archiepiscopus & prænominati abbates & Guido abbas monasterij Arremari, & Theobaldus archidiaconus Suessionensis, & Odo archidiaconus Trecensis & magister Goislenus canonicus S. Ioannis Senonensis, & Nicolaus monacus episcopi Trecensis, & Hugo prior de Gaia & Dalineth præpositus de Gaia & Odo canonicus regularis S. Martini Trecensis. Hæc autem sunt diffinita apud capellam S. Bartholomei anno r.-

an. 1138. { gni Ludouici. 1. 4. Non. Octob. indict. 1.

FORMVLA IVRAMENTI per episcopos Trecenses in eorum primo aduentu capitulo ecclesiæ Trecensis præstari soliti.

Ex cod. act. capit. incipiente ab an. 1370. pag. 49.

IN Dei nomine, amen, Vniuersis præsens publicum instrumẽtum inspecturis, Salutem. Noueritis quod anno Domini 1376. die 29. mensis Aprilis hora prima illius diei, indictione 14. pontificatus S. in Christo patris ac D. nostri D. Gregorij diuina prouidentia Papæ 11. ann 6. In mei notarij publici testiumque subscriptorum præsentia in ecclesia B. Mariæ ad moniales Trecenses, iuxta magnum altare ipsius ecclesiæ propter hoc R. in Christo Pater ac D. D. Petrus Dei & apostolicæ sedis gratia Trecensis episcopus ad ciuitatem & ecclesiam suam Trecensem primum suum introitum peracturus collegiis omnibus & ecclesiasticis gentibus villæ Trecensis præfatæ, processionaliter ibidem obuiam dicto R. patri & processionem facientibus prout hactenus est in talibus fieri consuetum ab antiquo, præsentibus & existentibus, personaliter cõstitutus, ad cuius reuerendi præsentiam patris, venerabiles & discreti viri & magistri Ioannes dictus à Ville, & Guillelmus Maubertı archidiaconi Brenæ & Arceyarum ac plures alij canonici ipsius Trecensis ecclesiæ ibidem processionaliter existentes, accedentes eidem R. Patri ostenderunt vnum textum Euangeliorum in quo scripta erant in quodam folio verba sequentia in effectu, Forma iuramenti episcopi Tre-

censis. Ego talis episcopus Trecensis iuro me seruaturum priuilegia communia & priuata, consuetudines & libertates episcopatus, ecclesiæ & capituli Trecensis approbatas, sic me Deus adiuuet & hæc sancta Dei Euangelia, *Et requisierunt eundem R. patrem, vt dictum iuramentum quod facere & iurare, vt prædecessores sui episcopi Trecenses, tenebatur faceret & iuraret secundum formam antedictam. Ipse vero D. episcopus dictum iuramentum coram me testibus subscriptis, & maxima multitudine populi ibidem præsenti legit, & tactis ipsis sacrosanctis euangeliis iurauit modo & forma in ipso textu contentis, dicens sic. Ego Petrus Trecensis episcopus, &c. vsque ad finem prædicti iuramenti, quo perlecto dicti domini archidiaconi & canonici ecclesiæ Trecensis ibidem vt præmittitur existentes de præmissis sibi fieri per me petierunt ad opus ipsorum & aliorum quorum interest vel intererit vnum vel plura instrumentum seu etiam instrumenta. Acta fuerunt hæc, anno, die, hora, loco, indictione & pontificatu prædictis, potentissimis nobilibusque viris dominis, Philippo filio Regis Franciæ Duce Burgundiæ, Guidone de Tremoilla eiusdem domini Ducis Burgundiæ cubiculario, Regnerio de cuius militibus, venerabili & circunspecto viro M. Ioanne Blanchets dicti domini Ducis Consiliario, dominique nostri Regis Franciæ secretario, ac Herrico de Muxeyo Domicello, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis præsentibus.*

EXCERPTA EX REGIstris seu commentariis Ecclesiæ Trecensis.

Ex cod. act. capit. incipiente ab an. 1364. pag. 44. SCiendum est quod ordinatum fuit in capitulo, quod quilibet canonicus incipiet lucrari vina sua, videlicet pro qualibet die quatuor pintas in vigilia festi omnium SS. & durabit vsque ad 18. diem Ianuarij. Et qui deficiet per dictum tempus perdet, pro die duos solidos, videlicet pro pinta sex denarios. Et si aliquis canonicus veniat durante dicto tempore habebit vinum videlicet pro die 4. pintas de vino quod residet in celario.

1369. pag. 62. Die Mercurij 8. Augusti 369. traditi fuerunt 800. merelli distributori ecclesiæ, quorum 400. sunt pro festis duplicibus, residuum pro diebus ferialibus. cuiquidem distributori iniunctum fuit quod nulli dominorum meorum, nec etiam canonicis altaris B. Mariæ tradat merellos, nisi præsens fuerit vel fecerit exitum & introitum horis consuetis, & quilibet merellorum pro festis duplicibus valet 4. denarios, & alij merelli. 2. denar. pro diebus ferialibus.

ORDINATIO FACTA IN

& super distributionibus cothidianis lucrandis quas percipiunt canonici Trecenses residentiam facientes in dicta ecclesia videlicet in matutinis missis processionibus, stationibus & balsamis.

PRimo in festis annualibus quilibet canonicus percipit 32. denarios, videlicet in matutinis 18. den. in missa 6. den. in processione 4 den. & in vesperis 4. den. *Ex eod. cod. pag. 63*

In festis duplicibus 20. den. videl. in matut. 12. den. in missa 4 den. & in vesperis 4. den.

In festis 9. lect. 10. den. videl. in matut. 6 den. in missa 2. den. & in vesperis 2. den.

In dieb. Dominicis 12. den. videl. in matut. 6. den. in missa 2. den. in processione 2. den. & in vesperis 2. den.

Et si festum duplex dictis diebus Dominicis euenerit, distributio cothidiana dimittetur.

In dieb. priuatis 8. denar. videlicet in matut. 4. denar. in missa 2. denar. & in vesperis 2. denarij.

Item per totum aduentum 10. denar. videl. in matut. 6. denari. in missa 2. denar. & in vesperis 2. den.

Idem à Septuagesima vsque ad Pascha.

In processionibus S. Martini de areis, in rogationibus, B. Mariæ Magdalenes S. Stephani, S. Lupi, & B. Mariæ ad moniales, pro qualibet processione quilibet canonicus per-

xum est distribuere 10. sol. pro qualibet nona distribuentur præsentibus in nona & non aliis.

IN dicto generali capitulo, ordinatum fuit & statutum, quod quilibet canonicus Trecensis in ciuitate Trecensi decedens, soluat fabricæ ecclesiæ, pro pallio super suum corpus, ponendo in eius obsequio sex florenos auri de Florencia boni auri & iusti ponderis vel valorem ipsorum, & quilibet canonicus dignitatem in dicta ecclesia obtinens, soluet octo florenos auri de Florencia dicti ponderis vel valorem. Et canonici altaris B. Mariæ in dicta ecclesia soluent quilibet tres florenos de Florencia dicti ponderis vel valorem in casu quod alias in suo testamento ordinatum non fuerit, sed si ordinatio facta non sufficeret vsque ad prædictam summam executores vel hæredes, perficient dictam summam de bonis executionis defuncti canonici, si bona ad hæc sufficienter se extenderent, attamen licebit cuilibet habere pallium proprium secundum suam voluntatem prouiso quod pallium sit consimilis valoris vel maioris, & non minoris valoris pretij suprascripti, & mediantibus præscriptis ecclesia videlicet fabrica tenebitur cuilibet canonico tradere pallium sufficiens ad ponendum super corpus suum in obsequio suo. Ex dict. cod. pag. 50 ad an. 1368.

VNiuersis præsentes literas inspecturis decanus & capitulum Trecensis ecclesiæ salutem in domino sempiternam, significauit nobis vir venerabilis & discretus M. Iacobus de Valeriis B. Martini Turonensis scolasticus, ac etiam eiusdem & nostræ Trecensis ecclesiarum canonicus præbendatus, quod cum ipse ex ciuitate Trecensi originem traxerit, & ab eius Ex cod act. capit. incipiente ab an. 1420. pag. 231.

r

Iacobi synceram deuotionem quam erga dictum B. Petrum ac dictam nostram ecclesiam gerit in animo, suam requestam iustam & laudabilem voluntatem prout & quemadmodum superius declaratur facere & adimplere volumus, promittentes bona fide sub ypotheca & obligatione omnium & singulorum bonorum dictæ ecclesiæ nostræ, omnia & singula præmissa, modo superius declarato facere & integraliter adimplere, quanto citius idem M. Iacobus præmissam summam 400. lib. turon. nobis tradiderit & soluerit realiter cum effectu. Datum in Capitulo nostro propter hoc ad sonum campanæ specialiter congregato sub sigillo dicti nostri Capituli, die Veneris in vigilia festi Natiuitatis Domini 1445.

VNiuersis præsentes litteras inspecturis Petrus de Cella decanus capitulumque Trecensis ecclesiæ salutem in Domino. Notum facimus quod nos in nostro capitulo per conuocationem propter hoc & quædam alia nostræ ecclesiæ negotia factam congregati, anno Domini 1305 die Martis ante festum omnium SS. præsentibus in dicto capitulo omnibus qui debuerunt voluerunt & potuerunt commode interesse cum domino Henrico de Noa concanonico nostro pensata prius super his diligenti vtilitate nostræ ecclesiæ prædictæ conuenimus in modum qui sequitur, scilicet quod à dicto Henrico recepimus & habuimus in pecunia numerata quatuor mille libras turonens. .... quas conuertimus vna cum alia pecunia in emptionem 200 librarum tur. annui redditus nobis venditarum, à nobili viro Galtero Comite Brenæ & Ioanna eius vxore accipiendarum in nundinis Campaniæ Trecis in pagamento nundinarum S. Iohannis, Ex codice villoso pag. 6.

de qua emptione plenius constat per literas super his confectas quas penes nos habemus, in cuius pecuniæ compensationem exnunc assignamus dicto Henrico super redditibus cameræ nostræ 100.lib.turon. annui redditus distribuendas exnunc in perpetuum singulis annis iuxta ipsius Henrici ordinationem in modum qui sequitur. Primo 24. libras pro cantando quodam Salue Regina ante imaginem B. Mariæ sitam ad reliquias in dicta ecclesia singulis annis imperpetuum qualibet die Sabbati post vesperas. Item 10. lib. pro eius anniuersario, post eius obitum singulis annis imperpetuum, & vna missa de S. Spiritu, quamdiu vixerit in dicta nostra ecclesia celebrandis. Item 30. lib. cameræ nostri capituli, propter quas tenetur capitulum quolibet anno singulis vicariis ecclesiæ nostræ vsque ad numerum viginti si tot fuerint dare vnum panem præbendalem singulis diebus in aduentu Domini, in quadragesima, & in festis duplicibus & annualibus sub hac tamen conditione, quod dicti vicarij absque defectu aliquo ad matutinas & au Rechin, ad missam, vesperas & alias horas interesse tenebuntur, in 20. solidos tur. canonicis altaris B. Mariæ in dicta ecclesia pro tribus missis ab eis annis singulis pro ipso Henrico imperpetuum celebrandis. Item 40. sol. pro anniuers. patris & matris dicti Henrici, annis singulis in dicta nostra ecclesia imperpetuum faciendo. Item 40. solid. pro memoria episcopi Nicolai singulis annis imperpetuum in eadem nostra ecclesia faciẽda. Item sex libras pro duabus memoriis pro ipso Henrico annis singulis ibidem imperpetuum faciundis. Item 20. libras pro fundatione vnius altaris in dicta eccles.a nostra readendas & soluendas à nobis

Capellano dicti altaris singulis annis imperpetuum in Paschate & in festo S. Remigij subsequenti. Item centum solidos tur. reddendos quolibet anno imperpetuum in festo S. Remigij fratribus de insula Trecensi ad opus vnius altaris quod intendit dictus Henricus ibidem fundare. Insuper concessimus dicto Henrico venditionem liberam & quietam suæ domus hac vice ita tamen quod post hanc venditionem, dicta domus ad nos libere reuertatur. Item cõcessimus eidem, quod quandam domum cum suis pertinentiis & adiacentibus sitam in Chailloello quæ quondam fuit defuncti Berneti aduocati mouentis de censiua nostra, dicti fratres de insula ex donatione dicti Henrici tenebunt imperpetuum absque coactione vendendi ac ponendi extra manum suam, hoc saluo quod nobis soluent singulis annis 35. denarios tur. pro censu dictæ domus. Nos vero decanus & capitulum prædicti dictas conuentiones omnes & singulas, prout susceptæ sunt, ex nunc imperpetuum promittimus bona fide & sub obligatione omnium bonorum dictæ ecclesiæ nostræ nos seruaturos facturos & pacifice impleturos, ac contra non venturos aliquatenus in futurum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum præsentibus litteris duximus apponendum. Actum & datum in dicto capitulo nostro, anno & die prædictis.

L'an 1387. le 23. d'Octobre fut fondee vne Messe cothidiaine en l'Eglise de Troyes par messire Guillaume Cassinet cheualier & madame Felise * sa femme, & celebree par Iean la Banniere prestre parmy 18. liures. & à esté ordonne par messieurs du chapitre à messire Pierre d'Arbois chanoine de ladicte Eglise

Ex dicto cod. villoso pag. 36.

** la boulote ex pag. 43. eiusdẽ cod.*

qu'il paye ladite Messe sur l'argent reçeu des mairies.

Abbaye de Monstieramey.

BREVIS ET SVCCINcta *expositio eorum, quæ ad Arremarensis monasterij primam institutionem pertinent.*

In ipso cænobio sacra S. Victoris Arceyacẽsis Lipsana asseruãtur, ibiq; obsessi à dæmonibus per eius merita liberãtur. natalis eius colitur die 26. Febr.

COenobium Arremarense siue Adremarense ord. S Benedicti, quatuor duntaxat leucis à Tricassina ciuitate subductum est, quod etiam Deruense nuncupatur, eo quod in Deruensi sylua prima eius fuerint fundamenta collocata, auctorem fundatoremque habuit quemdam cui nomen erat Arremarus, cuius hodieque tanquam primi parentis nuncupationem retinet, vt secernatur à Deruensi monasterio, quodquidem aliquot ante annis exædificatum fuerat in eadem sylua, quæ per id tempus longe lateque diffusa, maxima terrarum spatia occupabat. Illa autem institutio, in vetustissimo dicti monasterij codice continetur, his paucis concepta verbis.

Anno ab incarn. Domini 837. indict. 11. fundatum est cænobium in sylua quæ vocatur Deruus *in loco qui dicitur* Mansus Corbonis, *postea noua Cella, in pago Tricassino à presbytero quodam Adremaro, existente tunc Tricassino antistite Adalberto, Comite Aledranno.*

Cum vero post paucos annos, cænobij structura perfecta & absoluta esset, memoratus Arremarus ad summum pontificem

perrexit ab eo suppliciter & obnixe efflagitaturus, vt domicilium illud ad perpetuum Dei honorem cultumque, in religiosam monachorum sedem, dedicandum, consecrandumque mandaret: qui ipsius pietate concitatus, rescripto suo (vt iam alibi dicere memini) Prudentium Tricassinum antistitem hortatus est, vt cum à dicto Arremaro rogaretur, consecrationem inaugurationemque dicti cœnobij obiret, quodquidem rescriptum illustriss. Card. Baronius in annales suos insuit. nos illud inde erutum eius fide proponemus his verbis. Baron. in annal. an. 847. nu. 23

Leo episcopus seruus seruorum Dei, reuerendissimo & sanctissimo Prudentio Tricassinæ episcopo salutem.

Cognoscat prudentia sanctitatis tuæ, qualiter hic religiosus Adremarus monachus cum monachis suis cum summa deuotione ad laudem & gloriam S. Trinitatis & remedium animæ suæ, suorumque omnium, in honorem B. Petri apostolorum principis, seu & S. Leonis eiusdem vicarij Papæ monasterium desiderat cõsecrare, & situm ac structuram eius S. cœnobij in rebus iuris dicti B. Petri apostoli, quæ eius vere sunt, fundare ac construere. Quæ res prædictæ Guidoni generosissimo Comiti per præceptum pontificale donatæ sunt. Quam ob causam iubemus, ac hortamur sanctitatem tuam, vt quando ab illius monasterij prædictis monachis fueris cum humilitate postulatus, illuc accedere debeas & locum quem vobis significauerit, ipsas illic reliquias supra nominatorum sanctorum, quas à nobis accepit, eo te- Idem ibidẽ an. 855. nu. 19.

uore & conditione recondas atque consecres, vt semper ac perpetualiter sub iure ac potestate S. nostræ Romanæ ecclesiæ iam fatum monasterium consistat atque permaneat. Sanctitatem tuam omnipotens Deus incolumem custodiat. Frater. Bene vale.

Rex Christianissimus Carol⁹ caluus in partem & societatem piorum Arremari operũ venire expetens, cõpluribus litteris patentib⁹ quæ cum ab episcopo Trecensi, tum ab Aledranno Comite, dicto cœnobio assignata donataque erant prędia, firmissima esse & ius perpetuæ stabilitatis habere mandauit, quarum litterarum ego vidi prototypa, quæ exemplanda & describenda curaui & sic se habent.

IN nomine S. & indiuiduæ Trinitatis, Carolus gratia Dei Rex. Si sacrosanctis locis diuino cultui mancipatis, ibidemque Deo famulantibus reuerendis viris adsensum nostrę amplitudinis secundum quod ipsi petierint, vel necesse habuerint clementer præbemus, regiam consuetudinem exercemus, & diuini numinis gratiam ob hoc facilius nos adepturos Christo propitio non dubitamus. Itaque notum sit omnibus fidelibus S. Dei ecclesiæ & nostris præsentibus scilicet atque futuris. Quod carissimus nobis atque satis dilectissimis Odo vir illuster Comes, ad nostram accedens serenitatem innotuit, qualiter tempore prædecessoris sui Aledranni quondam fidelis Comitis nostri, ex Comitatu Tricassino per licentiam venerandi pontificis Tri-

Cassinæ ciuitatis * Asalbasti & eiusdem prædicti Aledranni, quidam religiosorum virorum super fluuium Barsan petierit sibi locum & licentiam dari ad exartandi siue conciden-di atque emundandi siue procurandi tanti spatij terram ad ædificandam ibi cellam cæteraque ædificia, vel laborum fructus circa excolendos, quæ per gyrum vndique in terram arabilem & syluam cingitur perticarum ancigarum in longitudine quingentarum, in latitudine ducentarum viginti, vnde obtulit vna cum eiusdem loci reuerendis viris authoritatem priuilegij episcopalis .... venerabilium manibus subter roboratam atque eiusdem Aledranni scriptu firmatam, sed pro integra firmitate petiit consuetudinem nostram, vt idem priuilegium nostræ authoritatis præcepto plenius confirmare dignaremur. cuius ergo exaudibiles preces clementer excipientes hoc authoritatis nostræ præceptum fieri iussimus, per quod præcipimus atque firmamus, vt sicut in eodem priuilegio plenius latiusque continetur, sic nostris ac futuris temporibus firmiter inuiolabiliterque maneat inconuulsum, eo videlicet modo, vt post excessum eiusdem venerabilis patris Arremari potestatem habeant superstites eius qui fuerint, ex sese eiusdem loci præstituendi atque eligendi secundum regulam S. Benedicti, absque alicuius Comitis interrogatione salua monasticæ regulæ authoritate ad consensum proprij loci Abbatem, & annus

** ita videbatur scriptum, non Adalberti.*

In his exemplarib. multa forte occurrent vocabula corrupta, quia eorũ prototypa ita vetustate exesa & corrosa erant, vt inde non potuerint exscribi.

singulis volumus sicut in eorum priuilegio continetur, vt partibus Comitis quia de suo iure ipsæ res quondam fuisse noscuntur in festiuitate S. Petri argenti denarios 20. eiusdem loci abba persoluat, remota omnis inquietudinis contrarietate vel obpugnatione, & vt hæc munificentiæ nostræ authoritas firmior habeatur & per ventura tempora diligentius à Dei fidelibus conseruetur de annulo nostro subter eam iussimus sigillari. Sigedebertus notarius ad vicem Ludouici recognouit. Signum Caroli Serenissimi Regis. Regnante Carolo gloriosissimo Rege.

An. 854. Data 7. Cal. Maij indict. 3. an. 24.

IN nomine S. & indiuiduæ Trinitatis Carolus Dei gratia Rex, Cum ecclesiasticarum .... Dei honorem & stabilitatem procuramus, seruorumque eius iustis petitionibus obtemperamus, ad præsentis vitæ cursum felicius transigendum, necnon etiam ad æternæ remunerationis præmium id nobis profuturum non diffidimus. Igitur nouerit omnium sanctæ Dei ecclesiæ fidelium, nostrorumque præsentium ac futurorum industria. Quia veniens carissimus auunculus noster Radulphus Comes humiliter petiit magnificentiam nostram (diuino ductus amore) quatenus S fratribus sub monastico ordine in Cellula quæ Deruus vocatur, super fluuium barsan, à quodam viro religioso Adremaro nomine quondam initiata atque in honore B. Petri apostolorum Principis fundata, Christi obsequiis militantibus libertatis nostræ gratia conferremus stipes velut vulgo dicitur .... quosdam quos ex rebus Tricas-

*finensis Comitatus ipsi proprio labore de heremo ad agriculturam perduxisse noscuntur, si quidem res ipsæ his colaterationibus d sterminantur idest ex vno latere fluuio Barse vel Barsith, ex altera sylua * Clarascense ex vna fronte stipe eorundem monachorum, & ex altera sylua communi ex parte S Petri de Valleclusa, vel S. Lupi, infra has terminationes constat habere einsdem territorij in longitudine perticas, 120. & in latitudine 60. cuius petitionem ratam animæ nostræ & salutiferam cognoscentes, lubenti animo suscepimus & placabiliter eidem adquieuimus. Vnde hoc Celsitudinis nostræ præceptum ob æternorum remunerationem præmiorum, memoratis. S. fratribus fieri darique iussimus, per quod præfixas res omnes ad eorum duntaxat necessarios subministrandos vsus liberalitate regia conferimus, atque ad habendum firmissimo iure & pro libitu eorum ordinandas præsenti auctoritate confirmamus, quatenus illarum sumptibus nostri nominis memoriam in sacris orationibus frequentare non desinant, & vt hæc nostræ largitionis authoritas maiorem in Dei nomine per futura tempora obtineat vigorem, annuli nostri impressione subter eam iussimus sigillari.*

* Clerey.

Datum Id. Maij. indict. 12. anno 24. regnante Carolo Rege actum compendio palatio in Dei nomine feliciter, Amen.

Erat tunc annus 864. nisi hæc Charta sit Caroli simplicis, cuius an. regni 24 incidit in an. 923.

IN nomine S. & indiuiduæ Trinitatis, Carolus Dei gratia Rex. Regalis celsitudinis mos est fideles regni sui donis multiplicib⁹ & honoribus ingentibus honorare atq; sublimare. Proinde morem prædictum regium videlicet prædecessorum nostrorum

sequentes, libuit celsitudini nostræ quibusdam monachis in Tricassino de monasterio S. Petri quod nūc noua Cella dicitur, de quibusdam rebus proprietatis nostræ honorare atque sublimare. Itaque noverit experientia seu industria omnium S. Dei ecclesiæ fidelium nostrorum tam præsentium quam futurorum, quia concedimus ad proprium præfato monasterio quasdam res in pago Tricassino, id est campum unum in villa quæ vocatur * *Tanoclaria unde etiam altitudinis nostræ præceptum hoc fieri illisque dari iussimus, per quod præfatas res cum omnium rerum integritate totum & ad integrum præfatis monachis in proprium concedimus & de nostro iure in ius illorum solemni more transferimus, eo videlicet modo vt quidquid ex prædictis pro sua vtilitate facere decreuerant libero in omnibus potiantur arbitrio, faciantque sicut ex reliquis rebus illorum proprietatis; vt autem hæc nostræ donationis authoritas firmior habeatur, & per futura tempora melius conseruetur annuli nostri impressione sigillari iussimus.*

* vernacule Thencelieres vicul' vnico milliari ab vrbe Tricass. remotus.

Giffredus ad vicem Goyleni relegit.

An. 871. *Data 13. Cal. Maij Ind. 2. Actum in monasterio S. Dionisij ann. 31. regnante Carolo gloriosissimo Rege nostro in Dei nomine feliciter, Amen.*

Superioribus accedet, quondam Trecis prioratum conuentualem ab eodem cœnobio dependentem fuisse constitutum, titulum præferentem S. Ioannis de castro, nunc vero S. Blasij nomine insignitum, cui Campani Comites amplissima antehac priuilegia suis literis irrogarunt, quarum seriem lectori ex-

Libeo.

Hugo excellentißimus Trecaßinæ ciuitatis comes, interpellatus à D. Ottone Arremarensis monasterij Abbate, donauit & in perpetuum obtineri concessit B. apostolis Petro & Paulo monasterij Arremari pro anima patris sui Theobaldi & matris suæ Alaidis necnon pro animabus fratrum suorum Stephani videlicet atque Odonis, & pro sua anima iustitiam villæ S. Martini, quæ villa iuxta muros Trecaßinæ ciuitatis sita est, & omnia quæ in ipsa villa siue iuste siue iniuste tam ipse quam omnes prædecessores sui Comites capere solebant. Actum est hoc publice apud Trecas in aula ipsius Comitis non. Mart. an. ab incarn. Dom. 1100. *Indict* 8. *Pontif. autem D. Paschalis ann.* 3. *tempore Philippi regis Francorum, Philippo episcopo Trecaßinæ ciuitatis pontificatum obtinente.*

IN nomine S. & indiuid. Trinitatis, omnibus Christi fidelibus notum fieri volumus quod D. Hugo excelentißimus Comes Trecaßinus, dum secunda vice Hierusalem pergeret, apud Eduam ciuitatem in die festiuitatis SS. apostol. Simonis & Iudæ, dedit & perpetualiter obtinere concessit BB. apostol. Petro & Paulo Arremarensis monasterij, & ecclesiæ S. Ioannis Baptistæ de Castello quæ infra muros vrbis Trecaßinæ sita est, & monachis eis famulantibus, Domno videlicet abbati Gualterio & successoribus eius sextarium frumenti, sextarium vini, panem, vinum & spatulam porci, quæ omnia singulis annis monachi S. Ioannis de Castello soliti erant dare ad portam ciuitatis, quæ versus abbatiam Arremarensem posita est. Cum vero à sancto Dominico sepulchro idem Co-

mes rediit, domnus abbas Gualterius præsentiam eius adiit, eumque humili prece rogauit, vt quod apud Eduam fecerat, hoc coram famulis suis, & coram legitimis testibus Trecaßinæ vrbis faceret & concederet, quod beniuole & amicabiliter fecit. Actum est hoc publice apud Trecaßinam vrbem in claustro S. Ioannis Baptistæ de Castello 7. idus Octob idest in die festiuitatis SS. martyrum Dionisij, Rustici & Eleutherij an. ab incarn. Dom. 1122. concurrente 6. epacta 22. Pontificatus D. Papæ Calisti 2. ann. 5. indict. 1. regnante Ludouico rege Francorum, primo anno Pontificatus D. Attonis Trecaßinæ vrbis episcopi.

In ecclesia memorati prioratus quædam ipsius S. martyris angustissimæ reliquiæ custodiuntur, cuius interuentu & orationibus, complures grauissimis morbis conflictati, sacram ædiculam quæ adhuc superest adeuntes recreantur, & pristinam valetudinem recuperant. Ex veterrimo codice m. s. nonnulla ibidem patrata miracula syncere exscripsi, quæ ne lectorem fugiant huc lubens gratusque appendo in hunc modum.

Ann. Domin. 1248. mense Mayo in festo S. Fidoli contigit Trecis in vico medio quod Colinus Leperuiers & Emelina vxor eius infantulum dimidij anni habebant in cunabulo nomine Emelinam cui sororia eiusdem C. incaute ludendo immisit in os infantis quoddam firmaculum magnum argenteum & grossum lapidibus ornatum, quod delapsum est in guttur infantis, & ita inhæsit & infixum est gutturi eius quod omnino haberi non potuit. Statim cum clamore & eiulatu & inuocatione B. Blasij delatus est infans

ad ecclesiam B. Ioannis in Castello ad reliquias B. Blasij martyris, & dum puer intra ecclesiam iam dictam delatus esset, in ipso introitu portarum ecclesiæ exiliuit ex eius ore & gutture dictum firmaculum totum sanguinolentum. Fratres loci pulsatis tympanis Deo laudes & gratias B. martyri Blasio reddiderunt, & dictum firmaculum in filacterio B. Blasij in memoriam huius .... figi fecerunt.

Anno Dom. 1249. in vigilia Epiphaniæ, quædam Domina de ecclesia B. Mariæ ad moniales Trecenses nomine Helisabeth de .. .. quæ loquelam amiserat in die Circuncisionis præcedenti, nec poterat os aperire, nec dentes disiungere, sanata fuit meritis B. Blasij post dormitionem factam prope altare ipsius in ecclesia S. Ioannis de Castello.

Anno Dom. 1252. sabbatho in festo S. Hieronimi Ioanne. OZanne de Vauckarsi liberatus est ab osse longo acuto & recuruo per B. Blasium, hocque Dominica præcedenti comederat & obmutescere eum fecerat, & 7. diebus in gutture habuerat os illud.

EXEMPLAR EDVCTVM

è volumine processuum verbalium visitationis factæ an. 1441. in ecclesiis Tricassinæ diœcesis per D. Ioannem Lesguise Tricass. episcopum.


Extat hoc volumen in archiuis episcopatus Trecens.

IN præsenti viagio præfatus R. pater non visitauit Abbatiam monasterij Arremarēsis, eo quod ab anno citra eam visitauit, quoniam in mense Februario fuit concordiá fa-

cta inter eundem R. patrem pro vna parte, & D. abbatem & conuentum præfati monasterij parte ex altera. Est autem sciẽdum quod nunc sunt 50. anni vel circiter, venerab. pater F. Ioannes valin tunc abbas præfati monasterij tempore quo D. Clemens Papa 7. suam curiam tenebat Auenione impetrauit ab ipso Clemente per medium D. Cardinalis Ambianens. quandam exemptionem pro dicto monasterio & prioratibus sub ipso constitutis, virtute cuius exemptionis, præfatus abbas & sui religiosi tenuerunt & reputauerunt se tanquam exemptos, adeo quod ab illo tempore præfatum monasterium & eius membra in hac Trecensi diœcesi existentia minime fuerunt à quoquam episcopo visitata, nec præfatus abbas à tunc voluit in magna Trecensi Synodo sicut cæteri abbates comparere. Supradictus autem R. pater, qui nunc est Trecens. episcopus ab anno citra inchoauit processum in curia Parlamenti aduersus abbatem & conuentum supradicti monasterij Arremarensis, & in tantum prosecutus est, quod ipsi abbas & conuentus cognoscentes se per relationem suorum commissariorum iniustam habere causam, concordauerunt cum dicto R. renũciantes suæ præfatæ exemptioni tanquam nullæ, & in signum veræ renunciationis tradiderunt dictæ exemptionis bullas præfato reuerendo, & super eorum concordia, fuit factus de ipsorum consensu certus tractatus, qui fuit per curiam parla-

menti passatus, sicut in literis regiis super hoc confectis latius continetur. Et ad huiusmodi tractatum passandum & concordandum, supradictus dominus in dicto mense Februarij vna cum multis notabilibus viris perrexit ad dictum monasterium: & supradicto tractatu passato & concordato in capitulo dicti monasterij eadem die D. Abbas & religiosi eiusdem induti capis sericis, & dicto abbate similiter induto & deferente mitram & baculum pastoralem cum sua solemni processione, receperunt præfatum R. patrem tanquam superiorem suum, qui ingrediens ecclesiam & cantato *Veni creator* cum versu & collecta dataque benedictione cum indulgentiis, tandem officium visitationis exercuit, sicut continetur in instrumento super hoc confecto. Et in signũ veræ subiectionis supradictus abbas comparuit die Martis præterita in magna Synodo vna cum cæteris D. abbatibus, sicut sui prædecessores ante dictæ exemptionis impetrationem facere consueuerant.

HISTORIA S. VVInebaudi Abbatis.



Aus operum virtutumque sanctarum veraciter aucta lucis tramitibus clareat, vt perfectio gestis non indigeat, plebisque pia suum non omittat ordinem, seu manifesta ratione

patescat. Vir sanctissimus Vvinebaudus Nogenti vici diœcesis Tricassinæ ciuitatis indigena, ortus est natalibus non infimis. Pater namque eius & mater ex sobole fuerunt Romana, sed cum summa libertate egregij præcellerent pollentes, filium ad erudiendum literis destinarunt. qui etiam cum summa celeritate sapientiam quæ donum Dei est adipiscitur, & gratiam Spiritus S. mox consequitur, & cum dicatus Deo incertos caducosque mundanæ fragilitatis casus pertimesceret, clericatus onus accepit, & regularem normam fons diuinus ita & infudit, vt in cellula exigua solitariam duceret vitam. Cùm igitur in oratione & ieiuniis, & psalmorum cantibus atque excubiis pernoctaret, diuina crebrius munera non vacanter, sed decenter vir sanctus per sacra mysteria celebrabat, aditum primæuæ virtutis eius, gloriosius est dicere. Porro mihi tanti ac talis viri, dicenda consurgit materia. Qui vere beatissimus, abstinētiæ vel delicatioris cibi vel carnis ingluuiei à pueritia inspirante Domino tantę continentiæ frenos sibi imposuit, vt non iam maius exigeret, quam quod singulari bucellâ lactis aleretur puerulus. Cum iam solutæ pecudes in pascua sua degerent, & herbarum pecora victualia depascerent quidam (vt aiunt) fur in agello vicino nomine Honorius, matri suæ vitulum solicitat ad furandum. Tunc ille anxius quid ageret, veluti fera terribilis exiliit, collum vituli strinxit brachiis, & os eius velocius

ſocius effrenauit, vt non audiretur mugitus vituli. Ligatum ferro animal quin & verberibus coartatum, ſecernit à matre eius, & ad ſuam domum vbi latebat collocauit. Ilico apprehenſa ſecuri, dextra flexa in capite, voluit interficere, cogitans miſerrimus quod ſibi non poſſet eripi; cui poſt tergum angelica manus retinuit manubrium. Nihil profuit virium augmentum, cum nequaquam vlla vi poterat ei facere detrimentum. Sæpius per triduum functus eſt hoc officio facinoroſus latro, ac demum arreptus eſt à dæmonio. Vox humana mutata eſt in pecudis vocem, pariterque currebant, ſed mugitus eius ad aſtra penetrabant. Vitulus exeſus & diſligatus nexibus, ad matrem feſtinauit illæſus, & prædo diris conſtipatus ardoribus, ad ſacerdotem properauit cruentus, & cum prope cellulam ſancti viri aſſiſteret, caput exagitans crebrius informes perſonabat balatus. Audiens hæc vir beatiſſimus Vvinebaudus, oſtium cellulæ patefecit, ſignumque crucis ori eius impoſuit, complexaque ceruice perſtringens vlnas ori inſufflat, & ex mugitu vox tranquilla regreſſa eſt. Ad quem vir exorabilis ait. miti caſtigatione redarguo te, vt nequaquam vlterius audacter noxius vlli exiſtas, ſin autem non vis, & hic & in futuro grauia pœnæ ſupplicia ſuſtinebis atque tormenta, quæ tua ſunt tibi iuſta ſufficiant: abutere illis ſi vis opes tuas vitali beneficio curſimque agere, caſtigatumque ac mitigatum,

illum ad propria abire permisit. Audiẽs beatissimus vir Gallomagnus Tricassinæ vrbis episcopus famam B Vvinebaudi quæ perspicue diuulgabatur in populo, ilico cum festinatione reuerentissimum lectorem ad virum venerabilem direxit, quem tertiana typus incommodis grauissimis perurgebat. Vir sanctus Vuinebaudus pertimescens intrinsecus, & cogitans ne magnitudo pontificis, se non ad propria reuerti permitteret ait, frater mi, non audeo renuere iussionem pontificalem, si sanctitas sua permitteret me seruum suum, ad propriam cellulam remeare. Denique fidentissimo merito ad eum peruenit, cui non incognitum erat S. Lupi exorando detinere suffragium:& cum vis ardoris ac frigoris repentina infestatione artus lectoris sæpius exagitaret, inde flexo poplite, ad orationem humo se prosternens excellentis fidei virtute emicuit, & saluberrimam adeptus est medicinam. Quem pontifex cum virtute S. Vvinebaudi vi febrium ereptum esse videret, ait ad venerabilem virum. Si permittit almitas tua, tibi loqui non desinam. Necesse nobis est, vir sancte, vt ciuitatem istam non deseras, & pro ouibus propriis orare disponas. At vir beatissimus ait ad eum. Sancti Pauli monita non audeo renuere quibus ait, qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Petiit vir sanctus pontifex, vt ad basilicam S. Lupi ad seruiendum sanctimoniæ suæ continuis orationibus dignaretur promoueri. Eodem itaque

Videtur hoc vocabulum (typus) superuacuum & in textum irrepsisse.

tempore Audericus iamdictæ basilicæ abbas decessit: post cuius decessum sacra fratrum laus omnium voce vna conclamat ad prædictum virum apostolicum, vt venerabilem Vvinebaudum, quem in Leuitici vel sacerdotalis honoris gradum, benedictione sacra summo apice sublimauerat, suis obtutibus mererentur adipisci abbatem. Videns hæc beatus pontifex quod nutu Dei vna in populo voluntas proclamaret: ait omnibus qui in amore ipsius vnanimiter persistebant. O sacratissimi viri, hunc Vuinebaudum quem acclamatis, superni arbitri nutu & voluntate vtriusque sexus acquiescimus & ordinamus vobis abbatem. Ordinatione accepta, hæc abbas ait fratribus. Consolamini & nolite timere: caritas in nobis inconcussa permaneat, vt perfectio non indigeat famulatu. Beatus igitur vir electus à Deo iugibus orationibus & ieiuniis placita bonitate indesinenter vacabat. O peræpretium est eius enarrare virtutes, quia in eum tanta parcitas fuit vt quadragenario numero dierum ieiunium vsque ad somnum custodiret, & ceruicem subditam iugo imposuit, vt in reclusione cellulæ fatigata omnino membra humo prosterneret: nam per totam hebdomadam edulium sibi vberius non exhibuit quam tres panes modicos, quos non amplius nisi tribus pugillis farinæ per singulos dies dispertiret, & per repetitum numerum Trinitatem sanctam indicaret. Et cum beatissimus Vvine-

baudus abbas in natalitiis sanctorum à cellula egrederetur, vultu hylari & claro eloquio fratres corroborabat. Hi autem admirabantur & metuebāt eum per omnia, quod tot diebus tantam inediam sustineret, vt dimidium panem ad esum haberet, & integræ partes reliquæ, quas edacitas non consumpserat, parsimoniæ laus in melius cum palma triumphi & fama crescebat in plebem: quia Deus misericors etiam athletæ suo vitalem alimoniam ministrabat. Maius robur increuit in eum per abstinentiam, quam si dapibus copiosis sæpius satiata aluus repletetur: sed vir sanctissimus sapientia peruigil, lenitate placabilis dictum euangelij non præterijt & serpentis astutiam tenuit: quia & caput suum quod est Christus custodiuit vt prudenter deuitaret insidias diaboli, & simplicitatem columbæ tenuit, vt mira humilitate in hoc sæculo mala non perpetraret. Semper inimicus atrocissimus ad decipiendas animas innocentum vti serpens aditum requirit, vt eas percutiat decipula qua Euam seduxit & socium. Mulier quædam de villa Arceacensi, cum sacro die dominico compater suus ad eam visitandam venisset, qui filium suum spiritaliter ex lauacro sacro regenerauerat, obnixius eum ipsa & vir suus deprecati sunt vt suam domum ingrederetur, cui cursim præparantes sedilia, sederunt pariter. Sed cum feminam garulam, scintilla propriæ auaritiæ inflammasset, præsumptiua anticipauit vir

ſui colloquium, vtquę mente conceperat, ore nefanda proferret. Indiſſolubili (ait) fidei vinculo me apud te conſtringo, ſi haberem ſiceram aut falernum, poculum tibi traderem; quæ tamen lagunculas plenas in conclaui ſuo recluderat. Ille fide plenus credidit: & remeauit. Statim falſiloquax nutu Dei, ſerpentino percuſſa eſt iaculo. Igitur cum ſacro iamdicto die poſt hæc filij ſui caput ablueret ac comeret manu conſtricta cohæſerunt articuli, & mordicus palmam forauit, ita vt extrema eius dentium ſummitas appareret, cui tota hebdomada nō ſuffecerat, diem almum incauta polluit, & cum iam mortem ſubitaneam ante oculos præuideret, voce magna cum eiulatu exclamauit. Væ mihi, quis ſubueniet ad auxilium meum, cum Dei iudicio cōdemnata appareo? Dehinc percuſſa mæſtitia reminiſcens de virtutibus ſancti viri Vuinebaudi quod fama eius peragraret prouincias, reuerentiſſime cum ſumma feſtinatione ad eum veniens, quaſi ad proprium medicum aduitorium poſtulabat. Cum promptiſſime ſe beatiſſimus abbas ad orationem proſtrauiſſet, & limina S. Lupi propriis oſcularetur labiis & lacrymæ ex oculis eius profluerent: miſeratio diuina ab eo longinqua non fuit, cui ad ſeruiendum iugiter, præſens eſſe non deſtitit. Oratione peracta, apprehenſa manu mulieris, ei ſignaculum crucis impoſuit, & digitos qui in carne connexi erant, ac veluti ſudes ſigillatim mouens, & conuulſos à ma-

nu in vſus priſtinos reuocans, ſaniſſimam ad ſuum diuerſorium remiſit. Nommulla nomine fœmina de villa Priſciacenſi paralyſis infirmitate detenta ſeptennio, vſu vnius manus fuerat damnata, nullius rei efficax. Tanta immobilitas artubus erat, quod quaſi lignum aridum membra omnia flectere non poterat. Inſpiratione diuina, mira mulieri vicini loci oſtenſa eſt viſio placida & benigna, quaſi cerneret ſanctum abbatem ingredientem ad eã, & ſuis ſacris manibus membra debilia palpantem, & vigorem priſtinum in nomine redemptoris (effugata debilitate) ſuis artubus reſtituentem. Reuelatione comperta parentalis amor & vir eius continuo alleuauerunt eam onerantes vehiculum, & vſque ad ſancti pedes (paralitica depoſita) properarunt. Precamur inquiunt domine: vt audias. Iam dudum ſpiritaliter præuidiſti ęgrotam, nunc præſens eſt adiuua. Mox beatiſſimus abbas proſtrauit ſe ad orationem, & cum gemitu & lachrymis ait. Domine Deus qui verus & vnus es, dignare hanc debilem & morbidam videre, & ab ea mortem peccatorum depelle. Statim inſignis manus, ſacræ crucis capiti ſignaculum impoſuit, oleoque benedicto membratim perliniuit. Commotis doloribus, in robore priſtino reparata eſt. & quæ in plauſtro venerat, ſanitate recepta remeauit in gloria. Poſt hanc rem geſtam, domini Clotharij Regis (neſcio quo caſu) beatus Lupus Senonicæ ciuitatis epiſcopus dignoſcitur in-

curriſſe calumniam,& extra ritum canonicæ ſententiæ adeptus exilium. Pro cuius rei cauſa, archidiaconus ſuus ad venerandiſſimum abbatem peruenit,genibuſque innixus eſt, vt prædictum regem ſuggerendum ſanctitas ſua non renueret deprecari, vt non amplius paſtoris præſidio ſacroſancta eccleſia deſtituta conſiſteret nec extorris haberetur, nec extraneus. Quamobrem nec fit roganti dilatio,vbi miſericordia voces præuenit ſupplicantis, cepto itinere cum diuina gratia aggreditur viam propere. Cum vir ſanctus ad oppidum Rothomagenſe eminus appropinquaret,& iam phœbus curriculum (die peracta) ad veſperam declinaret: ait ad comites ſuos. Figite fratres tentoriolum noſtrum, quoniam confecti ſumus ab itinere. & cum ſe beatiſſimus ad quieſcendum parumper proſtraſſet, diuina ammonitio ægrotis ſubuenit. Vulgatum eſt de aduentu ipſius, quod in loco vicino ſancti manſio haberetur. Gauiſæ ſunt interim mulierculæ cuiuſdam parentes,& concurrentes ad eam quæ lumine priuata erat, apprehenſam illam manu propria tenentes, perduxerunt ad Chriſti inclitum militem:& aiunt ad eum. Domine: noſtram prolem reſpice. Inſpiciens beatiſſimus ſeruus domini mulierem caſu tali eſſe damnatam, benedictionem capiti vel oculis ſanctæque crucis ſignaculum impoſuit. Confeſtim amotis tenebris clareſcunt lumina, & quæ extraneo officio ad eum perducta fue-

rat, recepit integrum visum, & pedibus suis absq; dubio ad propria remeauit.

Nec dum puella de loco abierat, & ecce homunculus quidam iamdictæ ciuitatis indigena, instigante parte aduersa rapidus & turbidus desperabilis velut multorum canum latrantium vocibus raucitans dentibusque contendens, mordiciis & labiis quæcumque consequi potuisset truculentis dentibus lacerabat etiam insontes: quem ingens turba hominum vix oppresserunt ligantes & manus ligaminibus & circunseptus latera vngulis, quasi taurus ferocissimus ad seruum Dei pertrahitur. Adsumus dicunt. Tantum nos Domine clemens deuios ab itinere detraxit quod famuli tui vix huc trahere eum coram te potuimus. Imploramus domine: coherce & da requiem rabido. Quos ille cernens, miserum doluit: eleuatisque in cœlum oculis in sublime vtrasque erigens palmas orauit. Ilico apprehensa cæsarie in occipiti capitis ceruicemque rigidam amplexu confouens, vexillum crucis ori imposuit. Sospes ille effectus est, & nequaquam noxius illis vlterius apparuit, sed incolumis ad genitalem regressus est locum. Tunc beatissimus peruenit ad Regem in villam nomine Alentum, non longe ab oppido Rothomagensi. Qui cum eum vidisset gauisus est: & quasi Angelum Domini ac vti munus cœleste excepit. Petiit igitur vir Dei Vvinebaudus secundum precem archidiaconi, vt reos qui à ducibus vel comitibus

S. Lupum reuocatum fuisse ab exilio opera S. Vvi-

suis in lacunis aut in carceribus tenebantur, celsitas sua sine vlla dilatione pro religione sanctorum vel pro stabilitate regia dignaretur absoluere. Proinde quod petiit habuit obtentum: absolutis captiuis cum beato Lupo pontifice Senonicorum. Vale dicto, iter repetit, parisius ciuitatem aduenit & duos tantum presbyteros & vnum dyaconum secum retinens: in ante expectandus cæteros abire permisit. Posthæc ait fratribus qui secum remanserunt. Oremus: & non faciamus moram, sed secretius gradiamur viam nostram: & cum prius ecclesias sanctorum venerabiliter circuisset, fons & origo misericordiæ Deus ei pietatis intuitu intimauit, vt carcerali in loco damnatis custodiæ nexibus exutis misericordię iubar impartiret. Quà de re accitum presbyterum comitem viæ, eum allocutus est dicens, Accelera ne moreris: inquire diligenter si custos carceris adest. Qui pergens velocius, fores propulsans obseratas reperit, & agnita renuntiauit dicens. Olim Domine, aduentum tuum diuina annuntiatio plerisque locis manifeste prænunciauit. Milites quidem qui custodiebant fugerunt, & omnia claustra vinculatorum obserata tenentur silentio. Tunc sanctus ait: Silete charissimi, orandi locus aduenit. & cum orasset, post paululum carcer ille corruit: & intrinsecus damnatorum neminem elisit, immo & membra eorum omnia à compedibus & repagulis omnibus diuino mysterio relaxata

nebaudi an. 631. tradit Baron. in annal. eodem an. nu. 4.

sunt. Post hæc dixit ad consodales suos, eamus iam, quia nobis Deus patefecit ostia ergastuli. & cum ijssent pariter, ingressi sunt ad illos qui incarcerati erant inter saxa. & vix quemquam de ruina manibus suis eruere potuerunt, quia semineces præ fame & siti membris omnibus titubabant, & gressum regere non poterant. Exinde dedit eis vir sanctus panem & potum, & refocillato spiritu & animo, manu sua per singulos capita abluit, & cæsariem capillorum qui per tempus increuerant totundit, & dato pretio vestimēta mercatus, sordes pannosque quibus erant amicti iubens reijcere, nouis vestibus omnes reinduit dicens. Videte filioli mei, absolutionem diuinam meruistis, sine metu redite ad propria. Reuerso suo pontifici & sancto viro Vvinebaudo & ingredientibus Senonicam ciuitatem, plebs exultans obuiam progreditur cum hymnis & canticis. Post hæc procedente tempore, die quadam dum S. Lupus in vrbe Senonica ad prandium sederet, per Spiritum S. agnouit quod vir domini Vvinebaudus, ecclesiam S. Stephani introisset: tunc relicto prandio alacer obuiam pergit nemine nuntiante, & sanctum Vvinebaudum inter ecclesiam S. Mariæ & S. Stephani euntem inuenit, atque oratione in prædicta ecclesia cōpleta, datoque pacis osculo, ad proprium perduxit conuiuium. Sæpius cateruatim ad cellulam beati viri Vvinebaudi confluebant infirmi, deprecantes obnixius, vt vel tactu

membra eorum attrectaret, & ærumnosas sarcinas ab eis deponeret, sed Deus verus medicus, nõ dereliquit fidelem amicum diutius orantem: continuo namque, vbi manus Sancti tangebat infirmantes, vigore pristino reintegrato, auxiliante Domino, incolumes ad propria domicilia reuertebãtur. O virum clarissimum, cuius benignitas baculum suum portantes, à passionibus & febribus liberauit. Dum esset adhuc in corpore constitutus, multi à dæmonibus correpti variis vocibus clamitabant se eius torqueri virtutibus, & cum per singulos districtionem verbi propensius ingereret, per vexillum signi sanctæ crucis effugata dæmonia possessos tanquam vasa nitida relinquebant: nam beatissimus athleta, atque seruus domini, per obtestationem diuinã præsciebat, vt mirabiliter effugati maligni spiritus illuc pergerent, vbi flammigera sustinerent tormenta. O quam preciosum virum in quo nullus stetit dolus, qui nũquam libidinose carnalem cõmiscuit thorum, vt castitate custodita, in eo virginitatis integritas permaneret: tantam etiam in se misericordiam habuit, vt indigentibus indesinenter elemosinæ largiretur alimentum. O sacerdotem præoptimum, ieiuniis castigatũ, orationibus deuotum, templum Domini, habitaculum Spiritus S. ad tempus ergo illud accedamus, in quo transmigrauit ad Dominum. Translatus in supernam Hierusalem iustis exultantibus se tantæ fidei plenum ex-

cepisse collegam. Promeruit amicus Dei vt in terra æditus, gloriam cælorum possideret per virtutem, quam non habuit per naturam. Obiit vir sanctus octauo Id. Aprilis. Mũdum vicit spiritum emittens ad cœlum: vitæ terminum non deposuit, sed mutauit. Oremus vt per intercessionem ipsius super nos dominus vultum suum dignetur illuminare, quo per verbum verum possimus arctam viam currere. Quod ipse præstare dignetur, qui cum patre & Spiritu S. viuit & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

NOTAE IN HISTO- riam S. Vvinebaudi.

QVamuis D. Vvinebaudi historia, rudi, inconcinno & impolito stilo conscripta sit, publico tamen non esse subtrahenda censui memoratu dignissima tanti viri gesta, quem suæ ætatis Reges & episcopi ob egregiam & singularem pietatem vitæque sanctimoniam summa beneuolentia complexi & miro fauore ac studio prosecuti sunt, vt in commemorata historia refertur: quæ mihi ansam præbuit obseruandi declarandique, sacrum D. Lupo delubrum aut potius cœnobium cui idem S. Vvinebaudus præfectus erat, id temporis extra vrbis mœnia fuisse: iam vero quia ciuitas Tricassina hac parte dilatata est &

longius producta, murorum ambitu cinctum præ se ferens D. Martini in areis titulum. Quæ sane basilica semper inclyta, & frequēti hominum concursu celebris extitit, hoc prę-sertim, quod in ea nobilissimi custodis ouium S. Lupi corpus conditum humatumque fuerit, sicut Gregorius Turonus memoriæ prodidit l. de glor. confess. cap. 67. quo tempore autem è viuis excessit D. Lupus Deiparæ virgini erat consecrata, quod tamen asseueranter affirmare non ausim, quamuis illud in ms. eiusdem S. Lupi historia scriptum legatur, longe enim post eius obitum concinnata est vt & stilus temporibus consentaneus satis indicat, deinceps vero mutato priore titulo, honorificum D. Lupi nomen induit, ob crebra quæ quot diebus in ea ædebantur miracula sanandis iis qui eius sepulchrum pie religioseque inuisebant. Cæterum præsenti tanti corporis honore ad annum vsque 892. gauisa est, quoquidem anno prædicta basilica incendio vastata, ac communi totius vrbis ruina ac euersione à Normannis, ab obsidione qua Lutetiam sed frustra circumcinxerant redeuntibus funditus deleta fuit. Quam cladem cum clerici qui tum in ea residebāt præuidissent, maturiore fuga saluti suæ consulentes, relicto illo templo, securiora loca asportatis secum pretiosis ipsius S. Lupi reliquiis peti erūt, & exiguo post tempore quam Normannicus impetus resederat, reuersi, ædem intra vrbis septa, sub eodem D. Lupi no-

Plurimum mihi placet Crux quā vestra mihi benignitas direxit. Et credo vos aeternā habere à Deo mercedem pro illius opere, & assiduas S. Lupi intercessiones, & laudabiles gratiarum actiones ab eis, qui ad illius patrocinia confugiūt. Hæc habētur in epistola 55. epistolarum Alcuini quę extāt apud H. Canisiū tom. 1. antiq. lect.

mine extruendam curauerunt, cum ex vetere basilica, sola reliqua esset ædicula, quæ Martiniana nuncupata est; postmodum canonicorum præfatæ basilicæ S. Lupi auspiciis & ductu gubernata, donec postea communi eorum calculo ac assensu in formam cœnobij Augustiniani instituti traducta est anno 1104. tempore Philippi Tricassini præsulis: ac non ita multo post memorati canonici S. Lupi secularem viuendi rationem post tergũ proijcientes, 1135. ad eiusdem regulæ normam, vitam suam cõposuerunt. Atque hæc quidem de antiquitate harum duarum basilicarum dicenda videbantur, quæ omnia multo fusius Guitherus abbas tertius cœnobij S. Lupi suis monumentis testata posteris reliquit, quæ omnium oculis subijcere volui ea serie qua è veteri dicti cœnobij euangeliorum codice bracteis argenteis inauratis obtelato, & insertis lapillis gemnisque instructo ac locupletato exprompta sunt hoc tenore.

quæquidem epistola ad anonymam quamdam monialem, & vt quibusdã coniecturis adductus suspicor, cœnobij Deiparæ virginis in vrbe Tricassina præfectam, scripta est.

De conditione ecclesiæ B. Lupi Trecensis.

IN nomine S. Trinitatis. Ego G. ecclesiæ B. Lupi Trecensis humilis minister notum facio quibuscunque lecturis, quod fratres nostri & ego cum adhuc degerem & agerem sub abbate nostro bonæ memoriæ Eurardo, sicut assolet humana curiositate ducti, veteres chartas quæ in ecclesia nostra conseruabantur scrutari cœpimus & reuersare, reuersandoque quod in ipsis continerent diligenter inuestigare, inter cæteras vero quæ munificentiæ regalis largitio-

nem continebant, nam terra de Luciis & de Cortlauerzi & arpenta de suburbio quem clausum dicimus & faruraria de villa mendicorum dono Caroli Regis ecclesiæ nostræ fuisse collata proprie testabantur, hanc specialiter epistolam quæ subscripta est Adelerini comitis & abbatis S. Lupi nomine titulatam reperimus, & quia iam pene disrupta erat & præ vetustate vix legi poterat transcribi fecimus.

Epistola Adelerini Comitis.

Adelerinus abbas S. Lupi Raginario archiclaui cæterisque canonicis ecclesiæ S. Lupi famulantibus, notum esse volumus omnibus filiis sanctæ Dei ecclesiæ, quia cum tota pene paganorum crudelitate popularetur Gallia, eadem rabie grassante Trecorum conati sunt tangere limina: quorum aduentu ciues eiusdem vrbis pauentes, qua quisque potuit parte aufugerunt. In suburbio autem prædictæ ciuitatis corpus B. Lupi in magna gloria & diligenti cura à Raginario eiusdem ecclesiæ archiclaui & à reliquis clericis nobiliter seruabatur, qui omnes vno consensu glebam sancti viri suis humeris ad tuta detulere loca. Pagani verò vrbem captam incendio tradiderunt, vastantes cuncta & diripientes omnia. Quibus recedentibus qui a proprio solo olim discesserant du'cia cœperunt inuisere loca, & vrbem quam nudam dimiserant necessitate cogente, licet sero muris & turribus & seris obfirmauerunt. In qua iam dictus Raginarius vna cum consensu Bodonis 39 episcopi Trecorum & Adelelini illustris comitis & abbatis S. Lupi iuuantibus & opem ferentibus eiusdem ecclesiæ clericis in proprio sui iuris solo infra muros prædictæ ciuitatis ecclesiam construxerunt, in qua etiam condigno honore sacrum

corpus B. Lupi posuerunt, quia eam in qua prius extra muros fuerat humatum, feritas & immanitas Marcomannorum flammis adusserat. Placuit itaque & visum est eis ob firmitatis indicium literas accipere, vt nemo per succidia tempora comitum aut abbatum & ministrorum quisquam rei publicæ eorum infringere aut inquietare præsumat claustra quę in

* Allodium idem est quod prædium seu territoriū.

*eorum * allodio noscuntur fuisse constructa. Omnia autem ædificia vel structuras, vel quidquid desuper ædificari contigerit, liceat habere, possidere, tradere vendere & facere sicut ex aliis rebus suæ proprietatis, excepta domo in qua sanctum B. confessoris quiescit corpus, ac postmodum bonorum hominum manibus est cartaroborata, vt stabilis maneat & inconvulsa. Si quis vero obuiare huic rationi præsumpserit igne perpetuo cum Iuda traditore Domini aduratur, nisi digna satisfactione correxerit, ego Andelelinus*

Ann. 893 *subscripsi. Actum Augusta Trecorum ciuitate publice. Cal. Martij. anno 3. regnante Odone gloriosissimo Rege.*

Verum quia mentionem fecimus Adelelini comitis & abbatis, sciendum quia comites multis temporibus abbates S. Lupi fuerunt & datores præbendarum, & post comites, Castellani ae capis, vsque ad Clarembaudum virum Alaidis patrem Clarembaudi leprosi, ab isto namque Petrus de Mareyo præpositus S. Lupi vir pius & simplex, data multa pecuniæ summa donum præbendarum redemit, & ab omni subiectione Domini de Capis totam ecclesiam consilio & auxilio comitis Hugonis, à quo Capenses tenebant emancipauit, anno Incarn. verbi 1114. Item ne quandoque prolixitate temporis in quæstionem deueniat, cur ec-

cur ecclesia B. Lupi & ecclesia S. Martini tantæ fraternitatis coniunctione connexæ sint, vt alterutrum declinans ab ordine, per alteram reparari debeat & reformari paucis intimare curauimus. Principalis & prima causa est authoritas apostolicæ sedis & priuilegium sanctæ memoriæ Innocentij P.P. qui sic ordinauit scripsit & confirmauit. Dehinc quia ecclesia S. Martini ab ecclesia S. Lupi radicitus vt esset accepit, & ecclesia S. Martini ecclesiam S. Lupi in religione fundauit & instituit. Quod vt euidentius fiat qualiter factum sit ordine rei gestæ paulo superius repetito breuiter explanabimus. Tempore Philippi pontificis, Girardus S. Lupi præpositus & fratres ipsius ecclesiæ quatuor sacerdotibus honestis viris ecclesiæ S. Lupi vicariis, qui secundum regulam B. Augustini viuere disposuerant, quandam cappellam suam in honore S. Martini dicatam, quæ iuxta clausum sita erat, in qua & B. Lupus sepultus fuisse tradebatur, ad Deo seruiendum concesserunt, quibus & vnam carrucatam terræ Lueriis, & vineas & alia bona contulerunt. Post hæc eadem ecclesia S. Martini processu temporis fidelium largitionibus ampliata, collecto numero fratrum proprium pastorem sortita, cum ad robur religionis & ordinis excreuisset Deo volente post decessum Guidonis præpositi contigit, vt diuæ memoriæ Theobaudus comes consultis religiosis viris Hugone Altissiodorensi episcopo, Hattone Trecensico episcopo, bonæ memoriæ Bernardo Claraeuallensi abbate, Guillelmo prædicti S. Martini abbate, peruigili cura tractaret qualiter ecclesia præfati S. Lupi quæ per negligentiam quorundam à diuino cultu torpuisse videbatur & dicebatur ad religionem conuerteret, pla-

cuit igitur memorato principi, præfatisque religiosis viris, consentientibus & vniuersis S. Lupi canonicis vt decessioni secularium fratrum qui tunc ecclesiæ præerant, regulares canonici subrogarentur, vt quod illi minus honeste faciebant, isti solemnius & cum maiori deuotione Domino deseruirent. Igitur anno incarn. Verbi 1135.3. Cal. Decemb. prædicti religiosi quosdam de ecclesia S. Martini fratres elegerunt, quos in B. Lupi ecclesia sicut dispositum fuerat domino seruituros transposuerunt, qui fuerunt inibi sine proprio abbate, Guillelmi abbatis S. Martini regimini & prouidentiæ respondentes anno vno, mensibus sex, diebus 12. Anno 1137. 2. idus Iunij. Girardus prior S. Martini prædictis fratribus in abbatem datus est & prælatus, vir miræ simplicitatis & secularium negotiorum ignarus. Tunc temporis prece bonæ memoriæ Bernardi Claræualensis abbatis & memorati principis Theobaudi, abbatia de Ripatorio in fundo B. Lupi fundata est in loco qui Buxis vocabatur, pro quo beneficio Hatto Trecensis episcopus ecclesias de Longsault, de Ausona, de Molins, de Lusigny sæpedictæ Trecensi ecclesiæ B. Lupi retribuit.

Præfuit autem prædictus Gerardus eidem ecclesiæ inter aduersa & prospera sine querela incedens & doctrinæ vacans, annis 4. mens. 5. diebus 12. Videns autem se minus habilem minus idoneum tantarum rerum dispensationi, dum grauiter à multis impugnaretur, baculum curamque regiminis sponte deposuit habitaturus secum sibique liberaturus de cætero.

Anno incarnati Verbi 1147. prædicto Gerardo successit Eurardus qui dum degeret adhuc in habitu seculari, eiusdem ecclesiæ cantor fuerat, vir pru-

dens & rectus, rei familiaris strenuus dispensator, Zelator ordinis, amator paupertatis, vir cui prosperatum est aliquando in diebus suis inter aduersa patiens, prospera contemnens. Tunc temporis corpus S. Lupi publice præsentibus Henrico pontifice suburbanisque abbatibus, populo monstratum est, capsa in qua idem corpus repositum est, suis expensis facta, domus hospitum quæ vocatur aula, cum Cellario cæterisque appenditiis à fundamento constructa, præfuit ecclesiæ sibi creditæ pius pater annis.11.mens.11.dieb. 3. Obiit autem senex & plenus dierum & appositus est ad patres suos.10.calend. Decembris, & sepultus est in choro B. Lupi præsente suo pontifice prædicto Henrico, aßistentibus etiam & condolentibus abbatibus suburbanis & cæteris religiosis personis.

Anno incarnati Verbi 1153. prædicto Eurardo in ecclesiæ B. Lupi regimine succeßit frater Guitherus iuuenis in eadem domo sub patribus prædictis educatus & ad religionem informatus: in cuius tempore serenißimus Princeps noster Henricus Dei gratia Trecensis Palatinus comes, ecclesiæ B. Lupi per gratiam suam multa bona contulit, quæ licet non omnia pro magna tamen parte subnotamus, tum vt obuiemus obliuioni, tum ne videamur ingrati. Nolumus enim latere posteros, vt & ipsi gratias agant & pro defuncto deuotius orent, quod prædictus comes dederit nobis præbendam ecclesiæ B. Stephani, fresengias de Ruliaco, fresengias de Baria cum casamento, libertatem furni nostri, modium frumenti in molendinis quæ sunt iuxta portam episcopi, homines quos habebat apud Lusignyacum, & familiam Paschateri de fontibus, libertatem villici nostri de Lueriis, libertatem

submaioris Trecensis & duorum matriculariorum & libertatem .... eiusdem quæ omnia causa maioris firmitatis Zelo Dei succensus literis suis, & sigillo munire curauit. Hunc ipsum dedit & textum quem præ manibus habemus, & in quo scribimus, de quo scilicet id conditionis interponi voluit; & sub anathematis sententia prohibuit ne cuiquam quocumque tempore, quocumque pacto, quacumque causa, ab ecclesia nostra liceat ipsum alienare. In quo etiam iunior Henricus filius eius insculptus est, quasi præsentans eundem Textum. B. Lupo, quatinus sic in memoria teneatur quod in natale B. Lupi, puer isdem fuerit natus, & Textus, ipsius causa eidem B. Lupo donatus. Hactenus memoralia Guitheri.

Quibus quidem omnibus probe perceptis & accurate perpensis eximitur dubium quod oriri potest ex verbis in eiusdem cœnobij Calendarium insertis ad diem 7. Cal. Iunij hoc modo. *Anno Dom.* 724. *præsens ecclesia dedicata fuit in honore B. Mariæ virginis. Item anno* 1104. *religio constituta fuit in hac ecclesia in honore B. Mariæ & B. Lupi.* Quæ verba de veteri illa D. Lupi Basilica, quæ D. Martini titulo insignita est accipienda esse, mihi persuadeo, quoniam an. prædicto 1104. Philippo Tricassino antistite, in Augustiniani ordinis cœnobium erecta est, vt supra iam obseruatum, sicque vocabulum illud *Religionis* intelligendum, cum huius ordinis regula & institutum non nisi anno 1135 in nouam ecclesiam S. Lupi inductum susceptumque fuerit, quo tempore Trecensi clero, non ipse Philippus, sed

Hatto præsidebat. Suspicari etiam licet, nec sine maximi veritatis similitudine mendum in dictum Calendarium in recensione præfati anni 724. irrepsisse. Cum vero supradicta, de institutione dicti Lupini domicilij à me perstricta essent, nonnulli eiusdem cœnobitæ mihi retulerunt, illud etiam transmissa & dilapsa à maioribus traditione tenere, quod antequam Tricassina ciuitas Normannicorum armorum impetu & furore vastaretur anno signato 892. sacellũ iam quoddam extitisse Deiparæ virgini consecratum, quod vulgari & protrito vocabulo, B. Maria de ciuitate appellabatur, in eodem loco situm & exædificatum, in quo nunc præfati monasterij ecclesia conspicitur, in quamquidem clerici qui in extramurana D. Martini basilica commorabantur, se post ipsius basilicæ vastitatem receperunt: quæ caussa fuit vt dicti sacelli spatium porrigerent ampliusque extenderent. Hoc cum obseruatione dignum autumarem reticere nollui, vt quantum in me esset vnicuique satisfacerem, cum etiam ne curiosi obijcerent hoc à me neglectum, quamuis hæc & similia absque auctore producta, apud plerosque nequaquam fidem capiant, imo statim reijciũtur & explodũtur. Superest vt aliud dubiũ tollatur, quod alicuius animum subire, & in ambiguo tenere potest, ex eo quod religiosi dicti cœnobij Imperatorem Carolum caluum, eiusdem cœnobij parentem fundatoremque agnoscunt,

qui illud vberrimis reditibus amplissime dotauit, cui rei cōplura sacri illius domicilij actæ fidem astruunt, ipsum etiam memorialium prædicti Guitheri præludium testatur, & nihilominus memoratus Carolus anno 878. & quatuordecim annis ante veteris basilicæ D. Lupi, nunc S. Martini incendium quod anno sæpe repetito 892 accidit è vita migrauit. verum quæ ipse imperator dilargitus est, ea videntur ad sacratam ædem D. Lupi, quæ eodem Carolo regni insignia gerente in suburbano agro sita erat, referenda: qua postea flammis absumpta, prædia, prouentus, cæteræque possessiones recenti Tricassinæ D. Lupi ecclesiæ ab eius canonicis assignatæ sunt, qui antiqua statione eiecti, nouam hanc ædem intra ciuitatis mœnia exædificarant aut veterem (si quæ antea fuerat) ampliarant, pristinæ tamen ecclesiæ extramuranæ, cuius dūtaxat sacellum D. Martino dicatum reliquum erat proprietatem & dominium penes se retinentes, sibique suo iure deinceps vindicantes. Sed in his rebus fere extricatis diutius non est immorandum, nunc ad S. Vvinebaudum deueniam, qui antequam ad archimandritæ illius sacræ domus Lupinæ extramuranæ honoris amplitudinem eueheretur, in eremo anachoreticam vitam in quodam Tricassinæ diœcesis loco septem leucis ab vrbe dissito duxisse ex firma traditione persuasissimum habetur in quo vt canit ille

Fons est illimis, vitreisque argenteus vndis

Ibiq; Prioratus est eiusdē S. Vvinebaudi nomine insignitus, qui ex D. Lupi cœnobio depēdet. fons vero ille lympidissimis scatens aquis prioratus sacrariū irrigat, quo se cōplures febrili calore ęstuantes, post salutatum precibus, votisque inuocatum eumdem D. Vvinebaudum se proluunt, & à morbo eius præsidio recreantur, sicut ante annos quadringentos, Guarneto Triagnelli domino contigit, quod ipse tanti non immemor beneficij toti posteritati testatum esse voluit monumento litterario hac verborum formula concepto.

Ego Garnerus de Triagnello, notum fieri volo vniuersis tam præsentibus quam futuris, quod canonici S. Lupi Trecensis apud S. Vvinebaudum degentes, tres modios auennæ pro saluamento singulis annis, de suis proprijs mihi reddere solebant. Sed cum ego diutius febre quartana vehementer fuissem afflictus, ad fontem B. Vvinebaudi quadrigis propter nimiam debilitatem vix adductus, ibidem tribus diebus balneatus B. confessoris meritis & intercessionibus à febre omnino liberatus, vnum modium auennæ prædictæ in Iesuchristi gratiarum actione, eidem ecclesiæ in eleemosynam perpetuam condonaui. Actum ann. 1179.

Ad hæc quæ supra commemorata sunt adijciam, me Februario mense præsentis anni 1609. dicti cœnobij S. Lupi religiosos, sacrarum D. Vvinebaudi reliquiarum custodes rogasse, vt eam capsam in quam ipsæ reliquię ingestæ sunt, reserari recludique permitte-

rent, quod non grauate illibenterque, sed æquo animo annuerunt. ea vero patefacta inuenta ossa reuerenter collocata in eadem theca bracteis argẽteis obtecta, quam etiam duodecim apostolorum argenteæ imagines affabre factæ circumquaque ambiunt, in quam etiam aliqui latini incisi fuerant versus quibus indicabatur, quo anno, quibusue impendiis elaborata est · verum quominùs eos integros huc adpingerem obstaculo fuerunt quædam laminæ vbi impressi erant inde subtractæ & eductæ, duo tamen versus integri restant, qui sic leguntur.

Anno milleno centeno ac octuageno
* Tricassino. *Præsule * Matheo, sio sub patre Guitero.*

In eodem cœnobio S. Lupi vltra prædictam S. Vvinebaudi capsam, habentur capsæ reliquiarum S. Euodij Rothomagensis archiepiscopi, & S. Cameliani Tricassini quondam pontificis quæ pariter præfato die resignatæ fuerunt, in quibus publicum instrumentum repertum hac formula conscriptum.

Simile instrumẽtum habetur in theca S. Cameliani. *Anno 1496. die apostol. Simonis & Iudæ, in mei Iacobi Guenin presbyteri de Riceyo Lingonens. d. œcesis Curati de Nouella & Lassicuria Capellani capellaniæ Assumptionis B. Mariæ virginis in ecclesia Trecensi auctoritate apostolica publici notary præsentia, F. Nicolaus Foriot sacræ Theologiæ doctor, huius ecclesiæ S. Lupi abbas, præsentibus fratribus Odino Porree priore claustrali & de longo solido, Petro Adelin de lanis ad nemus, Ioanne Saget præposito, & Petro Lespagnol thesaurario visitauit re-*

liquias B Euodij, & reposuit in veteri capsa, prout eas inuenit, quam antiquam capsam recondit in hac magna capsa ad Dei & præfati gloriosiss. confessoris gloriam Signatum Guenin.

OPERAEPRETIVM visum est & admodum consentaneu, plurimorum titulorum exemplaria huc inserere, qui multas donationes & immunitates à nonnullis principibus, antistitibus, aliisque summæ dignitatis viris cœnobio D Lupi collatas concessasque complectuntur, vt posterioribus sæculis innotescant.

Rescriptum Hugonis Comitis de consuetudinibus Rulliaci.

EGo Hugo Dei gratia Comes Trecassinus, cum Philippo fratre meo Cathalaunensi episcopo & cum vxore mea, notum volo fieri omnibus Christi fidelibus præsentibus eorumque successoribus, patrem meum videlicet Theobaudum Comitem, ob remedium animæ suæ & vxoris, necnon & filiorum suorum sanctæ Dei genitrici virgini Mariæ & S. Lupo confessori atque canonicis ipsi famulantibus perdonasse omnes consuetudines villæ quæ vocatur Rulliaca, omniumque membrorum ei adiacentium quas ministri ipsius iuste vel iniuste solevant in eadem villa supradicta & in membris eius accipere, excepto saluamento & gallina præsentia iter vno denario empta. Quod actum est eo tenore, vt in 2 & 6. feria à canonicis S. Lupi in ecclesia ipsius pro remedio animæ suæ & vxoris atque filiorum suorum

missa celebretur omni tempore, & eo etiam tenore, vt omni anno in festiuitate S. Andreæ, vnusquisque villanus, qui assidue in prædicta villa manebit, habens vnum bouem aut plures arantes, Comiti Trecassino vnam fresingam, vt ita dicam aut duos solidos persoluat. Extra autem potestatem si qui manserint & boues non habuerint, vnam fresingam, aut prædictum pretium inter duos persoluant. hoc autem ita constitutum est vt nullus Comitis minister prædictam villam & membra eius adeat, ad aliquid capiendum, nec iustificandum aut iudicandum exceptis illis qui gallinam & saluamentum, sicut prædictum est accipient. Nec & quisquam ipsius minister in tota potestate illa aliquid accipiat, nec iustitiam aliquam in ea faciat. Idem vero ego Hugo Comes Trecassinus & frater meus Philippus Cathalaunensis episcopus, atque vxor mea approbamus, & ne qua ambiguitas nec contentio de consuetudinibus perdonatis, vlterius oriatur sic ipsas distingui præcepimus. Omnes liberos homines & liberas fœminas, & quicunque vel quæcunque ex aliis locis in villam supradictam & in membra eius causa morandi venerint, atque consuetudines eorum quas ministri nostrorum Patrum, nostri etiam solebant accipere, siue iuste siue iniuste in villa dicta Rulliaca & in membris ipsi adiacentibus omnino siue acceperint in locis siluestribus, siue in campestribus, siue in aquis, siue in pratis, siue in seruis, siue ancillis, siue in liberis ibi manentibus, vel cum prius ibi mansissent inde alio recedentibus, omnino inquam, ego Hugo Comes Trecassinus & frater meus Philippus Cathalaunensis episcopus & vxor mea per-

donamus S. Dei genitrici Mariæ & S. Lupo & canon cis ipsius excepta gallina præsentialiter vno denario empta, & excepto saluamento & fresinga vel pretio ipsius solidis scilicet duobus. Si quis autem hoc statutum infregerit, sit maledictus, & ab omni consortio Christianorum submotus, sicut Dathan & Abiron quos terra deglutiuit.

Scriptum Comitis Hugonis de seruientibus S. Lupi.

IN nomine S. & indiuiduæ Trinitatis. Ego Hugo Comes Dei gratia Trecensis, post vulnerum meorum nimis difficilium afflictionem, & eorundem Deo medicante euasionem, perpendens me in pluribus diuinam gratiam offendisse, pœnamque prædictam peccatis meis exigentibus me iuste promeritum, attendens longe maiorem promeruisse, de collato mihi beneficio a Domini benignitate videlicet de reddita mihi sanitate, proposui in conferendis beneficiis aliquibus ecclesiis Domino gratias reddere, & quia bonum desiderium lætus debet comitari exitus, testante B. Augustino, qui Dominum orat vt bonis principiis meliores adiungantur exitus, quod in interiori meo votis disposueram, exhibui effectibus. Dedi igitur ecclesiæ B. Lupi Trecensis monasterij libertatem domorum canonicarum, videlicet vt nemo præsumat deinceps eas violare, propter furem ibidem repertum, nec aliquo modo extrahere ipsum, sed liberum permittere in manu atque nutu canonicorum, nec accipere mensuram vini, siue annonæ, quamuis falsam ibidem, neque inde extrahere aliquid violentia, nec etiam fugitiuum aliquem. Seruientes etiam qui viuent de proprio victu canonicorum ita liberos efficio, vt e-

etiam si mercatores fuerint nullam prorsus mihi vel meis faciant consuetudinem & nullum pro mercatura soluant teloneum. Quod si forte clamor fiat de aliquibus prædictorum seruientium, nemini respondeāt, neque in ius veniant, nisi ammonitione canonicorum. Quid plura? nullum prorsus mihi vel meis faciant seruitium. Præterea tres seruientes qui custodiunt commune bonum canonicorum, videlicet cellarius & custos horrei atque maior eadem prorsus libertate quæ data est prædictis seruientibus à me donantur & de quocumque officio viuant, nullum teloneum, nulla prorsus consuetudo mihi vel meis ab eis persoluatur. Actum anno incarn. Dom. 1103.

Henrici Comitis rescriptum.

IN nomine S. & indiuiduæ Trinitatis. Ego Henricus Trecensis Comes Palatinus. Notum facio præsentibus & futuris. Quod canonicis ecclesiæ B. Lupi, elemosinam quam à Comite Hugone ab antiquo habebant, pro anima mea & antecessorum meorum concesserim. Concessi igitur ecclesiæ B. Lupi Trecensis libertatem domorum canonicorum videlicet vt nemo præsumat deinceps eas violare propter furem ibidem repertum nec aliquo modo extrahere ipsum, sed liberum permittere in manu atque nutu canonicorum, nec accipere mensuram vini siue annonæ ibidem quamuis falsam neque inde extrahere aliquid violentia nec etiam fugitiuum aliquem. Seruientes etiam qui viuent de proprio victu canonicorum ita liberos efficio, vt etiam si mercatores fuerint, nullam prorsus mihi vel meis faciant consuetudinem, & nullum pro mercatura soluant theloneum. Quod si forte clamor fiat de aliquibus prædictorum seruientium, ne-

mini respondeant, neque in ius veniant, nisi ammonitione canonicorum. Quid plura? nullum prorsus mihi vel meis faciant seruitium. Praeterea septem seruientes, qui custodiunt commune bonum canicorum, videlicet cellarius & custos horrei, maior submaior & duo marreglarij, atque clausarius eadem prorsus libertate quae data est praedictis seruientibus à me donantur, & de quocumque officio viuant, nullum theloneum, nulla prorsus consuetudo mihi vel meis ab eis persoluatur. Concessi etiam vt palitium quo praedictorum canonicorum clauditur vinea quae clausum dicitur, in eo statu in quo nunc est, meis meorumque successorum temporibus immotum maneat, & à nemine calumnietur. & si amoto palitio murum ibi facere voluerint, absque contradictione eis permittatur. Concessi etiam memoratis canonicis totam aquam quae à molendinis de torrente infirmòrum vsque ad grangiam S. Lupi quae vocatur bretonia iuxta villers protenditur, vt nullus absque praecepto abbatis vel canonicorum suorum in ea piscari quocumque modo deinceps audeat, ita tamen vt ecclesia praedicta mihi meisque successoribus annuatim vnum sextarium frumenti ad festum S. Remigij perinde persoluat. Concessi quoque eisdem fratribus, vt salicetum quod interiacet inter molendinos de ponte S. Mariae & pontem Huberti vbi libuerit extirpent, & exinde quatuor arpenta prati ad vsus ecclesiae profutura conficiant. Hoc autem factum vt apud posteros firmum illibatumque permaneat scribi praecepi, sigillique mei impressione testiumque subscriptione confirmari. Actum anno ab incarnatione Dom. 1154.

De Proceßione B. Petri Trecensis.

IN nomine S. & indiuiduæ Trinitatis. Ego Haicius Dei patientia Trecensis ecclesiæ B. Petri decanus & totum capitulum, notum fieri volumus præsentibus & futuris, quod querelæ quæ inter ecclesias B. Petri & B. Lupi diutiùs agitatæ fuerant, pari consensu vtriusque capituli tali modo terminatæ sunt & sopitæ. Sanctus Lupus in territorio Creniaci decimam vini non habebit, salua sibi decima annonæ, si vineæ desertæ reuersæ fuerint ad campum. In quacumque villa homines S. Petri hominibus S. Lupi per matrimonium coniuncti fuerint, parui nati de tali matrimonio, inter prædictas ecclesias ex æquo diuidentur. Excipitur de hac partitione sola villa quę* aureum villare vocatur de qua sciendum est, quod si vir vel fœmina S. Lupi in ea matrimonium contraxerit, tota proles de tali matrimonio intra villam nata S. Petro remanebit. Homo S. Lupi veniens in eandem villam quamdiu viuet ius suum scilicet Cheuagium S. Lupo reddere tenebitur, & si recedere voluerit, libere recedet & parui nati extra villam partientur. Si casu vulneratus fuerit vel occisus homo S. Lupi, sanguis vel alleuium S. Lupo reddetur. Quinque seruientes S. Lupi, maior, cellarius, Grenetarius, & duo matricularij ipsi & vxores eorum ius parrochiale beato Petro reddere non tenebuntur, neque sacerdotibus ipsius, neque parui eorum donec fuerint coniugati vel re-

* Oruil-lers.

cesserint à patribus suis. Reliqua familia seruientium prædictorum parrochiali sacerdoti subiecta erit. vineæ quas modo tenet S. Lupus ad pontem S. Mariæ quæ fuerunt Petri Asini & in præeria prope molendinum S. Quintini à decimatoribus S. Petri non decimabuntur, si quas deinceps acquisierit infra terminos suæ decimationis de illis decimas habebunt. In quatuor festis annualibus, scilicet in natale Domini, in Pascha, in Pentecoste, in festo B. Petri, quando processio B. Lupi secundum consuetudinem ad ecclesiam B. Petri venerit, ibi deinceps vsque dum dicatur, Ite missa est, remanebit. Percantata vero missa, camerarius B. Petri Cellario B. Lupi singulis supradictorum festorum quinque solidos pro benedictione donabit. hoc autem totum quodratum sit & inconcussum maneat consulto & laudante capitulo nostro scribi fecimus, scriptumque sigillo B. Petri confirmari. Actum anno incarnati verbi 1189.

De præbenda S. Stephani Trecensis.

IN nomine S. Trinitatis. Ego Manasses ecclesiæ B. Stephani humilis decanus, & Manasses eiusdem ecclesiæ præpositus in posterum. Quia tempus præterit & facile post labitur & recedit à memoria quidquid fit aut nascitur in tempore, nos & fratres nostri quatenus aliquod obliuioni remedium opponeremus quod pio & simplici oculo factum est tradidimus. Igitur filij qui nascentur & exurgent, enarrent filiis suis & cognoscat generatio altera, quod Guiterus abbas S.

Lupi & fratres cum eo & sub eodem seruientes, à domino de Cortlauexeium patiebantur, & vim facienti per se resistere non valebant. Propterea de patrocinio serenissimi Comitis Henrici principis & fundatoris nostri plus sperantes & ab ecclesia S. Stephani quæ nobiles & potentiores personas habet, maius auxilium consiliumque præstolantes, medietatem totius possessionis quam in territorio de Cortlauexei & in appenditiis eius tenebant eidem ecclesiæ B. Stephani & canonicis in eadem seruientibus imperpetuum possidendam concesserunt, & præter hoc vt si quid ex his quæ per violentiam tyrannorum ipsis rapta vel detracta sunt, adiuuante Deo reuocare potuerimus, nos duas partes recuperatorum nobis teneamus, ipsi tertiam hereditario iure rehabeant. Stationem quoque quam S. Mauræ debebant, & quidquid ipsis pro ea debebatur ecclesiæ nostræ similiter concesserunt ita tamen vt eo anno quo festum S. Mauræ feria secunda euenerit ab hominibus S. Lupi qui præparationem panis & carnium debent nihil amplius quam summa decem solidorum requiratur. Illustris vero princeps prædictus Henricus participato consilio tam personarum quam totius reliqui capituli nostri ne tanto beneficio nos & ipse videremur ingrati, reciproca charitate in ecclesia nostra præbendam vnam ecclesiæ B. Lupi perpetuo tenendam concessit & supradictum abbatem de illa sicut mos est inuestimus, ad maiorem quoque societatis & familiaritatis coniunctionem, vtriusque capituli B. Stephani & B. Lupi, statutum est vt ad sepulturam canonicorum defunctorum vicissim fratres vtriusque ecclesiæ conueniant, & defuncto debitum seruitium persoluant. In

Inuen-

Inuentione quoque B. Stephani, & in natale B. Lupi processiones ad celebrationem missæ maioris adinuicem sibi debebunt, & altriutriusque solemnitatis Octauas alterutri quot annis ordine debito celebrabũt. Hoc autem totum quo ratum maneat & illibatum, neue temporis diuturnitate vel hominum nequam malignitate peruerti vel mutari valeat scribi fecimus. Scriptum vero causa maioris firmitatis communi sigillo capituli nostri communimus. Data Trecis per manum Haicij magistri scolæ, anno ab incarnatione Dom. 1163.

BVLLA INNOCENTIJ Papæ 2.

INnocentius episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Vvillelmo abbati S. Martini, canonicis in ecclesia S. Lupi Trecensis regularem vitam professis imperpetuum. Nihil est in terris Deo gratius aut apud homines laudabilius quam amor religionis, vnitas charitatis. Per alterum enim abiectis pompis secularibus; virtutibus adornamur, per alterum vero cœlestis curiæ ciuibus coniungimur. Quia igitur idipsum videlicet Deo placere cognoscimus ad propagandam in singulis ecclesiis religionem propensiori studio operam damus. Quod autem in ecclesia S Lupi Deo gratias statutum est, vt videlicet ibidem ordo canonicus secundum B. Augustini regulam de cætero conseruetur, & tu

dilecte in domino fili Guillelme abbas, ad bonorum custodiam & reformationem religionis eidem loco præsideas, gratum habemus. Proinde venerabilis fratris nostri Attonis Trecẽsis episcopi & charissimi filij nostri Theobaudi Blesensium comitis illustris siquidem viri & religionis amatoris precibus annuentes, quod à dilectis filiis nostris Hugone Pontiniacensi abbate, Andræa de Baldimento religiosis atque prudentibus pia solicitudine & Deo placente ac rationabili dispositione, de institutione vestræ ecclesiæ factum est, apostolica auctoritate firmamus, & præsentis scripti pagina communimus. Porro magisterium & dispositio eiusdem ecclesiæ tam in religionis institutione & obseruantia, quam etiam in officiis & aliis necessariis præparandis, ad te dilecte fili Guillelme abbas, quemadmodum à supradictis viris statutum esse dinoscitur, pertinebit, & præbendæ ipsius loci ex quo vacuæ fuerint in tuam deuenient potestatem, in locum scilicet obeuntium personarum eiusdem loci non nisi regularibus tuo studio & prudentia subrogandis. Atque hoc ipsum in eadem ecclesia tuis vel successorum tuorum temporibus eo vsque seruabitur, donec diuina cooperante clementia, partim ex propriis redditibus, partim ex fidelium elemosinis, in tantum idem locus excreuerit, vt iuxta sanctorum patrum regulas proprium debeat habere pastorem, dum tamen is qui prefatæ ec-

clesiæ fuerit præferendus,aliunde nullatenus eligatur,nisi tantum de ecclesia B. Lupi, aut etiam S.Martini, dum modo in alterutra earum ad abbatiæ regimen quis idoneus valeat reperiri. Denique prædicta B. Lupi ecclesia, proprij rectoris gubernationem adepta, hæc inter vtrasque mutuæ charitatis vnitas conseruetur, vt si quod absit aliqua earundem ecclesiarum à sui status integritate & religionis vigore deciderit,per disciplinam & ordinem alterius ad honestatem & religionem pristinam reparetur. Si vero vtraque peccatis exigentibus adeo fuerit dissoluta,vt alicui earum per alteram in reformanda religione nequeat subleuari,tunc ad Clareualensem & Pontiniacensem abbates qui pro tempore fuerint recurratur,vt per alterum eorum vel etiam per vtrumque, quod in eadem ecclesia perperam gestum est, ad debitum statum & ordinem reducatur. Quod etiam de abbatis electione erit nihilominus obseruandum, si forte(quod absit)in eisdem ecclesiis ad tãtum regimen nemo idoneus repetiri poterit. Statuimus etiam vt quæcumque bona, quascunque possessiones præfata ecclesia S. Lupi impresentiarum iuste & canonice possidet aut in futurum præstante domino rationabilibus modis poterit adipisci firma vobis & illibata seruentur. In quibus hæc propriis nominibus duximus annotanda, videlicet quidquid habet in villis infra scriptis idest in Rulliaco, in Lusigniaco, in Baira, in Molins, in

Dunuilla, in Luceriis, in Corthlauerzei, ad pontem S Mariæ, in S. Maura, in Riueria de Arduceo, in Rulliaco de Campania, in Cheſſellas, ad fontem S. Vvinebaudi, in villa quæ dicitur Baira. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat præfatam B. Lupi eccleſiam temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet moleſtiis fatigare, ſed omnia integra conſeruentur eorum pro quorum ſuſtentatione & gubernatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura, ſalua Trecenſis epiſcopi debita reuerẽtiâ, Si quâ igitur in poſterum eccleſiaſtica, ſecularisue perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptauerit, ſecũdo tertioue commonita niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere, de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & domini redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubiaceat vltioni. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen, amen. Actum anno gratiæ 1136.

LITTERÆ COMITIS Henrici, de libertatibus S. Lupi videlicet hominum seruientium & maiorum, & etiam de dono bonę memorię Caroli Calui Regis Francorum, & de libertate domorum.

EGo Henricus Comes Trecensis Palatinus, vniuersis tam præsentibus quam futuris notum facio, quod reatum animæ meæ intolerabilem agnoscens, & ecclesiam Dei nulli potestati seculari iure esse subditam, immo ab omni iugo dominationis laicæ secundum canonicam institutionem esse liberam agnoscens, dominium quod in ciuitate Trecensi antiquitus B. Lupus habuit confessor gloriosus recognoscens & signum & memoriam ipsius antiquæ dominationis. ob remedium animæ meæ & parentum meorum videlicet bonæ memoriæ quondam Comitis Theobaldi patris mei & matris meæ Matildis quondam Comitissæ & aliorum antecessorum meorum, ecclesiæ B. Lupi Trecensis concessi quod homines dictæ ecclesiæ S. Lupi quos habet apud Trecas & habitura est vndecumque veniant, quamuis maneant in iustitia mea in ciuitate & potestate Trecensi non respondeant alicui de cætero coram me vel meis ministris, nisi pro forefactis furti, vel mutire, vel raptus vel inuenti fuerint præsentaliter in forefacto, quod dicitur mellee, & hoc quando sanguinis effusio interuenerit. Concessi præterea ecclesiæ prædictæ S. Lupi liber-

tates maiorum & submaiorum quos habet & habitura est in villis suis dicta ecclesia. Videlicet libertatem maioris & submaioris de Molins, maioris & forestarij de Lusigni, maioris de Rulliaco & maioris de Baira & seruientis dictæ ecclesiæ quam habet apud villam partis & de Colauerdi, & de Montesuzano, & de Maignillo iuxta selerias, & de Riueria de Arduceo, maiorum & submaiorum seu decanorum similiter, ita quod prædicti seruientes in tota terra mea de cætero nullum pedagium, nullum portagium nullum minagium, seu theloneum vel aliam consuetudinem quocumque nomine censeatur mihi vel meis pro aliqua mercatura persoluatur. Ita tamen quod quilibet de prædictis mercatoribus vel seruientibus in signum libertatis suæ teneatur duas libras bonæ ceræ accrescere in cereo quod solet deferi in processione ad festum dicti gloriosissimi confessoris & in honore ipsius sancti pro remedio animæ meæ & parentum meorum offerre. Vineam vero dictæ ecclesiæ quod clausum dicitur de retro sanctũ Martinum, & vineã de bastis, & vineam de thesauro, & vineã de laboras quæ omnia habet dicta ecclesia ex dono bonæ memoriæ Caroli Calui quondam Regis Francorum ad preces & instantiam religiosi viri Guiteri abbatis ita liberas esse recognoui, & recognosco, quod nec ego nec aliquis baliuus, seu minister vel seruiens meus prætor aliquid forefactum in prædictis locis iustitiam aliquam poßit habere vel reclamare, nec aliquis alius nisi .... mandatũ dictæ ecclesiæ S. Lupi. Præterea in grangiis & domibus ecclesiæ S. Lupi quaqua versum sitæ sint in tota terra mea dictam ecclesia in eamdem prorsus iustitiam in ipsis & pertinentibus,

ad eos habere recognosco me & successores meos omnino nullam habere .... Quod vt ratum, &c. Actum est hoc apud Peancium, anno incarnati verbi, 1161. regnante Ludouico Rege Francorum.

SCRIPTVM DOMINI Clarembaudi de Capis.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego Clarembaudus de Capis. Notum volo fieri omnibus fidelibus præsentibus & futuris, quod ecclesia Dei genitricis Mariæ & B. Lupi confessoris atque pontificis iniusta exactione atque hereditaria successione contra fas atque canones opprimebam, immo contra Dominica præcepta, atque apostolicæ sedis instituta agens, periculũ excõmunicationis atq; perpetuæ damnationis, pro timore elationis & liuore cupiditatis animæ meæ ingerebam. Nunc autem reatum animæ meæ intolerabilem agnoscens, & ecclesiam Dei nulli potestati seculari iure esse subditam, immo ab omni iugo dominationis laicæ secundum canonicam institutionem esse liberam agnoscens, vt ego & antecessores mei à vinculo tanti reatus absoluamur & tanti veniam periculi apud misericordissimum iudicem inueniam. Ego & mater mea & frater meus atque vxor mea cum omnibus filiis meis supradictæ ecclesiæ condonauimus prepositure concessionem, quod romane dicitur losum, venditionem præbendarum & quod vulgus appellat Summarium & à manu nostra omnino remouemus & præfatæ ecclesiæ concedimus, omne dominium quod in ipsa habebamus intus

& extra in terris, in memoribus, in aquis, in hominibus atque fœminis. Et vt succincta breuitate omnes consuetudines nostras iniuste in eadem ecclesia vsurpatas ab eadem funditus extirpemus, quidquid in eadem ecclesia intus & extra vt supradictum est hucusque habuimus, nullo iure retento, omni exceptione remota, pro remedio animarum nostrarum atque antecessorum nostrorum supradictæ ecclesiæ dimittimus, atque perpetua & inuiolabili concessione roboramus. Precamur etiam vt si quis aduersus institutionem huius paginæ insurgere presumat, ecclesiasticæ excommunicationi subiaceat, & nisi resipuerit, inter hedos positus à summo iudice perpetuæ damnationis sententia corruat. Actum Trecis in choro S. Lupi, Paschali Papa existente, Ludouico Rege regnante, Philippo episcopante, Hugone Comite existente, Anno incarnationis Dominicæ 1114.

STATVTVM ABBATIS
Guiteri & Canonicorum ecclesiæ S. Lupi.

EGo frater Guiterus Dei gratia B. Lupi Trecensis minister humilis & capitulum nostrum. Ad notitiam omnium hæc legentium peruenire volumus, quod nos piam recolentes sollicitudinem prædecessorum nostrorum qui dona regalia deuote conseruare studuerunt illibata, prouidentes etiam successoribus nostris, ne per ignorantiam quod Deus auertat aut negligentiam incidant in canonem latæ sententiæ, quo possessiones

ecclesiasticæ districtius inhibentur alienari. Pari consilio statuimus & assensu communi statutumque firmiter & omni dispensatione penitus exclusa, sub anathematis pœna decreuimus obseruandum. Videlicet vt clausum de post S. Martinum in areis, quod de dono piæ recordationis Caroli Calui Regis Francorum possidemus, huic ecclesiæ B. Lupi conseruetur integrum perpetuo pariter & illæsum sine aliqua sui diminutione, ita quod nec aliqua necessitate cogente, vel interposita conditione ipsum clausum vel aliqua pars eius vendi seu commutari valeat aut donari. Sub hoc etiam interdicto disposuimus hastas quæ sunt ab opposita parte clausi peremniter retinendas & vineam de thesauro vineamque laboras. Si quis autem contrarium huius institutionis attentare præsumpserit, vel ipsam aliquo modo mutare voluerit .... militantis ecclesiæ tãquam aridum membrum sine gratiæ cœlestis humore sequestratus corporaliter pereat & nisi motum malæ voluntatis ad petram Christum pœnitens allis erit, triumphantis ecclesiæ gloria priuatus perpetuæ damnationis tormento subiaceat. Obseruantibus autem hoc decretum & obseruari volentibus pacis auctor & amator pacem temporis tribuat & pectoris & ad pacem deducat æternitatis ipse dux & rector omnium qui viuit in sæcula sæculorum.

SEQVVNTVR NOMINA Præpositorum ecclesiæ S. Lupi Trecensis antequam in cœnobium ord. S. Augustini erecta esset.

Ioannes.
Vvilencus.
Syluester.
Girardus.
Petrus.
Guido.

NOMINA AEBATVM.

1. *Girardus.* Factus est abbas an. 1137. & præfuit an. 4. mens. 5. dieb. 12.
2. *Euerardus.* Præfuit annis 11. mens. totidem dieb. 3. Obiit anno 1153.
3. *Guiterus.* Per annos 44. miro moderamine pacifice rexit ecclesiam. Huius tempore, capsa argentea, lipsana S. Vvinebaudi continens facta est. an. 1180.
4. *Drogo.* Præfuit an. 12. tempore Garneri Tricassini præsulis, à quo sacro benedictionis abbatialis munere donatus est.
5. *Manasses.* Præfuit an. 3. circa an. 1208.
6. *Philippus.* an. 10.
7. *Philippus.* Dimisit abbatiam & factus est monachus in cœnobio Clareualensi circiter an. 1230.
8. *Symon.* Præfuit an. 7. mensib. totidem.
9. *Bernardus.*

10. *Renaudus.*
11. *Gualterus.* Obijt in recessu subsidij terræ sanctæ.
12. *Milo.*
13. *Ysambardus.*
14. *Hondoynus du Fay.*
15. *Ioannes.*
16. *Nicolaus de Marigniaco.* Obijt an.1325.
17. *Iacobus Muete.*
18. *Ioannes de Chailleyo.* Obijt an.1365. Huius tempore theca argentea facta est in quam reliquiæ S.Lupi nunc sunt reconditæ.
19. *Nicolaus.*
20. *Gauffridus.*
21. *Ioannes Persin.* D. Regis Consiliarius, qui cum prudentia plebisque gratia per 37. annos rexit ecclesiam bonis quampluribus abundantem. Post eius decessum ecclesia fuit absque vero pastore 10.annos, propter lites super regimine ortas. Sepultus est in sacello B. Mariæ eiusdem ecclesiæ, cuius sepulchreto hoc incisum epitaphium. Hic iacet ven.pater M. Ioan. Parresin natus de Virtuto, iuris canonici eximius doctor, qui hanc capellam cum multis ædificiis in hac domo ædificauit, diesque suos in eadem terminauit die 24. Ianuarij an.1410.
22. *Alardus de Sauiniaco.* Hunc fuisse abbatem dicti cœnobij anno 1412 quædam

instrumenta publica fidem faciũt, quem tamen prætermisere nonnulli abbatum catalogi.

23. *Symon de Pictauiensi Comitatu.*

24. *Gulielmus Andoillette.* } Sepulti sunt

25. *Petrus Andoillette.* } in naui ecclesiæ sub eadem tumba hac inscriptione ornata. Cy gisent deuotes personnes maistre Guillaume Andoillette licentié en decret, lequel estant abbé de ceans feit faire les voustes des croisees & nef de ceste Eglise, qui trespassa le iour de S. Crespin 1461. & maistre Pierre Andoillette licentié en decret & abbé de ceans qui feit faire le petit clocher de ladicte croisee qui trespassa le 26. Septembre 1491.

26. *Nicolaus Forjot.* Factus est abbas anni 1486. per cessionem dicti Petri in manibus Trecens. episcopi factam, pragmitica Sanctione tunc vigente. Ecclesiam S. Lupi, religione, structuris magnificis, & possessionibus ampliauit. Sepultus est in sacello S. Nicolai vbi hoc epitaphium legitur. Cy deuant gist humble frere Nicolas Forjot natif de Plancy, religieux de ceans, Docteur en Theologie en l'vniuersité de Paris, qui mourut le 18. Decembre 1514.

27. *Nicolaus Prunel.* Vir pius prudens, & eruditus qui monasterio tum in spiritualibus, tum in temporalibus non medio-

criter profuit. Obijt an. 1533. post cuius obitum electio abbatialis finem habuit.

De dicti Prunel ad abbatialem dignitatem prouectione, in m.s. dicti cœnobij codice hæc exarata sunt.

Anno Dom. 1513. decima quinta die Martij F. Nicolaus Forjot resignauit hanc abbatiam in manibus R. in Christo patris domini Iacobi Raguier episcopi Trecensis ad commodum F. Nicolai Prunel, &c. prioris prioratus de Laneis ad nemus, &c.

Et nota quod prædicta resignatio facta fuit per prædictum Forjot omnibus consentientibus fratribus, ne in futurum hæc ecclesia B. Lupi, incommoda & damna grauissima pateretur, quibus præmeditatis damnis & incommodis ipse Forjot disposuit primo facere per procuratorem apud summum pontificem; sed quia responsum fuit per eos quibus scripserat, qui talia in Vrbe habent expedire quod inuenerunt monasterium B. Lupi Trecensis esse consistoriale, quare non poterat expediri, nec bullæ de ipsa resignatione & collatione à sanctißimo patre leuari absque expositione mille ducatorum. Qua de re apud semetipsum ipse Forjot conclusit, quę supradicta sunt facere & expedire vt supra dictum est per R. episcopum Trecensem, quoniam & à longo tempore ab antiquioribus huius domus audiuit ipse Forjot, quod alias ipsa domus in totalem ruinam occasione annatarum deuenit. Precatur igitur ipse Forjot suos sequaces in hac domo vt sic agant in suis vltimis diebus & taliter prouideant quod ipsa domus & ecclesia talia incommoda & damna non patiatur.

28. *Odardus Hennequin.* Episcopus Trecen-

ſis, primus abbas commendatarius. Obijt an. 1544.

29. *Ioannes Errault dictus de Chemans.*

30. *Stephanus de Nicey.* Monachus cœnobij Moliſmenſis.

31. *Ioannes de Vulcob.*

32. *Nicolaus de Neufuille.* Is in ſuprema Pariſienſi curia Senator ampliſſimus & integerrimus, cœnobiarcha renuntiatus eſt per obitum dicti de Vulcob an. 1608. moxque collapſa monaſterij ædificia reſtauranda reſtituendaque nullis parcens impenſis procurauit. eum incolumem in multos annos magno cœnobij bono Deus opt. max. conſeruet.

SEQVITVR POLERIVS

beneficiorum officiorumque omnium monaſterij S. Lupi Trecenſis ord. canonicorum regularium S. Auguſtini exiſtentium in dicto monaſterio ciuitate & diœceſi Trecenſi, recollectus per D. N. Prunel abbatem dicti monaſterij ex chartis & litteris in chartulario ſeu theſauro prædicti monaſterij repertis ad memoriam & opus futurorum an. 1519.

IN prædicto monaſterio S. Lupi, præter dignitatem abbatialem ad quam ſolet quis per electionem religioſorum canonicorum aſſumi, & per authoritatem Trecenſi epiſcopi confirmari, ac diuinæ benedictionis

munere & insignibus abbatialibus decorari, sunt duo officia claustralia, præpositura scilicet & thesauraria, quæ abbas pleno iure confert.

In ciuitate Trecensi.

In ciuitate Trecensi & ecclesia collegiata S. Stephani obtinet idem monasteriũ vnam præbendam ex dono illustris memoriæ Henrici Comitis Campaniæ, ad quam deseruiendam committit abbas prædicti monasterij vnum ex suis regularem quem præsentat venerab. decano & capitulo prædictæ ecclesiæ S. Stephani Trecensis, & percipit huiusmodi commissus fructus omnes præbendæ sicut cęteri canonici, deseruitque huiusmodi commissus quamdiu placet & ad nutum abbatis.

Sequuntur beneficia ruralia in Decanatu Trecensi.

Prioratus curatus de Laneis ad nemus, abbas monasterij S. Lupi Trecens. præsentat vnum ex suis regularem & episcopus Trecensis confert.

Prioratus curatus de Lueriis cum suo succursu de Fontanis, abbas prædicti monasterij præsentat vt supra & episcopus confert.

Prioratus curatus de Lusigneyo, abbas prędictus præsentat vt supra & episcopus confert.

In Decanatu Villæmauri.

Prioratus curatus de Buceyo cum capella de Chars vnita, abbas prædictus præsentat vt supra, & episcopus confert.

In Decanatu Marigniaci.

Prioratus curatus de Marigniaco, abbas prædictus præsentat vt supra & episcopus confert.

Prioratus de S. Vvinebaudo, seu capella ad fontem S. Vvinebaudi, abbas prædictus confert pleno iure.

In Decanatu Brenæ.

Prioratus curatus de Blaincuria cum suo succursu de Hispania, abbas prædictus præsentat vt supra & episcopus confert.

Administratio seu hospitale domus Dei de Chaletta, abbas prędicti monasterij committit seu confert pleno iure.

Prioratus curatus de Molinis, abbas prædictus prȩsentat vt supra & episcopus cõfert.

Prioratus curatus de Ausonno, abbas prædictus præsentat vt supra & episcopus confert.

Prioratus curatus de Longo solido, abbas monasterij prædicti præsentat vt supra & episcopus confert.

Habet etiam idem monasterium S. Lupi, monasterium dictum abbatia Saphadini sub vocabulo S. Saluatoris in diœcesi Mothonensi, in Achaia seu Moreæ metropoli prouincia Patracensi, quod monasterium diu & per diuersos monasterij S. Lupi religiosos quiete possessum est: nunc vero occupante omnia Turco infideli, Christianæ religionis inimico, simul cum possessione perit loci memoria.

Donatio

DONATIO ABBAtiæ S. Saluatoris.

Nouerint vniuersi præsentem cartam inspecturi, quod ego Symon de Legniaco pro remedio animæ meæ & antecessorum meorum Deo & ecclesiæ S. Lupi Trecensis, abbatiam Saphadini in honore S. Saluatoris fundatam cum omnibus tenementis suis imperpetuum libere & quiete poßidendam cum medietate decimarum terræ meæ quam nunc tenebam largior & aßigno, vt autem hoc donum firmum & ratum permaneat, præsentem cartam sigilli mei munimine roboraui. Actum est hoc apud Calamatam, anno Domini 1209.

De ecclesia Saphadini quæ dicitur S. Saluatoris in Achaia.

Voniam labente temporum curriculo memoria diluitur humana, vsu accidit nonnullos pro suis possessionibus iniquæ litis sustinere molestiam, eapropter aduersus huiusmodi periculum procurans remedium. Ego Gaufridus de villa harduini Romaniæ seneschalus, abbatiam Saphadini in honore S. Saluatoris fundatam, ecclesiæ B. Lupi Trecensis, prius à domino Symone de Legni, præterea à domino Gerardo de Germignon eidem in perpetuam elemosinam cum omnibus suis pertinentiis datam & concessam, & etiam cum duabus carrucatis terræ quas ego prædictæ ecclesiæ pro salute animæ meæ dederam, ita tamen quod sæpedicta ecclesia vnum capellanum continue in supradicta abbatia ha-

Hic est ille Gaufridus qui historiam Bizantinæ expeditionis literis mandauit.

bere tenetur, ne autem in posterum à iam dicto beneficio priuari valeat; sigilli mei munimine roboraui, adiungens & concedens prædictæ abbatiæ S.Saluatoris medietatem omnium decimarum totius terræ domini G. de Germignom &c. Actum 1209. idibus septembris.

Litteræ Patriarchæ Constantinopolitani super ecclesia S.Saluatoris.

GEruasius permissione diuina S. Constantinopolitanæ ecclesiæ patriarcha, dilecto filio Guerrico priori S Saluatoris Mothonensis diœcesis salutem & patriarchalem benedictionem. Cum à nobis petitur quod iustum est & honestum, tam vigor æquitatis quam ordo postulat rationis vt id per solicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecte in domino fili, deuotionem quam erga nos & ecclesiam Constantinopolitanam habere dignosceris attendentes, concessionem & donationem tibi & ecclesiæ S.Lupi Trecensis per venerabilem fratrem O. episcopum Coronensem super ecclesia S.Saluatoris quæ dicitur abbatia Saphadini, cum medietate omnium decimarum totius terræ domini Symonis de Leigni, quam terram nunc tenet dominus Roes de Legni factam eam sicut iuste & proinde facta fuit authoritate tibi præsentium confirmamus & præsentis scripti patrocinio munimus. Nulli ergo omnium hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & B.B. Ioannis & Andreæ apost. eius se nouerit incursurum, Datum Corinthi anno domini 1216. 4. Calend. Iunij. pontif. an. 1.

EXCERPTVM E CODIce processuum verbalium visitationis factæ in ecclesiis Tricassinæ diœcesis an.1441.per D.I.Lesguise Tricassin.episcopum.

7. IVNII.

EAdem die accessit Dominus ad prioratum S.Vvinebaudi membrum monasterij S.Lupi Trecensis, cui non imminet cura animarum, nec est proprie prioratus, sed est quædam capella solum in fidelium oblationibus fundata, & nunc est annexa prioratui claustrali supradicti monasterij. Ibidem non sunt aliquæ domus, nec est apparentia quod aliquando fuerint, ecclesia fuit combusta, sed à pauco tempore prior fecit duas testudines chori cooperiri straminibus.

NOMINA QVORVMdam abbatum cœnobij S.Martini Trecensis in areis vulgo nuncupati.

S. Martin eZatres.

j. *GVilelmus primus abbas.* Iacet in choro subtus lampadem. Obijt circiter an.1142.

2. *Iacobus.* Iacet in medio chori iuxta pueros.

3. *Vitalis.* Iacet in introitu chori. præerat an.1173. & 1184.

4. *Odo.* Iacet in capella B. Mariæ ante altare.

5. *Lambertus.*

6. *Petrus.* Iacet in capitulo subter paruam tumbam.

7. *Ioannes de Boulagijs.*

Nomen octaui abbatis non reperio.

9. *Ioannes.* Iacet in capitulo subtus magnam tumbam.

10. *Ioannes de Cantumerula.* Iacet in capella claustri.

11. *Ioannes de Fleiz.* Iacet ante magnum altare ad partem dextram.

12. *Radulphus.* Iacet ante crucifixum.

13. *Ioannes.* an.1228.

Nomina aliorum abbatum disrupto ordine varijs è locis collecta.

Petrus de monte mirabili. Cœnobium regebat an.1373.

Ioannes de Molinis in Aruernia. Præerat an. 1401.

Lambertus Haberti. Obijt an. 1421. die Iulij 19.

Felisius Hardy. Electus est canonice die 23 Iulij an.1421.

Nicolaus le Gros. Sedebat an.1463.

Iacobus de Barbona. Cœnobium moderabatur anno 1483.

Edmundus Erardus. an.1505.

Odardus Hennequin. Episcopus Trecensis

abbas commendatarius, obijt an. 1544.

F. Elyon Damoncourt. Praerat an. 1580.

F. Ioannes Thenignon. Is hoc anno 1609. adhuc praesulis munus sustinet, Trecis ortus & in eodem monasterio regularem vitam professus. Ædificia diruta reparauit, erexit, & pristino splendori reddidit. templum eximiis compluribus & subtili artificio concinnatis operibus, vt tabulis pictis, toreumatis, signis, varieque contextis ornamentis decorauit.

DE FVNDATIONE

Sacrae aedis Carthusianae ad Tricassinam Vrbem.

CElla patrum Carthusianorum, quae alias vulgari vocabulo Diua Maria de * Pratea indigitatur, leucae quadrante duntaxat ab vrbe submota est: ea vero parentem & primũ cõditorem, virum nobilem Petrũ de Muxeio agnoscit, qui quidem Casam monasticã in territorio parrochiae D. Ioan. de Bonaualle, tertio ab ipsa vrbe lapide aedificare primũ coeperat an. 1229 verũ cũ immatura morte praeuentus fuisset, interrupta aedificiorum opera diutissime pepẽderunt, adeo vt monachi qui ibidem degebant vt Deo militarẽt, loci pertaesi cõmodiorem stationem conquisierint, & ad id obtinendum multorum praesidium efflagitarint: tandem magister Ioannes de superarcus, tertius ecclesiae S. Vrbani Trecensis

* *Nostre Dame de la pree.*

decanus circiter an. 1336 memoratum locum pratenſem numeratis pecuniis comparauit, in eoque cœnobium, quod etiam hodie viſitur extruendum procurauit, adiecitque fructus aliquos & prouentus annuos, ad victum & veſtitum cæteraque neceſſaria religioſorum ſuſtentanda, qui ſeptem aut ad ſummum octo numero ob redituum tenuitatem in eo reſidere conſueuerunt. Iidem etiam monachi ſingularibus & eximijs beneficiis à D. Ioanne de Aubigneyo quondam Trecenſi epiſcopo ſeſe affectos ingenue confitentur, qui iuſta & vltima mentis ſuæ conteſtatione (quam integram ſuperius produxi) eos ex ſemiſſe omnium bonorum mobilium hæredes fecit & ſcripſit. verum vt apertius dicti monaſterij inſtitutio innoteſcat, lubet huc adpingere ſexdecim verſus quos panxit Domnus Franciſcus Iarius eidem Cellę pręfectus prior anno 1577. quorum initiales & capitales literæ eius nomen cõplectuntur & ipſam inſtitutionem indicant ad hunc modum.

Filius intactæ prodit quo virginis aluo,
Roreque cæleſti, gratia diua fluit.
1082. *Annis mille ſupra actis octoginta duobus,*
Nominis incœpit gloria Carthuſij.
Cuius Bruno parens pauidus patefecit eremi,
Inducente viam numinis auſpicio.
Surculus vt ſitus eſt, longe lateque per orbem
Creuit, odore ſimul floruit omnigeno.
1229. *Verſatiſque ducentis viginti nouem ab ortu,*
Succenſus noſtræ ſortis amore pio,

Illustris virtute Petrus Muxeius heros
Aedificat claustrum cui insula nomen erat,
Res nequit optatum sortiri pendula finem,
Infectis tectis praemoriente Petro.
Verum Garnerio Trecasini lumine cleri
Supplice, prateidae huic, insula iuncta fuit.

EXCERPTA EX LIBRO *obituum eiusdem Cellae.*

15. Iulij. Obijt Petrus de Muxeio miles primus fundator insulæ, qui dedit nobis ipsam domum insulæ cum pertinentiis suis & terram de Chassiaco.

Ad diem 6. Nouemb.

Obijt D. Ioannes de Aubigneyo episcopus Trecensis qui dedit nobis in testamento suo medietatem suorum mobilium & alia multa bona nobis fecit.

Obijt D. Ioannes Garnerius desuper arcus fundator huius domus prateæ, habens anniuersarium perpetuum.

DE INSTITVTIONE *cænobij de Ripatorio ord. Cisterciens. Trecens. diæcesis.*

Abbaye de l'Ariuour.

COenobium Ripatorij duabus leucis ab vrbe Tricassina dissitum, anno 1139 prima sui fundamenta sortitum est, iam inde ab ipsis D. Bernardi temporibus, qui selectum ex religiosissimo monachorum suorum grege Alanum, eidem præfecit, hominem pium

iuxta & doctum, tot virtutum præsidio munitum, tantoque comitatu septum, vt earum velut quibusdam gradibus anno 1151 sublime Antissiodorẽsis episcopatus cacumen ascensu superauerit. Verum cum vsu venire soleat, vt ei qui iucundam vitæ monasticæ dulcedinem semel degustarit, nihil sapiant minusque ad gustum sint summorum honorum fasces & pontificiæ infulæ, ecclesiastica munera oneris simul & honoris aspernatus, supremi vniuersæ ecclesiæ rectoris concessu & permissu, ad pristinum & monasticum viuẽdi morem, à quo se tamdiu abesse ingemiscebat, postquam sibi licuit, mature se retulit an. 1167 vt tradit Robertus cœnobij S. Mariani monachus in suo chronico, & paulo post annum 1182 in Claræualensi monasterio mortẽ terrenam cœlesti vita commutauit, ibidemque honorifice conditus est. Dictum autem Ripatorij cœnobium amplissimis prouentibus, vberrimisque reditibus copiosissime locupletatum fuisse constat insigni liberalitate & munificentia dominorum de villa Harduini & de Capis, quorum aliqui in eodem postremam sepulchri sedem delegerunt, quinetiam idem cœnobium gentilitia Villarduinæ familiæ gestat insignia. Sed quo amplius innotescant quæ commemorauimus, huc veterum huius sacri domicilij titulorum exemplaria adscribam, quorum mihi copiam, pro ea qua in me est animi propensione fecit D, & frater Stephanus Maugier nuper eidem

præpositus prior, nunc autem cœnobij de Charmeya dicti Cisterc. ord. Cathalaunensis diœces. Æteriarcha, vir haud dubie talis vt eum pietas, nulli secundum esse permittat. sic autem se habent tituli. *Abbaye de la Charmoise.*

SIGILLVM HATTOnis episcopi de sede abbatiæ & terris adiacentibus.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Hatto miseratione diuina Trecensis ecclesiæ humilis minister Catholicæ matris ecclesiæ filiis tam posteris quam præsentibus imperpetuum. Si commissum nobis officium digne Deo administrare satagimus, pauperes Christi benigne colligere & res eorum vsibus profuturas pia solicitudine tueri ac protegere debemus. Quapropter religiosum cœnobium de Ripatorio & fratres ibidem Deo militantes in tuitionem ecclesiæ Trecensis & nostram non sine multa deuotione suscepimus, & res eis attributas ecclesiastica libertate communimus, singula nominatim determinantes suis distinctionibus. Dominus Girardus abbas S. Lupi assensu totius capituli sui donauit monachis de Ripatorio locum illum, qui dicitur Busseiacus, cum omnibus appenditiis suis videlicet quæ ibi habebant. Testes dominus Gaufridus Carnotensis episcopus, Domnus Bernardus abbas Claræuallis, Guillelmus abbas S. Martini, Odo præpositus, Manasses archidiaconus, Gibuinus cantor. Dominus Guido arremarensis abbas pari assensu fra- Bussis.

*trum suorum donauit eisdem locum illum qui di-
citur brusiliacus cum omnibus appenditis suis, testes
Odo prepositus, manasses Archidiaconus, milo de
Dimmilla, pontius filius eius, Clarembaudus de Ca-
pis, laudante matilde vxore sua, dedit eis nemus
quod habebat iuxta nemus eorum inter belmont &
lusiniacum & in nemore quod dicitur de Doschia,
vnam carrucatam terræ, & in reliquo omnes ai-
santias eorum. Concessit etiam eis quidquid de
feodo suo acquirere potuerunt, Testes Albericus
Crassus, Galterus de fresneyo, milo frater eius,
Galterus filius Ermenoldi. hilduimus de ven-
dopera & Giuardus bordellus dederunt eisdem in
eodem nemore de Doschia, aliam Carrucatam ter-
ræ. Testes Albericus Crassus, Clarembaudus de
Capis Galterus de freneio. Hugo de gurgi laudan-
te Emelina vxore sua dedit eis quidquid habebat
intra fines villæ bussieiaci, excepto vno prato, &
quidquid habebat apud fontem h'Aerici, videlicet
dimidium tenementum grangiæ eorum quæ est ad
fontem Aerici. Galterus de Freneyo, Milo despinei,
Radulphus Carduinus laudante vxore sua Da-
merona, dedit eis totam terram quam habebat in
Campania, dimidium scilicet tenementum grangiæ
eorum, quæ est in valle secura, Testes Guido abbas
Arremanensis Giuardus prepositus. Galterus de
villa episcopi & Sauericus de Trecis dederunt eis
quidquid ibidem habebant, aliam scilicet partem
tenementi eiusdem grangiæ Testes Domus Bernar-
dus Clareuallis. Guilelmus abbas S. Martinj,
Manasses archidiaconus. Abbatissa de Sancta Ma-
riæ laudante Capitulo suo dedit eis per manum no-*

ſtram dimidietatem de hoc quod habebat in nemore de Arbroſello, & conceſsit vt illam acciperent ſicut eam diuidit riuus de germona à parte buſſeaci, Teſtes Guillelmus abbas Sancti Martinj, Giuardus prepoſitus. Simile donum & eandem conceſsionem laudante vxore ſua fecit eis Otrannus gaſteblé ex ſua parte per manum noſtram, teſtes Hilduinus de vendopera Giuardus prepoſitus, Lancenia filia hattonis de moneta conceſsit eis hoc ipſum ex ſua parte Teſtes Gauterus de freneio, hugo de Capis nepos Galteri, Guillelmus de Curbetum. Simile donum fecit eis Garnerius de bernone ex ſua parte. Teſtes falco Archidiaconus, Odo filius goſlem. Paganus de Arbroſello hubelina de Trecis dedit eis quidquid habebat in pratis inter nemus eorum & morgea, Teſtes Odo filius goſlem Raaudus de lanis, fulcherius de luſiniaco. Theobaldus de vendopera laudante vxore ſua hermengarde & filio ipſarum Gaufrido dedit eis foreſtam de Ripatorio & quidquid ad foreſtam pertinebat per manum noſtram, Teſtes Guillelmus abbas Sancti Martinj, manaſſes Archidiaconus. Gudo bordellus & vxor eius Iſabel de cuius capite erat laudauerunt preſcriptum donum de foreſta. Teſtes de laude Guidonis, Comes Theobaldus, Hilduinus de vendopera, Teſtes de laude Iſabel herbenus hermita de paienz Garnerus, Gebuinus vicecomes de paienz. Godofridus debuiſsi dedit eis quid quid habebat in aquis & in pratis ſubtus fontem Aerici Teſtes Girbertus de Bio, Petrus de Buſsi. Paganus de Arbroſello lau-

dante hodierna vxore sua dedit eis pratum quod habebat subtus bussetacum. Testes manasses Archidiaconis, Giuardus prepositus hoc autem totum ne personarum succedentium vel temporum inuidia quod absit aliquatenus turbetur vel immutetur paginæ presentis assertione & sigi li nostri impressione & probabilium personarũ subnotatione figantes roborauimus Sigillum Hatton s episcopi S. Odonis prepositi SS, Manasse de villa mauri. Odonis S. falconis Archidiaconi, S. Guillelmi abbatis SS. Girardi abbatis S. Manasse de Rumiliaco.

SIGNVM HATTONIS Episcopi de commutatione & dono de Bussi propter duas Ecclesias.

EGo Hatto Dei gratia Trecensis episcopus, notum fieri volo omnibus, tam futuris quam presentibus, quod Dominus Girardus abbas Sancti Lupi & eiusdem ecclesiæ Canonici, monachis de Ripatorio locum illum qui Buxeiacus dicitur, & quidquid in territorio eiusdem loci habebãt, pro dei amore concesserunt. Quorum nos charitati ingrati esse nolentes, Ecclesias ausonij & Luxods saluo episcopali iure eis imperpetuum poßidendas conceßimus. Hoc autem tali modo factum est, quod prædictus abbas, suiq; successores insuper dictis Ecclesijs, nec non & in Ecclesia molendinorum quæ similiter sua est, eligent sacerdotes qualescunq; voluerint, siui scilicet Ordinis, seu seculares, boni tantummodo testimonij sint, quos pro cura suscipienda Episcopo pre-

sentabunt eamdemque curam illi absque aliqua contradictione de manu episcopi reportabunt. Donauimus preterea predictis Canonicis quidquid Galterus piscator in minuta decima lusiniaci, & in oblationibus quatuor maiorum solemnitatum & in Censu antiquitus atrij habuerat & cum eisdem Canonicis partiri solebat. Supradictarum vero Ecclesiarum sacerdotes de his quæ ad Ius Episcopale pertinent idest de Circadijs & Synodis in generali Conuentu sacerdotum respondebunt, qui bis per annum tam pro hoc quam pro alijs Ecclesiasticis causis conueniunt. De Cetero vero quieti & ab omni exactionis genere liberi & absoluti permanebut. Quos sacerdotes quia perturbatione & inquietudine immunes esse volumus, summam horum de quibus respondere debeant nominatim expressimus. Pro singulis itaque Ecclesijs Octo denarij bis per annum statutis terminis tertio vero anno solidi duo persoluuntur. Huius rei cooperator fuit filius noster Gibuinus Cantor & archidiaconus, ad cuius Curam eadem ecclesiæ spectabant. Vt ergo hæc dona firma & inconcussa permaneant, nos huic scripto nostri sigilli impressione munito rei ordinem mandare curauimus, nominaque testium qui interfuerunt subtitulari fecimus. Domnus Gaufridus Carnotensis Episcopus, vir magnæ auctoritatis bonæ memoriæ Domnus Bernardus abbas Claraeuallis. Guillelmus abbas Sancti Martinj, Odo prepositus S. Petri, Manasses, Falco, Odo Archidiaconus, Strabo, Garnius Remensis, Garde Sauerijs, Stephanus Lupus, Petrus Sacerdos de Sancto Remigio, Philippus Sacerdos. Actum publice Trecis in domo Episcopi, Anno ab Incar-

natione Verbi 1140. Epacta 11. Indictio. 3. Regnante Ludouico Rege francorum, Teobaldo in Treca∫∫ino principante.

EGo *Clarenbaudus Dominus de Capis, Notum facio presentibus & futuris, Quod felicis memoriæ Clarenbaudus pater meus, Dominus de Capis me peregrinante in partibus transmarinis, accensiuit fratribus de Ripatorio, quidquid habebat in omnibus modis a morgia Vsque ad Doschiam, in plano & in bosco Videlicet tres partes nemoris doschiæ cum fundis suis, exceptis feodis suis, & excepta forestula Dominæ Aaliz & excepto prato adelinæ de morgia quæ sibi retinuit. Si quid autem est Vltra morgiam, quod sit debosco doschiæ similiter sicut & ipsum nemus doschiæ, fratres de Ripatorio possidebunt idipsum. Predicti Vero fratres de Ripatorio propter accensiuam istam reddere debebant Domino de Capis Vel mandato eius annuatim imperpetuum 10. modios laudabilis bladi qui capientur in grangia bellimontis, ad terminos istos, In natali Domini medietas & alia medietas ad sequens pascha, si requirere reddere debebant. Si autem in terminis istis requisitus bladus idem non redderetur, deinceps Dominus de Capis ad res Ripatorij se capere posse si Vellet. cuius bladi medietas est frumenti & qualem laica persona in rebus Ordinis Cisterciensis potest habere. De his omnibus ipse pater meus rectam guarentiam portare fratribus de Ripatorio aduersum omnes homines se promisit. Hæc omnia laudauerunt, & concesserunt Helissendis mater mea & liberi sui. Cum itaque Domino prosperante de transmarinis partibus fui∫∫em regressus & supradicta omnia ad*

*meam notitiam peruenissent, & exceptis hijs omnibus, piæ recordationis pater meus memoratus, vnum modium Annonæ, medietatem frumenti & medietatem auenæ, de illis predictis 10. modijs, pro remedio animæ suæ fratribus de Ripatorio in elemosinam delegasset. Ego ad preces Dominæ Comitissæ Campaniæ, & Domini * Ogeri de Sancto Caurano, & Domini G. de Capis Auunculi mei, & fratris Artaudi monachi Clarenallis, & propter amorem abbatis & fratrum de Ripatorio, laudaui & concessi in presentia Dominæ Comitissæ, tam accensiuam ipsam memoris doschiæ cum omnibus fundis suis, quam elemosinam vnius modij bladi domum ripatorij imperpetuum possidere, sub annua pensione 9. modiorum bladi quatuor scilicet modiorum frumenti & dimidij, & quatuor modiorum & dimidij auenæ terminis & pactionibus pretaxatis soluendorum. Quod ne processu temporum delere posset obliuio, litteris commendari, & sigilli mei feci munimine roborari, Actum Trecis Anno incarnationis dominicæ 1205. mense Aprilis.*

* Huius Ogeri frequens est mentio in hist. G. de villa Harduini, qué vocat Oger de S. Cheron.

In supradicto cœnobio corpus B. Ioannæ (cui reclusæ nomen est) asseruatur, cuius ossa in lignea capsa ibidem intuitum me memini, intra quam in scheda membranacea exarata sunt verba huc relata. *An. Incarn. Domin. 1246. mense Maio, 4. Non. eiusdem mensis, epact. 1. Indict. 4. concurrente 7. allatum est ad nos corpus B. Iohannæ, quæ per 20 annos & amplius reclusa fuit. Posita autem fuit in hac theca eodem anno, videlicet die S. Iacobi apostoli fratris Ioannis euangelistæ. Ista suis precibus nos protegat*

apud Deum. Amen.

Religiosi dicti monasterij nullam omnino memoratæ B. Ioannæ celebritatem colunt, nec apud eos vlla vitæ eius historia prorsus extat, mos tamen tenuit, vt singulis annis auspicali Maij die, campanæ ipsius monasterij sæpe repetitis vicibus per multas horas pulsentur, in memoriam illationis in eundem locum sacrarum ipsius B. Ioannæ reliquiarum.

SEQVVNTVR EPITAphia incisa aliquibus tumulis, qui in Capitulo Ripatoriano excitati sunt.

Clarembaudus erat, si quis de nomine quærat,
Hæres de Capis, quem tegit iste lapis.
Quisquis ad hunc tumulu veniet, legat atq; precetur,
Quod Clarembaudum, in cæli sede locet.

Versus non constat suis numeris.

Obijt an. 1246.

Aliud epitaphium.

Hic iacet Dominus Guilermus de Villi mareschalus Campaniæ.

Hic cruce signatus obyt peregreque paratus,
Gaudet in cælis miles bonus atque fidelis.

Obijt an. Dom. 1246. 6. Id. Iunij.

Aliud

Hic iacet Guilermus Dominus de Villa Harduini filius Mareschali Campaniæ.
Obijt autem an. Dom. 1264. 6. Id Nouemb.

Aliud

Hic iacet Domina Margareta de Mello Mareschalissa

Mareſchaliſſa Campaniæ. Obijt an. Dom. 1253. 9. Cal. Martij.

Aliud

Hic iacet Margareta filia Guilemi de villa Harduini· Obijt autem an. 1242. menſe Ianuar.

Item aliud.

Cy giſt Damoiſelle Marguerite jadis fille de Monſeigneur Erard de Liſignes Cheualier laquelle treſpaſſa en l'an de grace 1307. le tiers iour de Mars.

EXEMPLAR TESTAmenti D. Alani, cœnobij Ripatoriani primi Abbatis ex archetypo deſcriptum.

QVod de conſilio & voluntate capituli noſtri factum & confirmatum eſt, vt nullatenus infirmetur fidei committimus litterarum, vt certum habeant & ratum poſteri quod exaratum eſt in præſenti. Ea propter ego dictus abbas de Ripatorio ad præſentium & poſterorum notitiam ſcriptum relinquo, quod venerabilis D. Alanus quondam Antiſsiodorenſ. epiſcopus, ne quid de bonis quæ habere videbatur remaneret inteſtatum, ſic ſuum per manum noſtram diſpoſuit teſtamentum. In primis de grangia quæ via Domange dicitur ordinatum eſt & ſtatutum, vt poſſeſsionum ſuarum termini ab ea nullatenus transferantur, ſed eas vt in præſenti poſſidet perpetuo grangia remanens, perpetuo poßidebit

Rr

Quod si aliquando acciderit vt infra nemus Doschia suos poterit terminos dilatare, ita vt iuxta se 4 carrucatas terræ habeat tunc earum termini terrarum quæ extra riuum de Germont *continentur, ad voluntatem Abbatis & fratrum sanioris consilij poterunt transportari. Dabitur etiam singulis annis per singulas solemnitates, quibus fratres conueniunt ad audiendum verbum Dei, & in festiuitate S. Bernardi, & in anniuersario eiusdem Alani de frumento eiusdem grangiæ libra panis albi per singulos; & si vrgente temporum necessitate, aliqua earumdem solemnitatum transfertur aut sermo dimititur, huius tamen dispositio statuti nullatenus dimitetur. De vinea vero de Valieure dictum est & conscriptum; quod tota vsui conuentus deputabitur, & ne pro cultura eius Cellerarij granarentur, quinque arpenta vinearum quæ in monte de Teneleriys cõtinentur, quæ sibi emerat idem eisdem aßignauit, vt fructũ quem inde reciperent ad eiusdem cultum vineæ resignarent. Dedit nobis præterea 7 calices, & omnes libros suos tam claustrales quam ecclesiasticos; statuens & præcipiendo disponens, vt de libris & calicibus, nullus extra Ripatorium efferatur, aut quomodolibet asportetur. Hoc autem totum factum est hac ratione & consilio, vt si apud* Claramuallem *in sepulchro patrum suorum fuerit tumulatus, totum quod de libris dictum est, ratum permanebit & stabile, sin autem totum cassabitur, nec ratum nec stabile permanebit. Quod verbum licet moleste haberemus, vt pote tanti patris absentiam non amantes, tamen quoniam res ei erat pro anima, & cordi sibi erat ab antiquo S. Bernardo consepeliri, vt simul*

resurgeret, licet inuiti sepulturam concessimus ut rogauit, & omnia haec ut dicta sunt & conscripta ne processu temporum deperirent, sub anathematis prohibuimus interminatione & sic nostri sigilli impressione, & sui annuli appositione iussimus roborari. Veruntamen quoniam nihil maius debetur homini quam ut dilectionis affectus qui uiuenti est exhibitus, mortuo non negetur: praesenti scripto adijcientes statuimus, ut cum ex hoc mundo transierit sacerdotes 5 missas, clerici duo psalteria, & laici ter centum Pater noster exoluent. In anniuersario autem eius sic agetur. Missa pro eo dicetur in conuentu singulis annis, diuinum officium pro eo ea die celebrabunt sacerdotes, clerici 50 psalmos & laici centum pater noster exoluent. Actum an. incarn. uerbi. 1182.

Corpus dicti Alani depositum est in ecclesiá Claraeuallensi, ipsiusque elogium in tabella eius sepulchro imminenti ita scriptum.

Ad dexteram Godefridi Lingonensis episcopi versus chorum monachorum; iacet D. Alanus episcopus, qui in quadam ecclesia oppidi famosi in Flandria, quod Insula nuncupatur à puero educatus, sub B. Bernardo in hac Claraualle habitum S. religionis suscepit; postea primus Abbas factus est monasterij quod Ripatorium nominatur, cui per an. 12. praesidens, Domino cooperante sategit ut personis utilibus, & possessionibus necessarijs, videlicet grangijs, syluis, agris, pratis & pascuis idem monasterium ditaretur. Anno vero nouissimo vitae B. Bernardi ab ecclesia Antissiodorensi in episcopum concorditer est electus. hic multam hospitalitatem

omnibus religiosis domos suas frequentantibus exhibuit, suoque monasterio de Ripatorio unde Abbas fuerat multa noscitur contulisse. Claraeuallensi autem coenobio quantam poterat diligentiam exhibebat, illud saepe visitans, auxilia quanta poterat conferens opportuna. Peractis demum in episcopatu 13. *annis de licentia sedis apostolicae cessit episcopatui & ad suam rediit Claramuallem. Mansit autem in Claraualle in domo S. Bernardi post decessum D. Godefridi Lingonensis episcopi multum exercitatus in negotijs ordinis, pariterque ecclesiasticis, D. Abbati Pontio successoribusque eius vsque ad Petrum venerabilem abbatem Claraeuallis* 8. *non mediocriter necessarius fuit. Obijt pridie Id. Octob.* 1181.

Annus obitus Alani male hic signatur, cũ testamentũ suum scripserit anno 1182.

DE FRATRE IOANNE

Gandauensi S. Claudij eremita, cuius corpus in Dominicano Trecensi delubro custoditur.

NOn ita pridem factum est, vt Dominicanorum Tricassinam domum inuisens, inter caetera exactius inquirerem & scrutarer, quid causae esset, cur demortuum dicti F Ioannis Gandauensis corpus è terra elatum in arca lignea sub fornice & testudine in muro cymbae seu nauis templi cui ferrei clatri obiecti sunt asseruaretur. Ille vero à quo percontabar, vt curiosae inuestigationi faceret satis, vetustas aliquas mihi chartas & titulos, in quibus eiusdem Ioan-

nis mentio habebatur.legendos obtulit: quibus leuiter pererratis, statim deprehēdi eum sanctimonia & insigni vitæ integritate floruisse. Obseruaui & alia multa, inter quæ hoc potissimum, eum nempe humano carcere liberatum in cœlum deuolasse an. 1419 in publico Trecensi diuersorio cui appensum Maurorum intersiginium in quod præteriens diuerterat. Id insuper in dictis monumentis annotatum,per id tempus quo cadauer in eo cœnaculo restitit in quo mortem obierat, mero meridie igneam columnam dicto cœnaculo imminentem diutissime apparuisse. Insuper & prædicti tituli commemorant, Ludouicum regem II. eius sanctitatis memorem, mandasse vt eius reliquiæ effossæ humo educerentur, et ad Rom. Pontificem litteras dedisse, de eo in Sanctorum numerum referendo, quod tamen sequuto paulo post dicti regis obitu, perfici minime potuit. Præterea complura acta & indubitatæ fidei instrumenta mihi tum videre contigit, quibus nonnulla miracula in multis qui præfatum fratem Ioannem supplicibus votis efflagitarant perpetrata recensebātur, quæ in posterum ab aliquo huius Dominicanæ familiæ alumno in publicum produci poterunt. Mihi vero impræsentiarum satis superq; fuerit, nonnullas dicti regis Ludouici litteras huius anachoretæ, egregiæ pietatis testes & indices in apertum proferre, quibus adtexetur concinnatum ad rei memoriam

litterarium hypomnema, cum eius ossa terræ visceribus eruta fuerunt: eorum vero omnium is tenor, ea series.

COPIES DES TROIS

lettres escriptes aux Freres Iacobins de Troyes, par le Roy Loys vnziesme.

DE PAR LE ROY.

CHers & bien amez, pource que nous desirons sçauoir que deuint, ou mourut & fut enterré vng bon S. homme Hermite, qui du temps de feu nostre tres-cher Seigneur & pere que Dieu absolue & durant les grandz guerres, qui lors estoient entre luy & les Anglois, vint par plusieurs fois deuers luy, Nous enuoyons nostre amé & feal Conseillier le Curé de mache porteur de ceste, soy en informer & enquerir. Si vous prions & neantmoins mandons sur tout le plaisir & seruice que nous deuez faire, que si vous en sçauez aucune chose, vous le dictes à nostredict Conseillier, & luy aidez à le sçauoir & querir ainsi qu'il vous dira & donnera par entendre, & que par les anciens hommes liures registres, & escriptures d'Eglises & autrement on le pourra trouuer & sçauoir, & vous nous feres tres-singulier plaisir. Donné au Plessis du parc le 13. iour d'Octobre.

De Par Le Roy.

CHers & bien amez, nous enuoyons deuers vous nostre amé & feal Conseillier & maistre d'ostel Collinet de la Chesnaye, vous porter vn drap d'or pour mettre sus le cercueil de feu frere Iean de Gand Hermite de Sainct Claude, & luy auons enchargé soy informer, si nous auons aucune chose à Troyes, de nostre domaine pour le vous donner nous vous prions que vous vueillez croire nostredict maistre d'hostel de ce qu'il vous dira de par nous. Donné au Plessis du parc le 3. iour de Decembre.

De Par Le Roy.

CHers & bien amez pieca nous auez enuoye des Patenostres & autres Reliques du Sainct Hermite de Sainct Claude, & à ceste cause nous escriuimes pour sa canonisation à nostre Sainct Pere, & pource que nous desirons singulierement auoir quelque chose dudit Hermite, nous vous prions que incontinent ces lettres veües, vous nous enuoyez d'aultres Patenostres dudit Sainct Hermite & quelque chose de ses Reliques, en faisant pour nostre prosperité prieres enuers Dieu & ledict Sainct Hermite, & vous nous ferez tres-singulier & agreable plaisir. Donné aux montilz le 18. iour de Iuillet.

PROCEZ VERBAL

dressé lors que le corps de F. Iean de Gand, fut leué du lieu de sa premiere sepulture.

L'An de grace 1482. le Mercredy 13. iour du moys de Nouembre, enuiron l'heure de neuf heures du matin d'icelluy iour Guillaume Theuenin & Iean Costeret clers notaires Royaulx en là Preuosté de Troyes se transporterent auec honorable homme & sage maistre Iacques de Roffey, Lieutenant General de Monsieur le Bailly de Troyes, en l'Eglise des freres Prescheurs dudit Troyes, en laquelle Eglise estoient & trouuerent Reuerend Pere en Dieu Monsieur maistre Loys Raguier Euesque dudit Troyes, nobles sieurs Iacques Despinay, Seigneur de Segrey Conseillier & Chambellam du Roy nostre dict sieur, Nicolas de la Chasnaye, aussi Conseillier d'icelluy sieur, & son maistre d'hostel cōmissaires ordonnez en c'este partye de par ledit sieur, venerables & discretres personnes maistres Pierre Fiene Official, Iean Pinette receueur, & Nicole Solas scelleur dudit Reuerend tous Prestres & Chanoines de Troyes, Guiot de la Vielzuille, Nicolas de la Vielzuille, maistre Pierre de la Hupproye, Notaires apostoliques & tabellions de la cour Ecclesiastique dudit Troyes, auec plusieurs notables gens d'Egli-

ſes & Bourgeois de ladite Ville en grand nombre, leſquelz reuerend & commiſſaires failoient & feirent en leurs preſences & deſdits Notaires & autres gens deſſuſnommez, ouurir par gens & ouuriers en ce cognoiſſans la terre qui eſtoit deſſoulz & à l'endroict d'vne petite tombe blanche de pierre dure de deux piedz & quatre doiz de largeur ou enuiron quilz auoient faict leuer pour ce faire du lieu ou elle eſtoit aſſiſe d'encienneté qui eſtoit en la nef de ladite Egliſe, à l'endroit du grand portail, d'icelle ſur laquelle tombe qui touſiours fut laiſſée à l'endroit de ladite ouuerture eſtoit emprainte & figurée limage d'vn Hermite ayant grand barbe grandz cheueux les mains ioinctes patenoſtres pendans à icelles, & à l'entour dudit image eſtoit eſcript & engraué ce qui ſenſuit. Cy giſt l'Hermite de Sainct Claude qui ſe nommoit frere Iean de Gand, & treſpaſſa en c'eſte ville de Troyes, le 29. iour du mois de Septembre l'an 1419 & à l'entour du Chef dudit image (*Miſerere mei Deus*) Et apres ce que leſdicts ouuriers eurent vacqué & beſongne par l'eſpace denuiron deux heures ſans ceſſer & faict vne grande foſſe d'enuiron cinq piedz de l'arge, ſept piedz de long, & ſept piedz en parfond, trouuerent dedans ladite foſſe au bout d'embas d'icelle & loing du lieu ou ſeoit ladite tõbe d'enuiron cinq piedz, la teſte d'aucune perſonnè mort qui autresfois y auoit eſte inhummé, & mis aux

piedz dudit frere Iean de Gand, & se nommoit ladite personne frere Didier, qui auoit esté religieux desdicts freres prescheurs, comme dirent & certifierent aucuns des religieux desdicts freres prescheurs, & autres gens qui assistoient & estoient presens à faire ladite ouuerture, par lesquelz ouuriers fut encore fossoyé & creusy plus bas enuiron deux piedz & tousiours à l'endroit dudit lieu ou lon auoit leué ladite tombe, & tellement quilz trouuerent l'eauë qui sourdoit en grád habondance en ladite fosse, & lors trouuerent vng sercueil de bois qui estoit droictement dessoulz & à l'endroit du lieu ou auoit esté assise ladite tombe, lequel sercueil qui estoit fort pesant à loccasion de la terre & eauë qui estoient entrez dedans fut leué & mis hors de ladite fosse & porté au chœur de ladite Eglise, ou il fut posé & laissé durant que l'on mist à chanter vne haulte Messe que l'on dist & celebra au grand Autel de ladite Eglise, apres laquelle Messe dicte se aprocherent pres dudict sercueil ledit Reuerend, commissaires & Notaires plusieurs gens d'Eglise, & autres, lequel Reuerend fist descouurir ledit sercueil, & oster la couuerture de dessus que l'on trouua pour la plus part froissée & rompuë, & incontinent furent veuz & apperceuz dedans ledit sercueil vng Chef auec les machoires & dens d'icelluy & plusieurs des os des aultres membres & parties du corps d'vn homme mort, qui estoient par

ordre gisans audit sercueil sans aucune apparance de chair peau ne cheueux & couuers pour la plufpart de terre & d'eauë, & pource que le peuple affluoit & estoit en grand nombre pour ce veoir ledit Reuerend & cōmissaires firent porter lédit sercueil ainsi qu'il estoit au tresor de ladite Eglise, & illec en presence desdicts Reuerend cōmissaires Notaires & de plusieurs gens d'Eglise furent pris ledit Chef membres & os dedans ledit sercueil, & l'auez l'vn apres l'aultre par aucuns desdicts gens d'Eglise, à ce ordonnez par ledit Reuerend le plus dignement & honnestement qu'ilz peurent, & apres mis en vng coffre de bois d'enuiron cinq piedz de long preparé pour ce faire auquel ilz furent laissez en ladite Eglise, & ledit coffre fermé à clef, que lesdits commissaires mirent & retindrent deuers eulx, & ce faict lesdits commissaires Lieutenant & Notaires se departirent de ladicte Eglise, & requirent iceux cōmissaires ausdits Notaires, lettres d'instrument des choses dessusdites qui leur octroyerent ces presentes, pour en faire & ordonner selon le vouloir du Roy nostre sire, & seruir en temps & lieu ce que de raison, lesquelles en tesmoing. &c.

LETTRES ESCRIPTES

au Pape par ledit Roy Loys pour la Canonization dudit frere Iean.

TRessainct Pere il nous est venu en memoire, que durant la vie de feu nostre tres-cher seigneur & Pere que Dieu absolue, au commencement de son regne que les guerres & diuisions eurent cours en nostre Royaulme, vng Hermite qui se tenoit à Monseigneur Sainct Claude & qui estoit renommé estre de tresbóne & saincte vie vint plusieurs fois deuers nostre dit feu Seigneur & Pere, & luy notifia qu'il auroit lignée masle & le premier succederoit apres luy à la couronne de France qui à esté nous, & aussi luy demanda à diuerses fois s'il vouloit auoir paix, lequel nostre-dit feu Pere luy respondit que s'il plaisoit à Dieu il le vouldroit bien. Et ledit Hermite luy dist & asseura que puis qu'il desiroit paix qu'il l'auroit, & aussi se trãsporta ledit Hermite pardeuers le Roy d'Angleterre, qui tenoit & vsurpoit lors certain pays & contrées du Royaulme de France, & luy dist & demãda semblablement, s'il vouloit auoir paix, lequel luy respondit que non & qu'il auoit bien intention de tout conquester, à quoy ledit Hermite luy respondit qu'il ny paruiendroit poinct mais que de brief il mouroit ce qu'il feist, & furent les Anglois deboutez & chassez, par

nostredit feu seigneur Pere hors du Royaulme de France, dont icelluy nostre Pere demeura paisible, ainsi que raisonnablement faire se debuoit & nous subsequemment en sommes demeurez apres luy paisible, & feist lors ledit Hermite plusieurs belles choses à laugmentation de nostre Foy, & aussi de nostre couronne à sa requeste & intercession de beaux miracles, parquoy nous est venu en deuotion & volonté de faire querir en tous les lieux ou ledit hermite conuersoit & auquel il auoit esté inhumé. Et apres plusieurs inquisitions par nous faictes faire, la sepulture à esté trouuee au couuēt des freres Prescheurs de Troyes, où l'auōs (pour l'amour de Dieu & de la bonne & saincte vie qu'il menoit) faict releuer & mettre plus honorablemēt qu'il n'estoit, & à ceste cause & aussi pour la grande & bōne renommee qui à esté sçeuē & trouuee de luy, maintes personnes de diuers estats constituez en certaines maladies, ont eu recours à luy, & chascun iour y ont, pour la priere duquel leur à semblé, que Dieu nostre Createur les a releuez & gueriz de leurs maladies, parquoy auons voué & deliberé de le faire canoniser, s'il est trouué que ses œuures & vie l'ayent merité. Et pource tressainct Pere que nous auons ceste matiere bien fort à cœur, nous priōs vostre saincteté si tresacertes & en charité que plus pouuons que par nostre cher & bien-ayme Maistre Pierre Frezet Religieux dudit couuent des

freres Prescheurs, Docteur en Theologie, & inquisiteur de la Foy au Diocese de Troyes, que no⁹ enuoyons par deuers elle pour ceste matiere, son plaisir soit nous enuoyer puissãce & cõmission à tels Prelats où autres notables personnes que nous aduiserõs pour eux informer de la verité des choses dessusdittes & autres bienfaicts & merites dudit hermite & laditte information r'enuoyee pardeuers V. S. pour par elle proceder à la canonisatiõ dudit hermite si par elle est cogneu, trouué & prouué que sa vie & œuures le meritẽt Mais nous la prions derechef qu'il luy plaise n'y faire aucune difficulté ny dissimulation. Et elle nous fera en ce faisant tresgrand & singulier plaisir, dont nous tiendrons grandement obligez à elle, laquelle nous prions le bening fils de Dieu qu'il la vueille longuement maintenir & garder au bon regime & gouuernement de saincte Eglise. Escrit aux montilz ledit Tours. Signé Loys.

COPPIE D'AVTRES

Lettres escriptes sur le mesme subject à vn Cardinal.

MOnsieur le Cardinal, il m'est souuenu d'vn hermite de monsieur S. Claude, qui vint plusieurs fois deuers feu mon Pere & estoit de saincte vie, & à ceste cause i'ay faict enquerir de sa mort & où il fut inhumé, & à esté troué qu'il est enterré aux Freres

Prescheurs de Troyes, ie l'ay faict releuer & depuis y affluent plusieurs personnes ausquels Dieu par son intercession faict (comme l'on croit) de beaux miracles, parquoy ie delibere de le faire canoniser si sa vie & ses œuures le meritent. I'escris à nostre sainct Pere qu'il m'enuoye vne commission & puissance de faire information de sa vie & œuures meritoires. Et pource ie vous prie que vous l'en solicitez, & le priez tant que vous pourrez de par moy qu'il le face, & qu'il m'enuoye laditte commission, par maistre Pierre Frezet Religieux dudit Couuent des Freres Prescheurs, Docteur en Theologie & inquisiteur de la foy au diocese de Troyes, lequel i'enuoye pardela expressement pour ceste cause: Mais ie vous prie derechef que vous y faciez diligence, & vous me ferez bien grand plaisir. Et adieu monsieur le Cardinal. Escrit aux montilz lez Tours.

BREVIS NARRATIO

in institutionem ecclesiæ S. Stephani Trecensis.

INsignis plane ad memoriam est S. Stephani Trecensis ecclesia, tum ob primum parentem & institutorem Henricum Campaniæ Comitem, cui largi cognomentum honoris causa inditum, & à Vuilel. Tyrio *vir magnificus* audiuit: tum ob ingentem cano- *Tyrius l. 21. de bell. sac. c. 30.*

nicorum numerum, qui in ea diuinis officijs operantur, nam vltra sexaginta progreditur. Condita autem primitus fuit anno 1157 vt indicant quæ inferius subijcientur litteræ, constitutaq; est ad radices palatij memorati Comitis, quod tum extramuranum erat, vt facillime dignoscitur ab ijs qui situm & latissimum ambitum septorum ac canonicalium domorum studiose & accurate intuentur. Meritissimo autem iure dictus Henricus liberalis & magnifici titulo insignitus & cohonestatus est: nam præter dictæ ecclesiæ ab eo extructæ illustrissimum monumentum, & eximiæ cuiusdam pietatis certissimum symbolum, Xenodochium prope eandem ecclesiam condidit, & amplissimis reditibus dotauit, vniuersasque pæne Campaniæ ecclesias & cœnobia, nouis prouentibus auxit & locupletauit, adeoque nonnulla eum veluti primum conditorem venerantur & suspiciunt, sic vt eius gloria, memoria seculorum omnium celebranda sit, & à tota posteritate fœlicibus & auspicatis votis excipienda. Ipsius etiam in propaganda catholica fide, non minor fuit pietatis ardor, bis enim mare traiecit bellum infidelibus illaturus, cumq; secundo transfretasset, Hierosolymis rediens paulo post decessit Trecis anno 1180. die 17. mensis Martij, quo die eius exequiæ quotannis solemni more & ritu, adhibitis compluribus augustissimis cerimonijs religiosissime celebrantur, & ab omnibus canonicis

nicis iusta persoluuntur, nam ij toto eo tempore quo res diuina fit, vestibus sacerdotalibus sunt induti: quodquidem argumento est eos ipso die piaculare sacrum, ad animę dicti Comitis lustrationem celebrare consueuisse. Eiusdem cadauer in eadem ecclesia humatum est, vt & Comitis Theobaldi alterius eius filij: quorum sepulchralia monumenta tripedale spatium supra solum élata sunt, argento aureis bracteis exterius inducto conflata, subtilissimo artificio concinnata, encausticis operibus élaborata, multisq; signis & figuris variata. Dictum autem pręfati Henrici mausoleum anno 1583 noctis silentio, argenteis laminis quibus prætextũ erat, furtim ab incognitis quibusdam lauernionibus sacrilega fraude spoliatum fuit, sed postea studio & cura memoratorum canonicorum in pristinum splendorem est restitutum. In ipsa etiam ecclesia, corpus S. Hoildis virginis custoditur, itemque scipio argenteis bracteis vndiq; obtectus, quo D. Thomas Cantuariensis ætate iam ingrauescente, titubantes & vacillantes gressus fulciebat: Similiter & marmor seu altare portatile, in quo D. Martinus Turonens. missam dicitur celebrasse, necnon eiusdem sacerdotalis casula. Ibidem etiam non ita pridem seruabatur, summi pretij patera aurea, quæ eiusdem D. Martini fuisse ferebatur. Ipsam autem ecclesiam, his sacris reliquijs velut pignoribus, à præfato Henrico eius conditore, dotatam esse & or-

natam, facile mihi persuadeo.

IN CIRCVITV PRÆdictorum mausoleorum antiquis characteribus exarati sunt versus subiecti, primo in ambitu sepulchri dicti Henrici Comitis sequentes leguntur.

Hic iacet Henricus, comis comes ille Trecorum,
Hæc loca qui statuit, & adhuc stat tutor eorum,
Annos millenos, centenos terque nouenos
Impleras Christe, quando datus est dator iste.

Henricus nat⁹ est an. 1127.

Bis deni deerant de Christi mille ducentis
Annis, cum medius mars, os clausit morientis.
Crastina post Idus Martis, feriæque secundæ,
Vespera, sole suo fecit egere diem.
Huius firma fides, rata spes, deuotio feruens,
Mens pia, larga manus, lingua diserta fuit.
Huc sua, plusque suis moriens se contulit ipsum,
Hac ope post tot opes, muniit auctor opus.
Quod dator iste dedit, nunc redditur huic & obedit
Sed quod possedit, cum decedente recedit.

Obijt an. 1180 die 17 Martij.

In necrol. cœnob. S. Martini Trecẽs ipse Hẽric⁹ Comes Palatinus Galliæ denominatur.

Henricus loquitur.

Hunc Deus ipse thorum mihi strauit, vt hic cor eorũ
Me recolat, quorum res rego, seruo chorum.
Hunc tumulum feci mihi, qui fundamina gessi
Ecclesiæ tantæ, quam nunc rego sicut & ante.
Hic mea membra tegi volo, sic confirmo quod egi.
Deseritur solum sic sine sole solum.

Ad marginem mausolei hi versus habentur.

Maria Henrici I. vidua filia Ludouici 7

Principis egregios actus Maria reuelat,
Dum sponsi cineres, talis velamine velat.

EPITAPHIVM THEObaldi Comitis qui obijt Trecis anno 1201 & ætatis suæ 26 vt refert G. de villa Harduini ipsius Seneschalus in historia Gallica Bizantinæ expeditionis.

Theobald. 3.

Hoc Theobalde loco recubas luctamine forti;
Mors vita pro quo conflixit vitaque morti.
Vicit in hac lite vitam, mors inuida vitæ,
Intulit inuitæ vires & ademit ei te.
Qua tibi rumpente florentis fila iuuentæ,
Vim facit ætati, nimis ausa licentia fati.
Iudaicis opibus inopes releuando fideles,
Principio, summi principis egit opus.
Damna redempturus crucis & patriam Crucifixi,
Struxerat expensis, milite, classe, viam.
Terrenam quærens, cælestem reperit vrbem,
Dum procul hæc petitur, obuiat illa domi.
Tanta palatino ne principe terra careret
Transit in hæredem, terra paterna nouum.
Qui puer vt phœnix, de funere patris obortus,
Continuet patrios in sua iura dies.

Theobald. posthumus

SVBIECTI VERSVS,

singulatim ac seorsum, vel bini incisi sunt, circa plurimas imagines quæ sepulchrum dicti Theobaldi ambiunt.

Theobaldus 3. loquitur. *Hac Deus vrbe mori mihi contulit vt genitori*

Henric⁹. 1. *Hic est Henricus, Theobalde tui genitiuus:*
Qui fuit ecclesiæ præsentis compositiuus

Henric⁹ 2. & Theobald⁹ 3. fratres *Dat pro patre, duos Deus hos flores adolere*
Vt tibi ver pacis, Campania constat habere
successiue Campaniæ Comites.

Henric⁹ 2 Rex Solymorum *Vrbe tua Christe Rex electus fuit iste,*
Nobilis Henricus, diuinæ legis amicus.
obijt an. 1197 vt notat Robertus S. Mariani monachus in Chron.

Maria Henrici vidua. *Mater ego Comitis, Christum rogo sit sibi mitis.*

Philippus Augustus. *Rex ego Francorum, grauis hostibus hostis eorum.*

Richard⁹ 1. qui Berengariam Blanchæ Comitissæ sororem, vxorem habebat. *Anglica regna rego, Rex reuerendus ego.*

Scolastica quæ obijt an 1218. vt notat Petr. Pithœus in genealog Comitum Campaniæ. *Hæc Theobalde tua soror est Comitissa Viennæ.*

Huic es germana flos vnicus, vna Mari i,
Circa quam studuit formandam tota sophia.

Maria vxor Balduini Flandriæ Comitis.

Sancius est præsens quod signat imago decenter,
Quoque gubernatur Nauarræ rege potenter

Sancius pater Blãchæ.

Hoc tumulo Blancha Nauarræ regibus orta.
Dum Comitem velat, quo ferueat igne reuelat.

Blãcha vxor Theobaldi 3 & mater Theobaldi posthumi.

EN TIBI LECTOR SVB oculos subijcio prædictæ institutionis litteras, quas huc ad verbum inserere non piguit, vt integra earum memoria ad posteros transmittatur.

IN nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego Henricus Trecensis Comes palatinus, Omnibus Successoribus nostris imperpetuum. Quoniam ex inerti obliuione iocunda persæpe suffocatur memoria, ne libera posteris tribuatur obuiandi facultas memoriæ gratia literis commendari præcipio quibus temporibus Ecclesiam beatissimi prothomartyris Stephani Trecis iuxta domum meam Deo inspirante construxerim, quibusue possessionibus eamdem Ecclesiam multis ac varijs muneribus ditatam, fratrum & amicorum meorum atque baronum assensu & laudamento dotauerim. Concedo igitur prædictæ ecclesiæ claustrum tam quietum & liberum quam & ipsa

Ecclesia, quidquid habebam in molendinis iuxta balnea, & in molendinis iuxta nouum Castellum quod est ante Ecclesiam B. Ioannis & pischariam & cursum aquæ Sequanæ sicut habebam, à villa Senceij vsque ad molendinum S. Quintini. Medietatem molendinorum de Insulis, domum & iustitiam eiusdem molendini. Dedi & decimam auenæ nemorum circa insulas, vsuarium omnium forestarum mearum ad opus Ecclesiæ & ipsorum Canonicorum, quibuscunque indiguerint. Decimam de baleno. Quid quid habebam in villa quæ dicitur Raisnulleria, medietatem furni hilduini de Vendopera liberam ante Domgionem, medietatem furni herfredi liberam quæ tenetur ab Ecclesia in casamento libera. Ita tamen quod si furni forte comburantur illi qui tenebunt furnos eos reficiant & furnis necessaria ministrabunt. Concessionem quam feci vobis scilicet ne fiat furnus à cursu sequanæ, vbi dicitur pons aulæ vsque ad S. Sauinam nisi assensu Capituli vestri. Libertatem domus petri filij ancheri, quam idem petrus Ecclesiæ vestræ contulit. In domo Gaufridi Furnerij. 20. sol. annuatim percipendos. Domum vnam iuxta domum fratrum hospitalis in medio foro sitam omnino liberam cum appenditiis suis Domum aliam ante domum Roberti filij Gelleberti secus Ecclesiam S. Iohannis similiter liberam. Theloneum & libertatem domus Caroli. Domos ante domum Lamberti nigri omnino liberas. Tres domos ante domum hugonis pulli & Thomæ fratris sui omnino liberas cum appenditijs suis salua tertia parte vicecomitum. Domum quæ est inter domum haycij & domum Giardi omnino liberam, quam haicius tenet in vita sua

pro 40. sol. annuatim persoluendis. Domum quam dedit vobis vxor martini nigri omnino liberam. Tertiam partem domus hugonis Iosseni omnino liberam. Domum petri mouin omnino liberam, sitam iuxta domum Gaufridi Furnerij secus ruellam. Medietatem domus quam dedit vobis Stephanus Barbeta, cuius alteram medietatem tenet abbatissa B. Mariæ. Libertatem quinque stallorum quæ dederunt in foro ecclesiæ nostræ Theobaldus Scriba, Garnerus Amatrij Hugo de Clauso & Garnerus Gilleberti, medietatem stalli quod emistis à Mathæo omnino liberam. stallum in foro liberum, quod emistis ab amico filio Belini. Libertatem Iobiæ sitæ in pelliparia iuxta Ecclesiam S. Iohannis quam dedit vobis Garnerus Barbeta. Iobiam magistri Roberti & medietatem Iobiarum, quæ partiuntur cum petro raso. Et Iobiam corrigiarum in medio foro. Thelonium coruesarie in nudinis & per totum annum, vbique coruesium vendatur. Theloneum minuti ministerij vbicunque sit in nundinis & per totum annum, Salua tertia parte vicecomitum. Thelonium totius ceræ vbicumque Trecis vendatur per annum, salua tertia parte vicecomitum. Medietatem thelonij guimplarum, Pedagium portæ vrsariorum per totum annum sine nundinis, salua tertia parte vicecomitum. Exceptis foris vicecomitum & B. Petri, Et exceptis. 10. sol. quos ibidem habet Ecclesia B. Petri. Nundinam Clausi omnino liberam, quæ incipit in festo S. Vincentij & durat per 15. dies. Pedagium per 8. dies ante ipsum festum & per octo dies post nundinas & pedagium de residuo nundinarum clausi. Medietatem pinij domorum clausi in eadem

nundinæ. Primum mensurarum salis, secundum meternes salagij & vnum quartæ trium singulis quadrigis quæ à festo S. Andreæ vsque ad purificationem B. Mariæ sal adducunt. Censum quem habetis in clauso & iusticiam domorum ex quibus census iste peruenit, extra portam de Cronciaux, 20. sol. censuales in ortis quos vos à Benedicto de pontibus emistis. Totum minutum censum quem habetis Trecis & infra banleiam, Libertatem census quem dedit vobis hugo de vico hugonis bofecerij. Libertatem census ortorum, quem dedit Girardus de maceyo in pascuis iuxta monasterium Cellense, Libertatem census quem emistis à Berth. de Vares subtus murum domus manasserij de pongeio. Censum & iusticiam de S. Columba. Censum quem emistis à filijs Ebrardi monetarij cum iustitia. Pedagium doliorum vinum de foris aduehentium. Medietatem domus manasse de villa mauri omnino liberam. Quidquid habebam in ponte Beatæ Mariæ. Scilicet Saluamentum de S. Maura, & de S. Benedicto, & omnes homines quos habebam in villis quæ sunt à ponte S. Mariæ, vsque ad sanctum sepulchrum. Quidquid habebam apud Pannayium, Ruuegni, beli, Tenellerijs, Champigneum, Arbresel, & Rulleyum. Apud Bere duos homines, cum familijs suis, Apud Creneyum dodonem cum familia sua. Quosdam homines Trecis commorantes, odonem crassum, Petrum floiet, belimum bonellum de Creni, morinum de varinac albertum de Sancto Frodoberto. Omnes homines albanos apud Trecas presentium & pontes sub dominio Ecclesiæ nostræ si infra annum & diem ibidem remanserint omnin oliberos. Libertatem cum iusticia terræ quæ

fuit Girardi filij Giffardi retro Sanctum Quintinum & apud n⁻as. Censum quem em stis à Stephano monetario. Apud gaisiam omnem iusticiam in hominibus, terris & alijs quæ vobis debent censum vbicunque sint. Libertatem & iustitiam terræ quam emistis apud Incheras & homines qui ibi manebunt liberos. Decimam frum⁻nti quod venit ad Grenarium meum de potestate Trecarum. Totam decimam de lincon, & totam decimam de Chauan. & de moncroya & de lainis in vino. Septem modios vini de Abraham bolliaci. In communia quæ est inter Trecas & duas aquas. 16. Sext. frumenti. Tria arpenta vineæ apud Cronciaux de dono Giuardi de foro & de dono Petri, vnum arpentum, vineam quam emistis à bonello quæ sita est apud chauam. Terram apud Riueriam de cor, quam emistis à Sorore Mauricij de lanis liberam cum iustitia. Libertatem terræ quam emistis à Radulpho de Riueria de cor & ipsum Radulphum cum Petro nepote suo & familijs eorum cum iustitia. Libertatem terræ Census & hominum quos emistis à Milone de regni cum iusticia. Hæc omnia Ecclesiæ B. Stephani Trecensis ob remedium animæ meæ & patris mei Comitis Theob. simulque antecessorum meorum laudo & subscribo, & quod iuste & canonice semel Ecclesia possidet, semper stabili & inconcussa pace possideat, sigilli mei impressione confirmo, subiunctoque testimonio ac laudatione dilectorum fratrum meorum & aliorum amicorum meorum absque vlla conuulsione corroboro. Datum Trecis per manum Vuilelmi Cancell. Anno verbi Incarnati 1157.

DE COENOBIO AVT

Prieuré de Foissy.

Prioratu Sanctimonialium B. Mariæ de Foißiaco seu Fidiaco ad Tricaßinos muros.

HIc prioratus ducentis circiter paſſibus ab vrbe Trecenſi ſubmotus eſt, & ab aſcetrijs Benedictini ordinis quæ in eo pie admodum & religioſe viuunt incolitur, pluresque numero ſexaginta hoc anno 1609. in eodem ſanctiſſime degunt. Iam autem à multis ſeculis inſtitutus is prioratus, nam per aurium & linguarum traduces, ſe complures vicini ruſticani incolæ vt & ipſæ moniales accepiſſe teſtantur, S. Sauinianum martyrem cum è Græcia Trecas deueniſſet circiter annum à ſalutari Chriſti ortu 270 depanxiſſe in terram ſcipionem in eo prorſus loco quo prioratus fanum ſitum eſt, qui licet iuxta cum pumice aridus, repente emiſſis foliis frondeſcere incœpit, ipſumque ideo locum Foiſſiacum ab eo nominatum, vulgo *Foicy*, quæ vox Gallica in partes diducta, denotabat in eodem loco Chriſtianæ fidei ſemina ſpargenda, ex quibus vberrimi fructus emergerent, quaſi *Foy icy* quodquidem præterire nolui, ne piam veterũ perſuaſionem aſpernari viderer. Haud ægre tamen mihi perſuaſerim, memoratum prioratum in eodem loco in quo D. Patroclus ſuam ſedem defixerat eſſe conſti-

tutum, qui non procul ab ipso prioratu, eodem tempore quo ipse D. Sauinianus,& ſęuo imperio iubente Aureliano imperatore capite plexus est. Incidit vero in meas manus exemplar tituli Henrici Campanię quondam Comitis ,quo donationem dictis monialibus à Theobaldo parente & decessore suo factam confirmat ratamque esse in perpetuum iubet. dictus autem titulus sic se habet.

EGo Henricus Trecensium Comes palatinus, notum facio præsentibus & futuris, quod pater meus dedit monialibus de Foissiaco garaneam suam, in cuius medio erat capella & hermitagium in quo habitabant. Tandem pietatis & deuotionis zelo motus ædificauit monasterium & ecclesiam in honore B. Mariæ, & pro sustentatione earumdem ibidem Deo seruientium dedit vineas suas, vna cum magna coruea terras & prata quæ sunt prope & iuxta dictam garaneam ex omni parte. Ego autem volens pijs inhærere vestigijs patrum, laudaui & approbaui, laudo & approbo hanc fundationem & donationem tanquam ex meo feodo hæc mouentia. Quod vt notum permaneat & ratum teneatur, litteris annotatum sigillo meo confirmaui. Testibus *D. Ansello de* Triangulo, *Garnero fratre eius, Vuillelmo Mareschallo, Artaudo camerario, Milone de* Pruuino, *Mathæo de* Trecis *& Manasse de clauso. Actum* Trecis *an. Incarnati verbi* 1165. *Data per manum Stephani cancellarij.*

Dictæ Sanctimoniales monasterio Fontis Ebraldi se aggregarunt eiusque instituta susceperunt an. 1475. eademque etiamnum

hodie religiosissime strictissimeq; obseruant, adscitis & aduocatis ipsius monasterij cœnobitis, quibus sacramentorum administris vtuntur, quiquidem sacram ædem separatim habent, in qua celebrandis diuinis officijs singulis diebus insistunt & inuigilant.

FRAGMENTVM HIstoriæ S. Balsemij martyris.

Nonnulla desunt.

****** * ** **** ****

TAndem vero attingens loca Campaniæ, deuenit ad quamdam ciuitatem Arceyas nomine, nam dicitur illo tempore ciuitas fuisse, nunc autem villam omnes non ignoramus esse. Contigit autem eo tempore Vuandalos impijssimam gentem à finibus suis dimotam, loca quædam inuasisse Franciæ, & maxime fines ipsos, qui circumcirca contigui sunt Campaniæ. Inclytus Domini athleta Balsemius, de quo serie huius orationis agitur, id loci gratia diuina se comitante attigit, quo palmam martyrij ipse cui famulabatur indesinenter, Christus largiri delegit: præueniens namque ipsos Vuandalos cœpit monitis & verbis salutaribus exhortari eos, quatinus viam erroris sinerent, & à diaboli laqueis quibus captiui tenebantur resipiscerent. Exinde legitur in Salomone. Noli arguere deri-

ſorem, ne oderit te, feroces & ſæui, frendentes in eum belluarum more, iniuriantes & exacerbantes nimis acerbe, ad vltimum duxerunt ſuper quoddam montis ſuperciliũ, & capite amputato eoq; interfecto, comparauerunt ſibi viam baratri & mortis, ſimiles illis qui crucifixerunt Dominum, Clamabãt ſit ſuper nos eius ſanguis, & ſuper filios noſtræ poſteritatis. Accidit tunc mirandum & inſigne miraculum, & in Domino Ieſu Chriſto qui in ſuis nimis glorioſus eſt oppido glorificandum. Nam B. miles Chriſti, mox vt decollatus eſt, caput proprium in manibus deprehendit, & ante interfectores ſuos gradiendo incedens, quaſi milliario vno geſtauit O admirandum & à ſeculis inauditum miraculum, hominem decollatum gradiendo geſtari per ſeſe ſeipſum. Quis nõ miretur operibus tuis Domine Ieſu, quis non obſtupeſcat ad talia & horũ ſimilia quæ fiunt tuo nutu. Sed vt dixiſti euangelica voce, cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea in æuum manebunt, habemus quæ proprijs locutus es diſcipulis, & quæ patrando compleſti, & quæ quotidie comples in tuis adelphis. Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horum faciet. Angelicam non dubie credimus conueniſſe choream ad tanti militis & martyris Dñi animam excipiẽdam, qui exequiarũ eius vigilias excubando, talem pro eo concinerent melodiam. Beatus quem elegiſti & aſſumpſiſti domine, habitabi: in

atrijs visionis æternæ.

Hic pauca desunt.

Impijssimi & sceleratissimi illi, postquam hunc Sanctum indiderunt neci, cernentes quod beatissimus is, caput suum ferendo ante eos incederet more triumphali, repente iterum in eum bacchantes, & pariter insequenres comprehenderunt, & in puteum quemdam, (erat namque puteus ante eos ea via, quam vir domini petebat) proiecerunt, & lapidibus globisque terræ ipsum puteum obstruxerunt. Ibidem margaritum Domini pretiosissimum, diu multumque temporis iacuit repositum, sed quia ipsa veritas per se, ciuitatem supra montem positam non posse abscondi est protestata, ad commune omnium vtile & profectũ placuit, vt hunc Sanctum cũctis innotesceret, ac diuulgaret diuina potentia, quem iam glorificauerat in cœlo, apud homines magnificans mirificaret in mundo. Erat in ciuitate Lemouica de qua hic aduenerat Sanctus, filia regis illius patriæ cæca, quæ hac calamitate patre & propinquis in moesticia persistentibus diu vallata, noctu diuque, quid remedij sibi proueniret inuestigabat, nimium anxia. Dominus vero æternus qui vniuersis subuenit coactis periculis & necessitatibus, cernens eam coartari huiuscemodi passionis angoribus, nocte quadam ipsam soporãtem præmonuit huiusmodi visionis allocutionibus. Vade inquit in Franciam ad ciuitatem Arceyas nomine, & ibidẽ

reperies puteum obstrusum lapidibus & tellure, quem emundari ab omni sorde faciens, inuenies in ipso maximum thesaurum. Ipse vero (quem dico) thesaurus, martyr Domini est pretiosissimus, ab impijssimis hominũ olim trucidatus, & malignitate eorum instigãte post abscisionem capitis ab ijsdem, inibi proiectus & vocatus Balsemius. Hunc tu dum leuaueris, & aromatibus circum liniens inuolues lintheis, ex lympha quam reperies oculos lauabis, moxque aparietur tibi acies optatæ visionis. Matrona pręfata tale vt vidit somnium, vltra quam credi potest admirari cœpit secum, tandemq; patre & propinquis super hoc negotio accitis, & omnibus quæ sunt itineri congrua optime præparatis, cum agmine multo militum, vehiculo imposita, aggreditur viam iam dicti aromatis. Attingens ciuitatem prædictam Arceyas, seriatim vt sibi fuerat imperatum ordinate omnia adimpleuit, & margaritum super solem lucidissimum Balsemiũ à puteo extraxit, ex lymphaque lotis oculis lumen quod diu cupierat recepit. Exhinc nimis gratulabunda de misericordia per Dei famulũ sibi impertita, Christi militem inuoluens nitidis linteaminibus reposuit in ea quæ ibi iuxta erat S. Petri ecclesia retro altare eiusdem basilicæ, decenter & reuerenter condens in lætitia & gratulanter de lumine sibi concesso, ouans repetit propria Post hæc Comitissa Hensendis, Domini Hilduini Comitis mater audiens omnia

Comitis Hilduini mentio est in hist. S. Ferchbirij, s. pag. 94.

quæ gesta sunt de Sancto hoc,per sese accessit,& cum honore maximo ab eodem in quo iacebat mausoleo, 19. Cal. Septemb. aleuauit & totum corpus auide rapuit faustissima illa, & ad castrum suum Ramerudum vocabulo, deferens, S. Dei genitricis Mariæ posuit in ecclesia,quam tam ex filij sui,quam ex suis denarijs constat fabricatam. Porro ex tūc hic beatissimus Domini cum honore debito recubans, multis imbecillibus impartitur gratiam sanitatum cum B. Maria D. N. Iesuchristo pro eis supplicans qui viuit & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

NOTÆ IN HISTORIAM

S. Balsemij.

INtegram absolutamque D. Balsemij (vulgari idiomate S. Baussange) etsi studiose inuestigatam historiam nancisci tamen nulla ope valui,sed hoc duntaxat fragmentum, quod ex vetere m. s. codice, qui in prioratu oppidi Ramerudensis,septem leucis ab vrbe Tricassina,vnica ab Arceyano vico semoti, frustilatim erutum est:in quoquidem prioratu, ex maiore monasterio iuxta Turonum vrbem dependente, reliquiæ ipsius D. Balsemij asseruantur, qui in finibus dicti Arceyacensis oppiduli capite truncatus est à Vuādalis, Attila (sicut ego conijcio) duce, cuius exercitus

tus multitudine pene innumerabilis, poſtea deletus & profligatus fuit ab Ætio Valentiniani Cæſaris Legato, illuſtriſſimo & ſtrenuiſſimo viro, idque in campis Catalaunicis viginti leucis vel circiter à prædicto Arceyano oppidulo remotis. Cum autem præfatus D. Balſemius capite minutus eſſet, truncum eius corpus in puteum coniectum eſt, leucæ duntaxat quadrante ſubductum ab eo loco, in quo ſecuri percuſſus fuerat, impoſitiſq; quinque ſilicibus contectum & opertum, qui hodieq; in dicti putei margine cernuntur, prope quem exſtat exigua ædicula eidem D. Balſemio ſacra, cuius feſtus martyrij dies 16. Auguſti in diœceſi Tricaſſina celebratur. Non abs re autem fore mihi viſum eſt, hic etiam annotare, S. Tancham virginem in territorio parœciæ de Luſtria quæ ſeſquileuca tantum ab oppido Rameruden ſi diſtat, effuſo ſanguine, Chriſti fidem teſtatam eſſe, olimq; incolas viculi de Inſulis iuxta idem oppidum Ramerudenſe, contendiſſe reliquias corporis dictæ virginis penes ſe cuſtodire, incolas autem pagi de Luſtria contrarium adſtruxiſſe. cuius controuerſiæ componendæ cauſa, in ea ſe loca Tricaſſinus epiſcopus contulit, eorumque quæ deprehenderat & perſpexerat, acta ſeu inſtrumenta confici iuſſit, quorum ea eſt ſeries.

IN nomine Domini, Amen. Vniuerſis preſentes literas ſeu præſens publicum inſtrumentum inſpecturis, Iohannes miſeratione diuina Trecenſis epiſ-

copus salutem in Domino Cum nuper apud Villam Insularum in parrochiatu de Rameruco nostræ diœcesis, & in locis circumuicinis quidam vulgaris clamor seu rumor exortus & commotus fuisset, super corpore & reliquiis B. Tanchæ virginis & martyris, quodquidem corpus parrochiani & incolæ supradictæ villæ de Insulis asserebant esse in sua ecclesia, & repositum seu inclusum in quodam lapide concauo existente pro sui parte infra murum dictæ ecclesiæ retro maius altare subtus vitrinam in medio illius muri existentem, & hoc dicebant prædicti parrochiani & incolæ se audiuisse à suis progenitoribus, & quod hoc habebat fama publica apud loca de dictis Insulis, Rameruco, & in pluribus ac diuersis locis circumuicinis & huius clamoris seu rumoris occasione, quædam dissentiones & rixæ motæ fuissent inter præfatos parrochianos & incolas de dictis Insulis ex vna parte, ex altera dicentibus illis de Lustria quod per præmissos rumores qui maliciose & præter veritatem fuerant commoti & publicati ab illis de Insulis, fiebat eis & ecclesiæ suæ de Lustria graue dampnum & maximum præiudicium; eo quod ad præfatam ecclesiam suam de Lustria sæpe confluant magnæ peregrinantium turbæ ad requirendum supradictæ Sanctæ virginis auxilium & iuuamen, cuiusquidem Sanctæ corpus & reliquias asserebant se habere supradicti de lustria, & cum huius diuersitatis gratia dissentiones & rixæ & scandala iam orta & orta fuissent & adhuc grauiora oriri timerentur. Nos volentes ex nostri officij debito, quantum nobis possibile est supradictas dissentiones & rixas sedare, & hijs quæ possent

oriri obuiare, nobis etiam supplicantibus præfatis de Insulis, quatenus ad eorum predictam ecclesiam personaliter vellemus accedere & præfatum lapidem aperire seu aperire facere, ad videndum quid intra illum contineretur. Nos ad prædictam villam de Insulis vnacum Officiali Consiliarijs & promotoribus Curiæ nostræ accessimus, & in illorum presentia adiunctis etiam nobiscum Priore Curato de dicta Lustria, & altero ecclesiæ suæ matriculario, necnon Cappellano de dictis Insulis & Capitaneo castri de dicto Rameruco à supradictis partibus ad hoc specialiter electis & deputatis, supradictum lapidem ad modum vnius capsæ lapideæ factum aperiri fecimus, in quo quædam ossa humana sicut prima facie videbatur reperimus, ossa videlicet brachiorum fœmorum & tibiarum, quorum quædam erant fracta & in duas partes diuisa, & vna cum premissis ossibus inuenimus quoddam breuiculum pergameneum in quo de grossa littera scriptum erat. Hic sunt ossa Beatæ Tanchæ. *quod quidem breuiculum mox supradictis nostris Consiliarijs & Promotori ostendimus & postmodum supradicta ossa in quodam amictu reposita intra præfatum lapidem reclusimus sub sigillis donec quid de illis faciendum erat, fuisset cum matura deliberatione ordinatum, prædictum autem breuiculum nobiscum portauimus, & cum ad lucem fuisset per nos & supradictos Officialem, Consiliarios & promotorem diligenter inspectum, illud apparuit multipliciter de falsitate suspectum, & quia prædictus Cappellanus ex certis & vehementibus coniecturis & informationibus, præsumebatur supradictum*

breuiculum à paucis diebus scripsisse, & in predicta capsa posuisse, nos illi & prædictis matricularijs tam de dictis Insulis quam de Lustria certam diem assignauimus ad comparendum coram nobis in domo nostra episcopali Trecensi, ad quam cum venissent, nos Capellanum in presentia præfatorum Officialis, Consiliariorum & Promotorum examinauimus per iuramentum, qui diligenter interrogatus super premissi breuiculi falsitate & alijs materiam prædictam concernentibus, noluit tunc veritatem huius rei confiteri, & propterea de consilio præmissorum illum fecimus prisonarium & in nostris carceribus compeditum, rursus super præmissis examinari, & tandem ipse sua mera voluntate & sine aliqua violentia confessus fuit quod in vigilia Solemnitatis Pentecostes vltimate transactæ, ipse & frater Petrus Chastemet Prior de Rameruco, Iohanne turot, Iohancomius Colin & Colotus moreau, parrochiani & Incolæ de dictis Insulis hora matutina accesserunt ad præfatam ecclesiam de Insulis & clausis acfirmatis supra se ostijs, supradictum lapidem in quo dicebatur esse Corpus B. Tanchæ prius remoto circulo ferreo quo ipse lapis vna cum alio lapide suprapposito cingebatur aperuerunt, & infra inuenerunt supradicta ossa, & supra ea vnum drappellum putrefactum nullo ibi inuento breuiculo, quo facto, iterum supradictum lapidem clauserunt etiam reposito in pristino statu sicut melius potuerunt præfato circulo ferreo, illis etiam iurantibus in manu dicti prioris, quod nihil cuiquam dicerent aut reuelarent de supradicti lapidis apertione. Insuper dicebat præfatus prisonarius, quod secunda vel tertia die post

penthecostem ipse suasu & admonitione prædicti Prioris fecit prædictum breuiculum & illud scripsit in veteri pergameno, & de littera ficta & ad modum cuiusdam antiquæ scripturæ facta, cuius exemplum fuit captum supra quandam antiquam legendam auream sibi à dicto Priore ad hunc finem administratam: & eadem die circa crepusculum ipse prisonarius, dictus Prior & alij tres prænominati rursus, aperto supradicto lapide illud breuiculum infra posuerunt, iterum dictum lapidem in statum pristinum claudentes. Interrogatus autem supradictus prisonarius si reuera dicta ossa in prædicto lapide fuerant ab eis reperta vel si aliunde collecta ibidem ea clauserant, respondit per suum iuramentum quod illa fuerant infra dictum lapidem reperta, & nesciebat quod ab aliquo viuente fuissent ibidem posita, hoc idem & cætera quæ dicta sunt deposuerunt & per sua iuramenta vera fore dixerunt supradicti Iohannes Iohancomius & colotus qui propter eandem causam fuerunt in nostris carceribus detenti & per Officialem nostrum examinati. Igitur super præmissis habita consultissima deliberatione cum venerabilibus & discretis viris Dominis Decanis ecclesiæ nostræ Trecensis & ecclesiæ collegiatę S. Vrbani, nec non magistris Stephano grapin S. Margaretæ & Iohanne Craßi Arceyarum Archidiaconis sui gratia vna cum predictæ nostræ Curiæ, Officiali, Consiliarijs & promotoribus nobis aßistentibus. Nos die datæ præsentium quæ fuit supradictis partibus aßignata, ad audiendum super præmißis appunctuamentum nostrum modo infra scripto appunctuauimus & tenore presentium appunctuando dicimus, quod supra-

dictum processum facientes vel alias nulla inuenimus argumenta vel indicia per quæ nos vel quiuis alius dicere aut asserere debeamus aut debeat, quod prædicta ossa sint vel etiam quod non sint ossa vel reliquiæ B. Tanchæ, qua propter districte prohibuimus, & per presentes prohibemus supradictis parrochianis & incolis de Insulis & de dicto Rameruco quod à modo affirmare non præsumant, quod apud se vel eorum ecclesiam sit corpus supradictæ B. Tanchæ, nec hoc pretextu de cætero retrahant aut quouismodo scienter impediant euntes peregrinationis causa aut ire volentes ad supradictã ecclesiam de lustria vel ad cappellam de Bouchetto iuxta dictam lustriam in qua fuit sepultum & inhumatũ corpus gloriosum supradictæ Sanctæ. Et ne supradicti parrochiani de Rameruco & de Insulis in futurũ faciliter moueãtur aperire præfatũ lapidem sicut nuper quidam eorũ fecerũt Nos ordinauimus quod idem lapis cũ eius operimento sic cũ ferro & plumbo claudatur & firmetur, quod amodo non nisi cum magna difficultate valeat aperiri. Nihilominus sub excommunicationis pœna prohibentes, ne quis de cætero præsumat, aut præsumere audeat sæpedictum lapidem nisi cum episcopali auctoritate amouere seu aperire, aut ad id consilium dare vel iuuamen. Sane licet in legenda sæpedictæ Sanctæ, tam apud ecclesiam de Lustria quam alibi inuenta, bene caueatur supradictum corpus fuisse à dicta Cappella de Boucheto leuatum & exhumatum & miraculose apud dictam ecclesiam de Lustria repositum & incapsatum, quia tamen his temporibus nihil auc modicum illic de supradicto corpore inuenitur, nos similiter prohibuimus & presentium

serie prohibemus parrochianis & incolis illius villæ de Lustria ne de cætero veraciter audeant asserere, quod apud suam præfatam ecclesiam sit prænominatæ S. virginis corpus gloriosum, nisi forsan imposterum & illic reperiretur & episcopali vel alia sufficienti auctoritate hoc ipsum decerneretur. Insuper nos supradictis partibus & earum cuilibet districte & sub excommunicationis pœna inhibemus, ne prætextu huius materiæ audeant contra se inuicem aliquas rixas vel dissentiones mouere, aut iniurias vel conuitia proferre, aut iam motas rixas continuare, sed sint omnia inter se nostra mediante ordinatione sedata ac pacifica, In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum præsentes literas seu præsens publicum instrumentum per notarios publicos, qui nobiscum & testibus subscriptis ad præmissa præsentes interfuerunt fieri, sigillique nostri vna cum signis publicis & subscriptionibus dictorum notariorum fecimus & iussimus appensione muniri. Acta fuerunt hæc in domibus nostris episcopalibus, anno Domini 1441. indictione 4. mensis vero Augusti die 4. pontificatus SS. in Christo patris & D. nostri Domini Eugenij diuina prouidentia papæ 4 Anno 11. Presentibus venerabilibus discretis & honestis viris Dominis Iacobo villaim Canonico Trecensi Curiæ nostræ Trecensis Sigillifero, Symone Rotarij, Nicolao tetelli presbyteris nostris commensalibus Petro bonis burgensi Trecensi, Iohanne Rineti de Arceys & Iacobo de veteruilla Curiæ nostræ Trecensis Tabellione trecis commorantibus cum pluribus alijs testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Subsignatum est autem dictum in-

ſtrumentum per Guidonem de veteriuilla & Henricum doreti notarios apoſtolicos, cui etiam additum ſeu appenſum epiſcopale ſigillum in cera rubra.

SERMO ANONYMI DE vita & miraculis S. Fidoli Abbatis.

S. Fale.

E Vetere codice M. S. Claræuallenſis cœnobij excerptus, & nunc primum æditus.

DIlectiſſimi fratres gaudete in Domino, & ſpiritali iocunditate lætamini qui ad ſolemnia Sanctiſſimi Patris ſcilicet Fidoli conueniſtis, & intimo cordis affectu clementiam Domini noſtri Ieſu Chriſti collaudate, qui nos per huius Sanctiſſimi Sacerdotis prædicationem, perducere dignatus eſt ad agnitionem ſui nominis. Sequamur vnanimiter tanta Sancti Doctoris veſtigia, quatenus ſequendo, mereamur aſcendere cœleſtia regna. Qui tantam in hoc miſerrimo ſæculo noſcitur ſine dubio gratiam acquiſiſſe, vt prophetico ſpiritu, futura pro vitæ ſanctitate meretur aſpicere. Non ſimus tãti Patris degeneres filij, ſed ſanctitatem vitæ illius, morum nobilitate imitemur. Nunc vnde oriundus fuit, perquirere debemus. Fuit enim Aruernis vrbis incola nobilique genere, qui quondam à Theoderico Rege ſceptra Francorum diſpenſante iuuenis adhuc captiuus ductus

fuit ad priu.tam ſedem alieno imperio ſerui-re coactus. Tamen patrię prępreptum à Deo, ad ſeruiendum ei in Trecaſſinam vrbem prędeſtinatione Domini manifeſtum eſt perueniſſe: iamque in adoleſcentia conſtitutus, & clericatus officio ſuſcepto, lacrymabiliter coactus, parentes dereliquit inuitus. Ibi eum diuina pietas præmiſſa redemptione conſiſtere voluit, vbi ſe confitendo Dominum admirandis virtutibus prædicaret.

Eodem itaque tempore, memorabilis vir Auentinus abbas in eo loco cum ſuis fratribus in congregatione ſancta diuinis cultibus in monaſterio aſſidue aſſiſtebat. Deniq; ſpiritualis in viſu ei ammonitio prænuntiabat, vt captiuulum Fidolum à regione exulem ad ſe venientem redimendum exciperet, & in communi conſortio pari collegio retineret. Vir autem ille dum ſæpius de viſione pertractaret, cernit poſt paululum ante oſtium captiuulos præterire. Interrogat ſi haberent captiuum qui vocabatur Fidolus, Illi aiunt Domine Abba, non renuimus ſi vis redimere ſortitum eccleſiæ, Qui miſericordia motus, duodecim tribuens aureos & cupiditati ſatisfecit prædonum, & captiuato ſuccurrit ſolatio: quem in ſinu gratiæ vir egregius amantiſſime connexum æternæ vinculo charitatis ſuſcipiens, ſpiritualem filium effecit de captiuulo, & non vt ſeruum, ſed iam veraciter diligebat vt Dominum. Hic cum libertate ſubditus ac ſanctiſſimi inhærens Patroni

veſtigijs tantam diuinitus deuotæ compunctionis gratiam promeruit, vt quidquid ſibi in cellula fratrum fuiſſet iniunctum, illico ab eo fuerit adimpletum, ſubiectione ſibi impoſita in timore diuino conſtrictus plenitudine fidei & Chriſti clypeo protectus vt iugularetur diabolus & ſemper ab eo eſſet excluſus. Tandem tam promptus ad excolendam ab ortu deuotionem extitit, vt ſermones ſeniorum per omnia & in omnibus obediens adimpleret: ita humilitate diuina officia peragebat deuotus ac firmus in melius, vt præpoſiti locum ſuſciperet, & fratres ſuos iure ordinario gubernaret. Eo itaque tempore, Auentino Abbate ipſius Cellulæ decedente, fraterna aſpiratione B. Fidolum aſſenſu monachorum omnes vnanimes in loco eodem elegerunt abbatem. Qui vt ſuſcepit primæ ordinationis aditum, ipſe ſibi impoſuit humilitatis iugum. Semper indeficiens & clementiſſimus Fidolus confeſſor pœnitendi inſiſtens exemplum, cellulæ recluſione inibi proſtratus mente pariter & corpore cilicij indumento membra aptauit, non ſolum exaſperauit cutem exterius, ſed potius animam intrinſecus confortauit. Trium tantum panum eſu per totam. Quadrageſimam contentus fuit: poculi hauſtum aquæ puriſſimæ mixtum cinere in ſitim ori proprio deputauit. Creſcebat in ieiunijs diurnis iugiter. Cibi tanta fuit parcitas, vt in cœnæ Domini tempore panis integer tertius om-

nimodo superaret. Laudabilis fama circa Domini famulum vulgabatur in plebe, quod in timore Domini perfectæ charitatis vir beatissimus semper haberet affectum.

Ad testimonium igitur tanti viri inspirante Domino de eius mirabilibus dicamus per ordinem. Duo cæci oculorum cæcitate constricti, cum ad S. Abbatem aliena manu detracti potius quam priuato pede perducti fuissent, manu Sancta in nomine Redemptoris imposita, vt crucis signaculum ab eo meruerunt recipere, cruor squameus aspergens oculos cœpit defluere, salutem reducti luminis visi sunt gratiam recepisse, qui olim oculorum tenebras possederunt defessi.

Quidam puerulus Octauianus nomine ab origine debilitate detentus ambulandi, ita pedum officio destitutus pœnitus extiterat, vt terræ solum priuata planta nullo vestigio designaret: quem parentes reparandorum cupidine artuum claudorum, manibus proprijs euectum, ad sacerdotis pedes deposuerunt ab eo sanandum. Vir itaque misericors in suo grabato recepit puerulum, iamque nocte tertia in oratione erat peruigilans, colligationisq; vinculum pius Dominus per ipsius intercessionem absoluit, tantamque gratiam largitus est ei Dominus, vt qui fuerat membris compeditus, summæ incolumitati fuerit protinus restitutus.

Homo quidam aduersi spiritus rabida specie commotus, semetipsum dentibus pro-

prijslacerabat,ita vt nullus hominum ad eum pro suscepta rabie auderet ingredi,quia quasi rabula mordax cæteros non desinebat lacerare: quemq; turba hominum superare non præualebat, acies diuersa quater cincto vinculo retinebat, ligaminibusque diuersis retentatus teterrimè frendebat dentibus, nec quicquam nociuis morsibus, viantibus præualebat. Cumque in aspectu viri beatissimi esset perductus, humanæ vocis vocabulo, cœpit nuncupare venerabilem Fidolum. Tūc ille triduani ieiunij abstinentiam firmissima deuotione excepit, vt ne diutius miser afflictus longiori periculo subiaceret, recluditur ab eo in Cellula, & sospitatis beneficio reductus rabidus reformatur, laudes vniuersas exoluens diuinæ Trinitati, vnde aduenerat exultans regreditur.

Quidam laborem perpessus, sonipedem illius furtim subtraxit ex cellula, qui tribus diebus in itinere constitutus, totidemq; noctibus, Arciacas castrum transire volens, per orationis ambitum cursum remeat retrorsum. Denique reus aditum nullum quiescendi potuit experiri, quem oratio deuinxerat sacerdotis: die etenim tertia recognita demens Cellula, quem multitudo non inuenerat hominum, suo Domino cui furatus fuerat equum presentauit ablatum: porro velut iam clauis confixus sedebat astrictus, nec descensum habere probrosus poterat nisi vir Sanctus præcepisset, qui equum protinus ab as-

censore improbo liberauit benignus, & tremebundum à febribus vsquequaque iustus Dominus saluauit elisum.

Cuidam mulieri interueniente peccato euenit lues, qua contracta visum pariter perdiderat & auditum: & cum misera tanta oppressione se sentiret damnatam, incessabilibus lachrymarum imbribus lamentaretur, quid ageret ignoraret stupefacta, matris parentelę studio ad Sanctum abbatem deducta, mox aliena manu imposita continuo claris oculis meruit cernere cœlestem lucernam, simulque foramen aurium & integrum recepit auditum: gemina cum ingenti gaudio sospitate recepta ad propria remeauit. debemus quoque promere labijs, eminentissimum virtutis indicium.

Quidam sæuissimus vir intempestiua ordinatione procacissimus, humana elatione superbus, quendam iuuenem forti sceleris culpa damnabilem & obnoxium retinebat in vinculis retrusum: cuius genitor condolens lamentando, cursu celeri ad Dei seruum venit, & cũ lachrymis & singultibus suggestionem intulit in oratione indefesso. vir sanctus vt audiuit adminiculũ supplicantem Æmilianum nomine cum baculo in quo in oratione iugiter recũbebat ad prædictũ iudicem cum summa supplicatione direxit. Verum impius iracundiæ furore succẽsus, contẽpsit baculũ, & monachi consortium spreuit: cui etiam & videndi aditum denegabat vnde magis in ... e

um magiſque vniuerſa tormenta cruciatibus peragebat, In equuleo namque permoleſto prius tortum, militibus iubet patibulo ſuſpendere eum, & interire. Et etiam vſque in diem tertium ne exanime corpus ad humandum aliquis auderet deponere præcepit. Ille autem qui ſecundum præceptum Tyranni poſt diem tertium pendebat in ligno, videbatur quaſi iuuante S. Fidolo ſuis plantis eius ſcapulis ſtetiſſe ſuppoſitis ſuſtentatus, vt nec teneritas colli ipſius, nec faucium qualitas moleſtiam internecionis, nec corpus ipſius pendendo ſentiret mortis diſpendium. Proinde genitor adepta deponendæ prolis licentia, vt lamentabiliter corpuſculum depoſitum quaſi orbatus, terræ redderet funeratũ. Ille cum ligaminibus excuſſis ſolutus fuit exilit homo mortifer, & cœpit greſſibus gaudens perambulare tellurem quemque mortuum ſperabant, viuentem repererunt, ac cæteris ille teſtatus eſt interrogantibus aſſiſtere ſe liberum, quia conſors apoſtolorum eius pedibus defixerat iuuamentum. O Iudex improbe opus manifeſtum mirare, cui denegaueras indulgere noxam, miſericordiam potuit obtinere, quam ruinoſa infirmitas diſtulit exhibere: & qui impietatem incurrit tuã, meruit eſſe reſolutus ad veniam. O quam præclarum quoque per eum cœleſtis dextera Chriſti oſtendit miraculum, quamq; pretioſum, occultare non debemus ſilentio. Quidam ſeruus intercedente caſu iniuriam ſuo

Domino intulit, qui iracundum pro admisso scelere Dominum pertimescens Sanctissimi tremebundus monasterium expetiit, vtque misericordiam inueniret, suppliciter postulauit. Quapropter vir Sanctus humili & enixa postulatione compatrem suum obsecrauit vt excusatus profugus ad pristinæ seruitutis iugum rediret: cui fallax ingenij præstigium & praua calliditas serpentino ore famulatur, promittit se nullum supplicum adhibere maligno. Quem post reditum acerbissimis vinculis colligatum in Castro * Tornotorio mancipauit in carcere obscurissimo. Deinde quem nihil latuit cœlesti dono, miles Christi beatis auribus factum rei meruit audire. Cuius rei agnitudine mœstus propria cellula in oratione persistens deuotus vt pius Dominus sibi illatam iniuriam vindicaret exorator obtinuit. At seruus persentiens ostium patefactum ergastuli, subito mente liber & corpore omnium vinculorum exuto ligamine, cellulam viri Sancti expetens innuit se liberum. At ille qui veniam vernaculo denegauerat, incidit in tribulationem maiorem, vt magis quam ille qui iam euaserat existeret criminosus ardoribus circumseptus. O virum nefarium, vbi erat imperfecta charitas, venit repentina & superior calamitas, vt nec panis nec poculi esum accipere potuerit, cœlesti pœna damnatus, nisi ad Sanctum Abbatem super plaustrum veniret, læsus fallaci mente qui modum charita-

* *alibi Tornetono.*

tis excesserat. Longum est autem de suis beneuolis actibus disputare sed nos pręparemus tales in hac vita, vt præclarus Abbas & pius prædicator scilicet Fidolus gaudentes atque nos lætantes de sua corona pijs meritis dignetur adiuuare apud Dominum, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

NOTÆ IN HISTORIAM S. Fidoli.

NOn possum mihi temperare, quin quemadmodum sæpe antea feci cum eis expostulem, qui anteactis seculis vixerunt, quod non eo studio & sedulitate qua par erat, insignis sanctimoniæ hominum quorum memoriam sacrosque cineres & ossa veneramur, suppetiasque apud Deum suppliciter efflagitamus, præclare gestorum historias & commentaria syncere ad nos posteros suos transmiserint, nec quo tempore quisque eorum vixerit, obseruarint, præciseque annotarint. Nihilominus ne ingrati videamur, fragmenta quæ ad hæc vsque tempora peruenerunt, tanquam delapsa ex mensa analecta, non sine aliquo honore excipiemus, & veluti tabulas à naufragio residuas studiose colligemus: ac præter cætera hanc de Diuo Fidolo historice contextam narrationem, qui quidem anno 520 Clodouæi (qui primus nostrorum

nostrorum regum Christianam fidem professus est), liberis Gallici imperij habenas moderantibus, apud Tricasses summa religionis monasticæ obseruantia florebat. Is autem decessorem habuit S. Auentinum, cui succreuit in regimine & administratione cœnobij, quod duabus aut septem leucis, remoto ab vrbe Tricassina loco constitutum est, vt iam à me supra obseruatum in ijs notis quas in eiusdem D. Auentini historiam ædidi, nec enim quicquam certi deprehendere valui, cum nulla prorsus dicti cœnobij ingenti postea sequuta vastitate funditus diruti, reliqua subsint vestigia. Ipsis tamen notationibus, non ita tenaciter mihi & mordicus inhærendum arbitror, vt non mutata sententia astruere audeam, & fortasse verius quam antea, dictam mandram in oppidulo cui nomen Insula, duabus leucis ab vrbe Tricassina disparato, quod etiam Ozæ amne interluitur fuisse collocatum, vbi nunc situs est prioratus qui à cœnobio Molismési pendet, & cuius institutionem iam exposui: quam meam coniecturam non leuiter adiuuant & roborant subiecta verba quæ in S. Leonis Abbatis historiam inserta sunt. *Vir venerabilis Maurelius ad Insulæ monasterium perfunctus officio, ab hac luce præreptus migrauit ad Dominum.* si quis aliquid certius super hac re mihi protulerit eum libenter audiam, magnamque habebo gratiam. Verum quanta incuria & oscitantia neglecti fuerit S. Fidoli

memoria euidenter inde innotescit, quod in monasterio Cellensi ad muros Tricassinos in quo eius reliquiæ asseruantur, ipsius vitæ historia nequaquam reperiatur, quam ideo libentius typis & prælo commisi, vt ipsa (quamuis inconcinne & impolite scripta, & compluribus in locis deformata ac fœde deprauata sit) ad visendum dictum monasterium fideles inuitet, eo potissimum die quo natalis eiusdem S. Fidoli in æternam vitam instauratur, nimirum 16. die mens. Maij vt notatur in martyrologio Romano.

HISTORICA NARRATIO

tio de prima institutione cœnobij Sanctimonialium Paracleti ord. S. Benedicti in Tricassina diœcesi.

COEnobium Paracleticum decem leucarum interstitio à Tricassina ciuitate remotum est, constitutumque in via qua Lutetiam Parisiorum itur, & loco valde amœno cuiusque interiora Arduco exiguus amnis irrigat. Ipsius autem cœnobij primus parens & institutor agnoscitur summus ille philosophiæ apex Petrus Abailardus, qui cum miseris modis afflictatus fuisset, tum ob aliqua scripta in publicum ab ipso emissa & euulgata, quæ à nonnullis huius ætatis Theologis, potissimum vero à B. Bernardo improbata sunt, tum ob alias causas, tandem ex turbu-

lentis tot ærumnarum & aduerſarum rerum fluctibus, in diœceſim Tricaſſinam tanquam tutiſſimum ſalutis portum appulit, in qua memoratum cœnobium extruxit, permiſſu & conceſſu Hatonis, qui tum in epiſcopali Tricaſſinæ eccleſiæ ſpecula excubabat: quod ipſemet Abailardus, in ea quam de ſuis calamitatibus contexuit hiſtoria, in hæc verba commemorat.

Ego itaque in ſolitudinem quamdam in Trecenſi pago mihi antea cognitam me contuli, ibique à quibuſdam terra mihi donata, aſſenſu epiſcopi terræ, oratorium quoddam in nomine S. Trinitatis ex calamis & culmo primo conſtruxi, vbi cum quodam clerico noſtro latitans, illud vero Domino poteram decantare. Ecce elongaui fugiens & manſi in ſolitudine. Quod cum cognouiſſent ſcolares cœperunt vndique concurrere, & relictis ciuitatibus & caſtellis, ſolitudinem inhabitare, & pro amplis domibus parua tabernacula ſibi conſtruere, & pro delicatis cibis, herbis agreſtibus & pane cibario victitare, & pro mollibus ſtratis culmum & ſtramen comparare, & pro menſis, glebas erigere, vt vere eos priores Philoſophos imitari crederes. Hactenus Abailardus.

Extructo monaſterio, monachas quaſdam & ſacras virgines ſub cura & tutela Heloiſſæ vxoris quondam ſuæ collocauit, erat autem trium linguarum notitia inſtructiſſima, ac potiſſimum græcæ, cuius rei indicium eſt, quod etiam hodie ſacri huius collegij velatæ virgines, die Pentecoſtes, officium diuinum

Græcanico idiomate celebrant. Et sane prudētissime & sapientissime ipsa Heloissa, dictū monasterium per multa annorum spatia moderata est: extant enim prisci tituli, ex quibus apparet, eam vitæ decursum ad annum vsq; 1163 produxisse. Cum primum autem sacris virginibus antistita præfecta fuit, institutionis monasterij confirmationem ab Innocentio 2. pontifice, qui id temporis erat Antissiodori, ibique aliquandiu moratus est, obtinuit, quiquidem diplomata hac verborum formula concepta, ad hunc finem concessit.

INnocentius episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis in Christo filiabus Heloissæ priorissæ cæterisq; in oratorio S. Trinitatis, quod in pago Trecensi, in parrochia Quincey supra fluuium Arduconem situm est diuino famulatui mancipatis tam præsentibus quam futuris in perpetuum. Quoties illud à nobis petitur quod rationi cognoscitur conuenire, animo nos debet libenti concedere, & petentium desiderijs congruum impartiri suffragium. Proinde dilectæ in Domino filiæ vestris iustis postulationibus assensum præbentes, monasterium S. Trinitatis in quo diuino vacatis seruitio sub apostolicæ sedis protectione suscipimus, & præsentis scripti pagina communimus. Statuentes vt quascumque possessiones, quæcumque bona impræsentiarum iuste & legitime possidetis, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu alijs iustis modis præstante Domino poteritis adipisci, firma vobis in perpetuum & illibata permaneant. Sane agrorum vestrorum decimas quos proprijs exco-

liis sumptibus seu animalium absque contradictione aliqua vobis concedimus possidendas. Nulli ergo omnino hominum fas sit praefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed ea omnia integra conseruentur vestris vsibus perpetuo profutura. Ad indicium autem perceptae huius à Rom. ecclesia libertatis sex nummos .... quot annis Lateranensi palatio persoluetis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam venire temptauerit, secundo tertioue commonita, si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat &c. Datum Antissiodori per manum Alderici S. Rom. ecclesiae Diaconi Cardinalis & Cancellarij 4. Cal. Decemb. Indict. 10. Incar. Dom. an. 1131. pontif. vero Dom. Innocentij papae 2. anno 2.

Singularis & eximia Heloissæ virtus & pietas, Mathildis viduæ Theobaldi Comitis Campani & Blesensis amicitiam ei conciliarunt, quæ in eius gratiam egregium suæ liberalitatis specimen erga dictum cœnobium ædidit, nam quosdam prouentus annuos ei assignauit, & monasterium virgineum Pomerianum in Senonensi diœcesi situm, cuius ipsa Mathildis auctrix erat & parens, dicto Paracletico cœnobio subditum esse voluit, quod manifestius euadet ex litteris quæ tum in eum finem conscriptæ sunt, quarum hoc anno 1609 D. Maria de Rupefulcodia dicti cœnobij Paracletici Abbatissa pientissima &

prudentissima mihi copiam fecit. earum igitur exemplar hoc verborum tenore producam.

EGo Hugo Dei gratia Senonensis archiepiscopus, notum omnibus fieri volo præsentibus & futuris, quod Heloisia Paraclitensis abbatissa interuentu religiosorum virorum concessit Blesensi Comitissæ, laude & voluntate totius capituli sui locum Pomerij ad construendum abbatiam, statutis inter se quibusdam conuentionibus quas diximus annotandas. Statutum itaque fuit & diuisum, quod hæc prima Abbatissa Pomerij quæ nunc est constituta domina Gertrude nobili & honesta fœmina, quæ canonice electa fuit apud Paraclitum de Dominabus eiusdem ecclesiæ, cæteræ quæ post ipsam primum substituentur in eodem loco eligentur secundum aliarum consuetudinem ecclesiarum & assumentur de ipsa ecclesia, si in ea potuerint inueniri, sin autem transibunt ad ecclesiam Paracliti, & de ea sibi assument abbatissam, & ad aliam per electionem non licebit eis pertransire ecclesiam quoniam alium ordinem nisi Paraclitensem non licebit eis obseruare. Abbatissa vero Paracliti semel in anno ibit Pomerium, & sedens in capitulo emendabit si quid fuerit emendandum de ordine, vel de aliqua re ad ordinem pertinente. Pro concessione sui prædicti loci dedit comitissa ecclesiæ Paracliti tres modios frumenti per singulos annos in molendino suo Pruuinj sub Creuecor laude quidem filiorum suorum Comitum Henrici, Theobaldi, & Stephani, promisitque rem iuste garantire & hoc fuit ad voluntatem abbatissæ Paraclitensis & totius capituli sui. Promisit & abbatissa Para-

cliti, promisit & Comitissa, quod nec per D. Papam nec per alium aliquem quod factum fuerat aliquo modo immutaretur, sed & conditiones inter vtramque ecclesiam superius designatæ à neutra parte nulla tenus abolerentur. harum conuentionum mediatorem me posuerunt & Abbatissa & Comitissa, atq; benigna vtriusque partis postulatione in manu accepit rem sicuti fuerat simpliciter ac deuote celebrata, opitulante Domino in finem permanere: Vt autem & modernis & successuræ posteritati firmum & ratum haberetur, authoritate sigilli nostri muniri fecimus sub chirographi diuisione.

EXCERPTA EX M. S.

Codice obituum cœnobij Paracletici.

Epitaphium P. Abailardi.

Petrus in hac petra latitat, quem mundus . . . . .
Clamabat, sed iam sydera sydus habent.
Sol erat hic Gallis, sed eum iam fata tulerunt,
Ergo caret regio Gallica sole suo.
Ille sciens quicquid fuit vlli scibile, vicit
Artifices artes absq; docente docens.
Vndecimæ Maij Petrum rapuere Calendæ,
Priuantes logices atria rege suo.
Est satis in tumulo Petrus hic iacet Abailardus
Huic soli patuit, scibile quidquid erat.

Ego Petrus Cluniacensis qui Petrum Abailardum in monachum Cluniacensem suscepi, & corpus eius furtim delatum, Heloysæ Abbatissæ & monialibus Paracliti

concessi authoritate omnipotentis Dei & omnium Sanctorum absoluo eum pro officio ab omnibus peccatis suis.

Epitaphium Heloisæ.

Hoc tumulo abatissa iacet pruaens Heloysa
Paraclitum statuit, cum paraclito requiescit.
Gaudia Sanctorum sua sunt super alta polorum,
Nos meritis precibusque suis exaltet ab imis.

Ex eodem libro ad. 21. Aprilis.

Anniuersarium M. Petri Abailardi huius loci fundatoris nostraque religionis institutoris. Anno Dom. 1497. *secunda mensis Maij ossa huiusmodi Petri fundatoris, quæ perprius erant reposita in loco huius monasterij dicto le petit monstier, fuerunt delata & reposita in hac ecclesia à parte dextra cancelli, prout constat per instrumentum super hoc confectum, quiquidem fundare cœnobium incœpit an. Dom.* 1130. *approbarique fecit per Eugenium papam huius nominis tertium electum an.* 1145, *quam approbationem in scriptis dicti fundatoris vidimus.*

Ex eod. lib. ad diem 16. Maij.

Mater nostræ religionis Heloisa prima abbatissa documentis & religione clarissima, spem bonam eius nobis vita donante fœliciter migrauit ad Dominum.

An. Dom. 1497. *die* 2. *mensis Maij, ossa huiusmodi Heloisæ quæ perprius erant reposita in quodam loco huius monasterij dicto le petit monstier fuerunt delata & reposita in hac ecclesia à parte sinistra cancelli prout constat per instrumentum super hoc confectum.*

PRAEFECTAE COENObijs quæ ab ipso Paracletico monasterio dependent, ad capitulum generale nunc nono quoque anno in eodem postridie festi Pentechostes celebrari solitũ conuenire debent. Nomina vero cœnobiorum hæc sunt.

Monasterium de Pomerio in diœcesi Senonensi.

Prioratus conuentualis B. Magdalenæ de Triagnello in ipsa diœcesi.

Prioratus conuent. de Léaualle in eadem diœcesi.

Prioratus de Neofortio in Meldensi diœcesi.

Prioratus S. Martini de Beaurain Bellouacens. diœcesis.

DISCVRSVS IN INSTItutionem cœnobij de Bullencuria ord. Cisterciens. Trecens. diœcesis.

COEnobium Bullencurianum in Tricassina diœcesi constitutum & decem ab vrbe leucis dissitum, primitùs occupatum & cultũ est ab Augustinianis regularibus canonicis, postmodum ab Henrico Tricassino antistite D. Bernardo concessum, qui in eo Claræuallensis familiæ cellulanos instituit,

conſentientibus & conſpirantibus dictis canonicis qui regulam Ciſtercienſem libentiſſime ſuſceperunt. Id vero contigit anno 1149 vt indicant numeri Gallico idiomate concinnati, qui in tabella quæ in odeo delubri dicti cœnobij appenſa eſt, ita lectitantur.

L'an mil cent quarante neuf
A Sainct Bernard par bon amour
Le bon Henry de Troyes paſteur
Donna ce lieu de Boulencour.

Verum dictæ donationis indices literæ, datæ ſunt anno 1152. quas ex veterrimo libro præfati cœnobij in Gallicum ſermonem caſcum & pene exoletum traductas, exemplaui ad hunc plane modum, nec enim latinas literas nanciſci copia fuit.

A tres-honore pere en noſtre Seignor Frere Bernard abbé de Clereuaux & à tous cez qui apres lui ſeront eſtabli en ce lieu. Ge Henrris Eueſques de Troyes ſalut à tous iors. Cum nos ſoiens tenu d'auoir cuſanton & painne de panſer & d'aider comment les Abbaies & les Egliſes de noſtre Eueſchie ſe doient tenir en bon eſtat, & encor tous iors croiſtre en meilor por lou loier que nos en attendons de noſtre ſeignor. en noſtre Eueſchie eſtoit vne Egliſe de Chanoines dite Bullencourt ou il auoit Abbé & Chanoines & conuers & femmes liquiel tuit auoient bon propoſement en aucune fois de tenir religion. Mais con boens enſeignemans & bon-

ne doctrine i allat defailent, si que toutes religion i failoit, & toute des-honnestez i croissoient Ge fui mandez des habitatorz dou leu que alasse au leu por elz reconforter, & por elz endoctriner & ramener à bōne voie. Et cum ge fusse approchez & venuz au leu il me prierent tuit li habitant au leu que ge lor Eglise & toutes lor possession octroiasse & els meisse en l'ordre de Citiaux & especiaumēt les baillasse à garder & à cōduire selō les coustumes de l'ordre de Citiaux à voz Dams Abbez & à la maison de Clereuaus, & li Abbé de ce leu la laissa l'abbaye en nostre main & la rendi à leûre de Cleruaux. Et ge regardéz que nostre Syre Diex par vostre grand saintée & par vr̃e religion auoiēt lou monde enlumine & amande, celle Eglise de Boullencourt & toutes ses possessions ge doin à l'ordre de Citiaux & à toi bons Abbes de Clereuaux & à vostre maison por elz gouuerner & conduire, lesquiex possessions de cele Eglise sont tieus. C'est asçauoir li lieus & la terre ou l'abbaie siet, la grange de froide fontaine, perte en Rostiere, perte Huimon, perte soiche, Dompret, Beruile & toutes les appendises & les pertenances de ces granges & toutes les choses que cele Eglise tenoit de par nostre Seignor. Et por que toutes ces choses deuant dites ne soient muées ne empitées ge fis seeller c'este chartre de nostre seel & ce fut faict en l'an de grace 1152. au tens Lois lou ieune Roi de

Françe.

Præfatum cœnobium vberrimis prouentibus & amplissimis facultatibus tum à Comitibus Campanis, tum à Dominis de Ioinuilla, siue vt alij scribunt Iouis villa & de Villa Harduini splendidissime exornatum fuit, vt complures indicant litteræ, quæ etiamnum in dicti monasterij Cartophilacio custodiuntur. In eo vero humati sunt, prædictus Henricus præsul Tricassinus & Mathæus eius successor, quorum monumentis adiacet Martinus, princeps augusti illius domicilij archimandrita. E regione etiam præcipui altaris alia tumba conspicitur, cui hæc verba impressa sunt. *Hic iacet frater Nicolaus de Champigneo humilis abbas Fullencuriæ, & primus mitratus, qui obijt an. Dom. 1504. die. 5. mens. Maij. Abbatizauitque hic an. 36. & 3. mens.* Præterea in eodem cœnobio, corpus B. Ascelinæ virginis pietatis & consanguinitatis propinquitate D. Bernardo coniunctæ, theca lignea inaurata inclusum præcipua reuerentia custoditur: cuius tamen Virginis nulla dies festa ibi colitur, quod nondum solemni ritu eam in Sanctorum numerum Ecclesia ascripserit, quamuis eius vitæ sanctimonia compluribus miraculis illustrata sit & comprobata, vt in compendio quodam narratur quod deductum ferunt ex ampliori vitæ ipsius historia, cuius auctor est Gossuynus dicti cœnobij, vt videtur alumnus, quod tamen mihi non liquido costat,

cum hucusque præsignatam hystoriam nancisci mihi non licuerit, sed duntaxat illam epitomen, quam ego libens typis promulgassem, nisi absurdis & ineptis nugis referta esset, & anilibus fabellis vanisque figmentis scateret, adeout falso ex Gossuyni hystoria decerpta dici videatur. Præfata autem virgo integrum vitæ curriculum in Sanctimonialium monasterio non procul à Bullencuriano cœnobio constituto caste integreque traduxit, obijtque circiter annum salutis humanæ 1195. quodquidem monasterium postea ita deletum & funditus euersum ac dirutum est, vt huius nulla prorsus hodie appareant & supersint vestigia. Si vero mihi à prædicto Gossuyno ędictam fusiorem historiam syncere scriptam reperire contigerit, illam infra attexam.

DE ORIGINE SEV *prima institutione Prioratus Sancti Sepulchri Cluniacensis ordinis Tricassinæ Diœcesis.*

PRioratus S. Sepulchri octauo ab vrbe Tricassina lapide situs est, cuius prima fundamenta iecit D. Aderaldus Tricassinæ quondam ecclesiæ canonicus & archidiaconus, qui animam cœlo dignam exhalauit anno 1004. vt in veteri chronico cœnobij S. Petri viui Senonensis memoratur, cum quo

Vicus vbi prioratus situs est, olim villa de Sãbleriis nũcupabatur, vt vetusta

tabellæ quæ extant testātur, nūc autem ab ipso prioratu, sanctū Sepulchrū denominatur.

facit & Chronicum Roberti monachi Antissiodorensis, quod nuperrime in publicum emissum est. Cum enim ipse Aderaldus siue Adroldus aut Arraldus Hierosolymitanum iter, gloriosi & augusti Christi sepulchri visendi gratia, duce Deo absoluisset, sacram dictam ædem vt peregrinationis suæ monumentum esset, instituit, in quo hodieque sacræ dignissimi omni veneratione eius corporis reliquiæ asseruantur, festusque eius dies in Diœcesi Tricassina 20. Octobris agitur. In his præterea notis quas supra, ad historiam inuentionis corporis S. Mastidiæ illustrandam congessi, exiguum fragmentum historiæ eiusdem D. Aderaldi attexui, quod eā integram reperire mihi concessum non fuerit. Et sane maiore desiderio ea nobis carendum est, quod vero simillimum sit eam multa memoratu digna complecti, illa enim quæ de eius vita in Tricassino breuiario recitantur, imperfectam tantum quamdam epitomen dictæ historię cōtinent. Quæ cum ita se habeant, satis mihi erit nonnullos titulos siue litteraria monumenta ad iura dicti prioratus spectantia in apertum producere, vt ijs vsui esse possint, qui eis opus habuerint. Sic autem se habent.

RESCRIPTVM PHILIPPI Trecensis Episcopi.

NOtum fieri volumus præsentibus & futuris quod ego Philippus Trecensis Episcopus præ-

sentibus atque laudantibus Ecclesia nostra Clericis, dedi Deo & Ecclesia S. Sepulchri & monachis in ea Deo seruientibus ecclesiam S. Ioannis Baptista de S. Sepulchro & ecclesiam de Capella Vallonis omnesque decimas illarum & oblationes festorum principalium, de quibus monachi duas partes accipient & presbyteri tertiam. videlicet presbyter ecclesia S. Ioannis & presbyter de Capella Vallonis. accipiant & monachi duas partes oblationum qua offeruntur in ecclesijs à Natiuitate vsque ad Purificationem S. Maria, & à Purificatione vsque ad finem anni, monachi medietatem habebunt & decimam eiusdem Villa & maiorem in tertio anno, ecclesiam de Villeta & censum atrij, & decimam eiusdem Villa, Confessiones vero qua sine participatione alterius prafati habebunt Sacerdotes, & Trecensi Episcopo reddent omnes synodales consuetudines libere & absque vlla contradictione, monachi S. Sepulchri in prafatis ecclesijs presbyteros eligant, qui à Trecensi Episcopo curas animarum suscipiant, monachis vero de rebus temporalibus ad ipsum monasterium pertinentibus debitam subiectionem exhibeant & eis Sacramentum antequam celebrent faciant. Concedimus etiam prafatis monachis ..... qui ex his ecclesijs vel earum in negligentijs & fracturis exiguntur, saluo iure Episcopi & censum atrij esse liberum, clericos vel laicos vel semetipsos ipsi monachi possunt hospitari. Decernimus vt nullus laicus vel alius terram qua moueat à monachis possit in elemosinam dare, liberam sepulturam concedimus hominibus S. Sepulchri, nisi*

* forsan altaris.

specialiter ipsi sint interdicti per culpam monachorum vel ipsorum si terra in aliquo tẽpore fuerit interdicta, presbyter S. Ioannis Baptistæ nullo tempore horas debet ante monachos pulsare. Tantummodo vnum altare habebit, & nihil penitus in ecclesia sua sine assensu monachorum potest reuocare vel ordinare, monachi ecclesiæ debent beneficium recipere & omnia ornamenta custodire, & presbytero prouidere. Sciendum est quod nullus Capellanus nec clericus nec laicus in oblationibus aliquam habent consuetudinem, quod si vltra tres oblationes presbyteri dederint totidem monachi possunt retinere, testes sunt hi, Renaudus archidiaconus, Petrus archidiaconus, Odo cantor & multi alij, & vt hæc inuiolabiliter permaneant, sigilli nostri & Capituli S. Petri Trecensis impressione confirmauimus. Actum publice anno Incarnationis Domini 1114. regnante Ludouico Françorum Rege, Laudico S. Sepulchri priore.

LITTERÆ COMITIS Henrici super concordia facta inter Priorem & Dominum de Samblerijs.

EGo Henricus Trecensis Comes Palatinus, præsentibus & futuris notum fieri volo, inter ecclesiam S. Sepulchri & Hugonem de Romeliaco, & Elizabeth vxorem eius maximam extitisse discordiam propter multas iniurias, quas eidem ecclesiæ inferebant, maxime tamen propter prauas consuetudines, quas erga ecclesiam reclamabant & monachi

nachi negabant. Ea propter ex præcepto rom. Pontificis, sententia excommunicationis in prædictum Hugonem & Elizabeth vxorem eius & in totam terram eorumdem promulgata est: tandem cum pro sententia Domini papæ imposita, tum pro iustitia mea, Sauerico tunc temporis priore in hunc modum pacis per manum meam deuenerunt. Omnes illas consuetudines quas prædictus Hugo, & Elizabet vxor eius in terra S. Sepulcri & hominibus reclamabant, & monachi negabant, & quæcumque de terris, de pratis, de pascuis, de aquis piscatoriys, aut de hominibus seu reditibus Ecclesiæ occupauerant, præfatæ ecclesiæ in perpetuum libere & quiete possidenda concesserunt. Et si forte hanc pacem quoquomodo violare præsumerent, ex vtraque parte statutum est & concessum, quod prædictam ecclesiam, quæ sub protectione & custodia mea est, super hoc contra omnes manutenebo, & pacem stare faciam & post me hæredes mei & successores hæredum meorum. Quod vt ratum firmumque permaneat consuetudines quas inter se habent litteris commendatas, sigilli impreßione mei confirmari præcepi, quæ tales sunt. Prædictus Hugo & Elizabet vxor eius, successoresque eorum, nullatenus, in tota terra ecclesiæ prædictæ siue in hominibus siue in reditibus, siue in aliis rebus manum apponere habent, aut violentiam aliquam inferre, quandiu per manum prioris & monachorum, iustitiam habere poterunt: quod si præsumpserint, clamor prædictorum monachorum, ad me & hæredes meos perueniet, & quod diffinitum est stabile

faciemus. Sciendum vero est consuetudines & usus tales esse, quod infra loci & grangiæ ambitum siue in molendinis aut vineis, aut hortis nullam iustitiam aut exactionem habere poterunt, nec habere debent, neque in fure, nec in mensura, nec in alio forefacto, in quibus locis si fur deprehensus fuerit, ipse & omnia quæ habebit, tam in vestitu quam in alijs rebus monachorum omnia erunt, qui eum si voluerint condemnabunt aut liberabunt. Si vero alias in terra ecclesiæ Secanæ adiacente aliquis pro furto, siue alio forfacto deprehensus fuerit monachis reddetur, qui omnia quæ habebit sicut de alio fure dictum est habebunt, & quandiu voluerint eum in custodia tenebunt, liberare poterunt aut redimere, & si casu euaserit, nulli respondebunt si vero damnare decreuerint extra ianuam eijcietur, posthac vero prædictus Hugo & Elisabeth & successores eorum de fure iustitiam facere poterunt, sed redimere non poterunt. Si autem inter prædictum Hugonem & Helisabet vxorem eius & successores eorum & monachos aliqua causa agitata fuerit, monachi tantum ad iudicium iudices mittant. Si gagia belli data fuerint vsque ad renouationem monachorum erunt. Post renouationem vero si alter bellatorum iamdicti Hugonis & Helisabet vxoris suæ & successorum suorum homo fuerit, homines sui gagium habebunt, & bellum si inter partes deducetur, pascua & vsuaria vtriusque partis hominibus communia erunt & etiam hominibus de Capella Galonis. mensura vini & annonæ à seruientibus vtro-

rumque iustificabitur, quæ si postea iniusta reperta fuerit, vtrisque satisfactio fiet. Villa etiam quæ dicitur capella Gallonis hominesque ecclesiæ S. Sepulchri in ea demorantes, qui sub protectione & custodia mea sunt, nullo clamore extra villam euocabuntur nisi prioris iußione. Iustitiam vero hominum super terram s. Sepulchri manentium monachi ex integro habebunt. Huius rei testes sunt Odo de pugi, Ansellus de Triannello Haycius de Planceyaco, Manasses de pugi, Vuilelmus Mareschalus, Petrus Bristandus. Actum est hoc anno ab incar. Dom. 1163. Ludouico rege Francorum regnante, Henrico Trecensi Episcopo existente. Datum Trecis per manum Vuilelmi Cancellarij.

PRIVILEGIVM INNOcentij 3. super omnibus possessionibus Prioratus S. Spulchri.

INnocentius Episcopus seruus seruorum Dei Dilectis filijs Guidoni Priori monasterij sancti Sepulchri de Samblerijs eiusque fratribus tam præsẽtibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuũ. Ad hoc vniuersalis ecclesiæ cura à prouisore omnium bonorum Deo commissa est, vt religiosas diligamus personas, & bene placẽtes Deo religiones studeamus modis omnibus propagare. Eapropter dilecti in domino filij, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & S. Sepulchri ecclesiam in qua diuino mancipati estis obsequio ad exemplar fœlicis recordationis Innocentij, Ale-

xandri pred cessorum nostrorum Romanorum pontificum sub B. Petri & nostra protectione suscipimus & præsentis scripti priuilegio communimus statuentes vt quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium impresentiarum iuste & canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu alijs iustis modis Deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant, in quibus hæc proprijs duximus vocabulis exprimenda. Villam S. Sepulchri cum ecclesiis & omnibus decimis & iustitiis cæterisque ad eam pertinentibus, annuales prebendas sicut per literas Trecensis Episcopi & capituli in ecclesia S. Petri Trecensis vobis concessæ sunt, ecclesiam de monte Suzanno, Capellam de gued, Capellam de abbatia, molendinum de gued, & quidquid habetis in territorio eiusdem villæ, tertiam partem oblationum in ecclesia de Bullia o, videlicet in natale Domini, in Pascha, in festiuitate S. Laurentij & decimam in quarto anno. Domum de Bulliaco cum vineis & appenditijs suis, & vineas de lanis, ecclesiam de Viaspero, de S. Victore, de Lonauicina, ecclesiam de Albiiaco & decimam in tertio anno & minutam decimam, ecclesiam montis Ingonis, & terras ad eam pertinentes, & minutam decimam & medietatem maioris & censum atrij & domum hospitalem cum appenditijs. In ecclesia S. Leonis tertiam partem oblationum, in natale in Epiphania, in Purificatione B. Mariæ, in Pascha in Pentecoste, in festiuitate S. Leonis & omnium

Sanctorum, de oblationibus eorum qui peras accipiunt, similiter sepulturas, censum atrij, medietatem maioris & minutæ decimæ, decimam de Redelor, ecclesiam de Belleuilla & eandem villam cum pertinentijs suis, & minutam decimam & decimam totius agriculturæ vestræ, ecclesiam de mergi & decimam minutam eiusdem villæ & maiorem in tertio anno, & quidquid apud eandem villam habetis. Ecclesiam de Troanno cum omnibus decimis, & tertiam partem in molendino de mediauilla & censum & iustitiam eiusdem molendini, & quidquid apud ipsam villam habetis. In ecclesia de humum duas partes oblationum in natale Domini, in Pascha, in festo omnium Sanctorum & minutam decimam, ecclesiam de Villeta & censum atrij cum omnibus decimis, decimam fenicis in grargia de vilperia sex sextaria bladi minutam decimam de vilermis & medietatem maioris, feelerijs quartam partem maioris decimæ & minutæ, Sauerijs quartam partem maioris decimæ & minutæ, & censum atrij, in fontanis quartam partem totius decimæ, Capellam galonis, & iustitiam eiusdem cum omnibus decimis & pertinentijs suis. Trecis aream domus S. Arraldi omnino liberam & omnem hereditatem quam idem Arraldus cum seruis & ancillis cœnobio S. Sepulchri contulit liberam omnibus exclusis heredibus & sine vlla retentione, sicut in instrumento bonæ memoriæ Philippi quondam Trecensis Episcopi legitime continetur. Trecis domum Theobaldi Archidiaconi, & aliam domum quam in foro habetis, decimam reddituum duarum nun-

dinarum, quæ fiunt Trecis in festo S. Ioannis & in festo S. Remigij, redecimam vini clausi Comitis Trecensis & 4. libras denariorum in Trecensi moneta in vno quoque anno, quæ dedit vobis Hugo Trecensis Comes, villam de fontanis & iustitiam eius cum pertinentijs suis, domum Droti cum pertinentijs suis & quidquid habetis apud altum drotum & apud villare. Quidquid habetis apud sossiacum & lintella in terris cultus siue incultis & apud Sezanniam, & decimam uinearum vestrarum de Bulliaco & lanis. Quidquid iuste acquirere poteritis dono vel emptione, de casamento Trecensis Comitis, de cazamento Gaufridi de Bullepot & vxoris suæ Alaidis Saluamentum de fracta rippa & quidquid apud eamdem villam habetis, Saluamentum de Calciniaco, de mergiaco de Chauchiniaco, de fontenis, de S. Sepulchro, vsuaria in omnibus nemoribus Comitis Brenensis ad omnia necessaria, à Bernardo Comite Brenensi vobis concessa, pasturas Guidonis de pedanijs in expensario ad omnia necessaria, & molendina de Espiniaco. Sane noualium vestrorum quæ proprijs manibus aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis vestrorum animalium nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præsumat. Prohibemus itaque vt nullus terras vel possessiones quas à vestro tenet monasterio alijs ecclesijs vel monasterijs in vita seu in morte conferre, vel ab ipso alienare absque licentia vel assensu vestro præsumat. In parrochialibus vero ecclesijs quas tenetis, liceat vobis sacerdotes eligere & Episcopo presentare, quibus si idonei inuenti fuerint episcopus animarum curam com-

mittet, vt de plebis quidem cura Episcopo, vobis autem de temporalibus debeant respondere. Sepulturam quoque ipsius loci liberam decernimus, eorum deuotioni & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salua tamen iustitia illarum ecclesiarum á quibus mortuorum corpora assumuntur. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones aufferre, vel ablatas retinere minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia & integra conseruentur, eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura salua sedis apostolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptauerit, secundo tertioue commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit potestatis honorisq́ sui dignitate careat, reamq́ se diuino iudicio existere perpetrata iniquitate cognoscat, & á sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.
Ioánes tit. S. Stephani in Cælio mõte presbyter card.
Cynthius tit. S. Laurentij in Lucina presbyter card.

Goffredus tit. S. Praxedis presbyter Card.
Sancius tit. SS. Ioannis & Pauli p. Card.
Gregorius tit. S. Vitalis p. Card.
Petrus tit. S. Marcelli p. Card.
Leo tit. S. Crucis p. Card.
Rogerius tit. S. Anastasiæ p. Card.
Petrus S. Pudentianæ tit. pastoris p. Card.
Stephanus S. Chrisogoni p Card.
Petrus Portuensis & S. Reosm. Episcopus.
Ioannes Albanensis Episcopus.
Ioannes Sabinensis Episcopus.
Nicolaus Tusculanus Episcopus.
Guido Prænestinus Episcopus,
Hugo Hostiensis & Vell. Episcopus.
Gregorius S. Georgij ad velum aureum Diac. Card.
Guido S. Nicolai in carcere Tull. Diac. Card.
Glaba S. Mariæ in porticu Diac. Card.
Gregorius S. Theodori Diac. Card.
Ocyus SS. Sergij & Bacchi Diac. Card.
Ioannes SS. Cosmæ & Damiani Diac. Card.

Datum Laterani per manum Ioannis S. Mariæ in Cosmedin Diaconi Card. S. Rom. Ecclesiæ Cancellarij 6. Cal. April. Indict. 9. Incar. Dom. an. 1207. pontificatus vero Domini Innocentij Papæ 3. an. 10.

VITA S. LEONIS Abbatis.

FVit vir beatissimus Leo abbas in in villa cui vocabulum est mentuniaco Trecassinorum oppido editus. Parentibus quidem liberis, sed liberior mẽte venerabilius coalescens ætate. Hic scholis traditus, mira celeritate psalmorum scientiam est adeptus: & in omnibus & per omnia regularibus est dogmatibus eruditus. Igitur beato Romano mentuniaci cœnobij abbate in Episcopum Remensem electo : beatus Leo eius monasterij factus est abbas. Erat enim in castitate & abstinentia purissimus, in ieiunijs & orationibus promptissimus apparebat, tantamque in se habuit charitatem & benignitatem fidei, & puritatem mentis: vt virtutum eius insignia in opere resplẽderent. Nocte igitur quadam dum in baptisterio post munia peracta, iam corpusculum in stratu vilissimo, soporatus quietem caperet: interim venerunt ad eum tres viri splẽdidi claro fulgentes lumine psallentes voce vnanimi dulce carmen. Euigilans autem vir dei, ad pedes eorum prosternitur adorans eos, eorumque vestigia deosculans voce sedula cum tremore & metu obnixius illos alloquitur dicens. Vnde estis? At illi dixerunt. Corrobora vires tuas, noli timere. Dixit autem vnus ex eis. Ego sum Hi-

latius peccator,& isti sunt sanctus Martinus & beatus Anianus. Quapropter fili naues remique subuersione fluctuum periclitantur, quos auxiliante deo liberare venimus. Vnde & cum ad te tertia die reuersi fuerimus, ad spiritalem locum nobiscum eris iturus. Itaque vt certius credas, vir venerabilis Maurelius presbyter ab hac luce præreptus migrauit ad dominum. Igitur secunda die primo diluculo surge, & cum ea laude qua dignus est sepeli eũ in basilica sancti Vrsionis. Tunc ille pergens velociter: quod ei dictum fuerat fideliter adimpleuit, et reuersus est ad monasterium suum. Interea sacerdotes sicut prædixerant venerunt: & dicunt ei. Assumus, vocati ad spiritale conuiuium. Veni nobiscum. Respõdens autem beatus Leo dixit. Rectum iter domini mei pergere poteram: si vobiscum ad eũdem locum me præparassem. Deprecor igitur vt mihi triduo indu ias tribuatis, vt quod pollicitum habeo adipisci merear mortiferum vestimentum. Quod autem petijt obtentum habuit. Mox vero vir egregius ad illustrem fœminam nepotem suum direxit. Iussum tibi (ait) edisseram domina. Iam enim pater noster deserens mundi lumina festinat vt lumen choruscum euocatus percipiat in futurum. Quamobrem obsecro vt (quod deuotio promiserat) vestimentum ei transmittas funerale. At illa respondens. Heu (ait) ô pater mi stulta & mendax apparui. Quoniam illius obitum tardius spera-

bam, ideo quod æuo grauis non erat: non illud paraui. Sed expecta obsecro tres tantum dies & ego præparabo. Illa eum triduo retinuit: & expletum letalem habitum transmisit. At vero beatissimus Leo recepto vestimento migrauit ad dominum.

NOTAE IN HISTORIAM S. LEONIS.

HAnc historiam ex ecclesiæ Trecensis breuiario erui, relicta fusiori alia historia, quam ne publico traderem id me prohibuit, quod multis in locis manca & trunca esset, nec inter se periodi vllo nexu vinctæ cohærerent. Ex illa autem compendiose scripta, liquido constat, S. Romanum cœnobium, in vico cui nomen Mentuniacum duabus ab vrbe Trecensi leucis semoto condidisse, cuius idem princeps cœnobiarcha administrationem sustinuit: quodquidem cœnobium senis abhinc seculis, aut incendio aut hostili irruptione ita funditus euersum & dirutum est, vt nulla prorsus eius supersint vestigia, nec extent indicia extructi ibidem quondam ædificij, præter crucem quę in eodem loco ob rei memoriam erecta manet, vt iam monui in notis quæ ad historiam S. Mastidiæ à me additæ sunt. Ipse vero B. Romanus, post S. Remigij ex hac vita discessum qui an. 545 iuxta Sigebertum accidit, Rhemensis præsul creatus est, cui Leo

in præfati cœnobij moderatione successit, cuius corp⁹ etiamnum in parrochiali seu curiali ecclesia dicti Mentuniaci oppidi, quod nunc eiusdem D. Leonis nomen induit gallico idiomate *S. Lye* nuncupati, reuerentissime custoditur, & consecrata annuæ solemnitati dies in Trecensi diœcesi 23. Maij celebratur. Memorata autem illa historia curta & mutila pariter testatur præfatum S Romanum à rege Clodoueo seniore, confirmationem donationis quorumdam prædiorum impetrasse, quæ Merobaudus patricius eidem cœnobio liberalissime impertiuerat: quinam autem fuerit ille Merobaudus, mihi plane est incompertum.

VITA S. VICTORIS presbyteri.


Laruit splendor Domini super iustos, quorum indesinenter fama rotatur per orbem. Non de illis narratur quibus inflata manet potestas, sed qui subiecti mente, fide deuoti, Christo famulari cernuntur, dum certamen prælij Iob sanctissimus cum antiquo habuisset humani generis inimico, à summo vertice vsq; ad plantas pedum vlcere pessimo & vermium quatiebatur dolore, sed patiẽtiam habens, domini meruit gratiam. Nunquid ignorantia erat apud Dominum, quod iustus esset, ac ideo tentatus est. Nullomodo, sed

vt probatus iustificaretur, & sciret vnusquisque, quia cum Dei adiutorio potest ab homine diabolus superari · quia magna est pugna certaminis, vbi de Christi victoria triumphamus. Fuit igitur quidam Victor, dulci de nomine gaudens, Tricassinæ diœceseos claris natalibus ortus: ante nomen accepit, quam membra susciperet, antequam solueret moras genitrix vtero plena: cum quidam ab spiritu vexaretur immundo, clamabat dicens. Quare nos torques præ initio nascendi sancte Dei Victor? Sed in hac re non testimonium dæmonum quærimus, sed confessionem, vt eum annunciarent de nomine, quod postea rei probauit euêtus. deinde post septem menses, decimo inchoante, mota sunt viscera matris, & pium Victorem progeniem sacram protulit orbi natum. Deniq; post transactum curriculum dierum, baptismi vnda perfũditur & cœlesti purgatur gratia ab originali peccato. Cum in cunabulis positus à parêtibus cerneretur, videntes spiritum sanctum esse in infantulo, stupefacti mirabantur, sed hoc fuit præsagium, quod postea impletur in eo. Crescebat autem puer in corpore dum pueriliter gestabatur in infantia, sed erat mentis senectus in domino. Datus studijs literarum imbuitur, qui ieiunijs & orationibus dedit⁹ suas dapes pauperibus in elemosynam iugiter tribuebat. Mundana linquens studia, diuinis lectionibus vacabat, scripturarum eloquia & dulcedinem Christi

* forsan feruore.

fidei * fauore gentibus predicabat,& cōplectur in illo sermo quem Dauid intonat dicēs: Quam dulcía faucibus meis eloquia tuá domine, super mel & fauum ori meo.Cumque ad legitimam venisset ætatem,clericat⁹ onus regulari norma suscepit, donec diaconatus officium vel presbyterij ordinis gradus ascēderet,Nec multo post tempore in Arciacense territorium derelictis parentibus se transtulit, ibique in villa cui vocabulum est Saturniacus à viris illustribus, & ab omnibus incolis loci illius magno amore pro Christi gratia diligebatur , vbi diebus ac noctibus seclusus in Cellula, indesinenter ieiunijs & orationibus incumbebat, orans pro populi indulgentia & remissione peccatorum.Cum ibidem degeret,vnus ex Francorum regibus cum per opaca ripæ fluminis cum equitibus vel accipitribus per amœnissima loca venādi causa deambularet, audiēs beati viri famam, ad eius tugurium gauisus aduenit: sed beatus vir quem nihil latebat, cellula sua festinus in occursum eius egressus est. Rex ille vt eum vidit,occurrit & osculatus est eum.Tunc venerabilis vir exorsus est dicens. Si celsitudo regni vestri non respuit,cellulam serui vestri dignemini ingredi. Quo ingresso, vni ex pueris ait. Affer mihi vasculū, in quo vinum ferre soles.Cumque attulisset prostrauit se in orationem & ita fudit ad dominum preces. Deus cuius potentia celsior est omnibus, in excelso throno, qui celum suspendisti à ter-

ra, & ceu gemmarũ pulchritudine astrorum exornasti varietate, qui me ex vtero matris meæ in hunc mundum venire iussisti, tuumque sanctum nomen confiteri: benedic vas istud, & reple eum rore celesti, vt sicut manna in deserto patres nostri satiati sunt, ita repleamur tuæ benedictionis dono: faciens signaculum crucis, ilico repletum est vas illud vino iocunditatis, cuius suauitudo dulcior melle, nec potest illius dulcedinem lingua dissoluere, & potantes vniuersa turba satiata est, & omnes tripudiantes iter cœptum peregerunt cum gaudio. Nec illius benignitas ibidem defuit, qui in Chana Galileæ aquas in vinum conuertit, & quod non habuerat per naturam, nec in vite pependerat, nec vitis fructificauerat, per verbum Christi mutatum est in falernum. Miraculum istud non est silendum, sed narrandum, videlicet quadam die operarios in agrum misit, vt triticum seminarent, & vnus fere duorum modiorum capacem foueam faciens in terram suffodit. Ilico autem à dęmonio vexatus, sicut leo rapidus ex vtrisque partibus faucium eructabat incendia. Quem vir Dei à longe videns, vexillum faciens crucis purgauit eum, & triticum quod absconderat, proprijs manibus restituit, Quadam die cum ieiunijs & orationibus inediaque corpus maceratum quieti tribuisset, consurgens per opaca noctis silentia, quodam se in loco ad orationem telluri prostrauit, & cum sursum intenderet,

vidit cœlum apertum,& crucem domini aureo choruſcantem fulgore, & ex vtraq; parte lapidibus pretioſis ornatam, & audiuit vocem ſibi dicentem. hæc quæ cernis, animæ ſunt Sanctorum, qui pro Chriſto domino ſtolas ſuas in ſanguine agni lauerunt. Et terrore concuſſus, ruit in faciem ſuam magnificans dominum qui illi terrena patefecit arcana: ab illo quippe die, in cellula clauſus latebat,& cum nullis vacaret ſecularibus per mundum: multi tamen diuerſis languoribus veniebant ad eum afflicti & ſanabantur. Nec illud miſterium ſilendum putaui, quod ad tanti viri laudis veram virtutem oportet edicere. Cum eſſet vir beatiſſimus perſenilis ætatis, deuitans omnia mundana, caducaque reſpuens quæ mundus habet iocunda erat ei veneranda canities, eratque in charitate perfectus, & inter proceres ſeculi ei fuit cœlitus à diuinitate conceſſum, quod ſpecialius ab omnibus diligebatur. Interea reuerentiſſimus vir habebat filium ſpiritalem, de alto Francorum genere in pago cognominato Cupidiniaci, quem de ſacri fontis vnda ſuſceperat, à quo obnixius deprecatus eſt, vt domum vel familiam ſuam viſitare dignaretur, quia olim eius deſiderabant aduentum. Sed beatus vir non renuit & diem pollicetur & ſicut ſpoponderat adimpleuit. Cumque ad præfatam domum veniſſet, occurrunt vniuerſi cum gaudio, & vt munus cœleſte aut margaritam ſplendidam eum ſuſcipiunt & non

non recipiebat cibum nisi in vesperascente iam die, post refectionẽ quietem sibi paulisper vel suo corpusculo tribuens. Media quadam nocte ex more consurgens, psalmis & hymnis dominũ modulatis vocibus implorabat, vsque illuscescente aurora quæ in dominico die lucescit. Igitur matutinali solemnitate perfecta, dum ad visitandum turba hominum conuenisset, & de religione catholica eos doceret, cum sermo prolongaretur & appropinquasset hora, & ad ecclesiam, vt mos est, ad audienda sacra mysteria properarent, quodam in loco dicitur restitisse, vbi audire meruit cateruas angelorum, & orationem dominicam complectam, vbi dicitur, Sed libera nos à malo. Et stupefactus caput inclinans in terram, simul ambabus manibus pectus suum percutiens ait. Heu me quia cum sim indignus Iesu domine audire merui orationem auribus meis quam tu ipse domine docuisti dicere discipulos tuos inenarrabilibus vocibus angelorum Et hæc dicens ait. Reuertamur domum quia iam diuina munia persoluta sunt in cœlis. Quo audito non estgloria elat⁹ humana, sed dei bonitatem in suo miratus opere, quia dominus diligit colentes se, & non derelinquit omnes qui sperant in eum. Illo vero die vescentes pariter & bibentes manserunt ibi. In postero namque die ad cellulam suam remeauit in gaudio, & omnes incolumes dereliquit. Pauca de pluribus retuli, ne le-

gentibus fastidium generarem. Nam cæcis visum, surdis auditum, mutis linguam, & claudis restituit gressum, vniuerso populo testificante, quarto namque kalendas Martij migrauit ad Dominum, reconditurque in loco amæno, vbi sancta tenentur membra sepulchro, & spiritus astra magno petit triumpho. Accidit tunc illo tempore, vt homo quidam facto peccato furti comprehensus in Arceiacensi castro, in ergastulorum custodia retrusus per diuturnam custodiam detineretur. Qui in visu videre promeruit beatum Victorem, & quasi suo baculo compaginem cathenarum tetigisset quibus vinctus fuerat. At ille expergefactus, sentiens in se virtutem ostensam, quod de manibus vel collo ipsius vincula quibus constrictus fuerat dissoluta fuissent: & tantum in pedibus remansissent, quid ageret vel quid facere deberet anxius venit in sensum eius vt ad basilicam sācti viri peteret auxilium defensionis & forsitan de pedibus eius vincula dissoluerentur. Custos carceris iacebat exanimis, quia sopor domini irruerat super eum. Surgens namque is qui vinctus fuerat, tentabat si posset incedere. Titubabant membra dum gressum porrigeret. Patefacto ostio ergastuli telo arrepto in manibus, primum vix curuus incedens: magis ac magis roborabatur animus ad salutem, vt quem diuina virtus eriperet nullum poterat habere impedimentum. Quamobrem ita cursu celeri per opacæ

noctis silentium, sex milia passuum percurrit, quasi ne vnum quidem stadium ambulasset, & videbatur illi vt quasi angelicæ manus vsus fuisset officio: nam cum intrasset infra atrium, vel valuas ipsius basilicæ contigisset, continuo ferri compago crepuit atque in frusta comminutum est, vt quod in pedibus innexuerat, in manibus confractum populo teste monstraret. Multa quidem signa & prodigia per eundem benignitas saluatoris nostri prodere apud eius dignatur tumulum vsque in presentem diem, Regnante domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

NOTAE IN HISTOR. *S. Victoris.*

VEteres quasdam membranas & monumenta perlegi, quæ D. Victorem Chilperici 9. Galliæ Regis temporibus floruisse asseuerant, quiquidem imperium suum auspicatus est an. 577. iuxta supputationem & calculum I. Tilij in Chron. verum nihil certi super hac re statuere audeo, quod eius historia indiligenter conscripta fuerit, quemadmodum & cæteræ illustris sanctimoniæ virorum historiæ quos Tricassina diœcesis felicissime edidit & educauit. Nec enim mihi scire datum est, quo in loco ipse D. Victor sedem suam defixerit, vbi solitarius sedere, & assiduis meditationibus leua-

re se supra se consueuerat, nec pariter locum vbi corpus eius tumulatum est. Hoc vnum tamen vere dicere possum, eius sanctissimi nominis famam fuisse celeberrimam iam inde à D. Bernardi temporibus, qui diuini officij cantica & hymnos concinnauit, etiamnum hodie in Arremarensi cœnobio 26. Februarij qui dies eiusdem S. Victoris natalis est decantari solitos, in quoquidem cœnobio ipsius corporis reliquię custodiuntur, & debita veneratione coluntur, eoque energumeni dæmoniaci ac lymphati deducuntur, & salutari illius D. Victoris ope & beneficio liberantur & sanitatem assequuntur, vixque dies vlla effluit, qua non huiusmodi quidpiam contingat.

BREVIS ET SVCCINcta expositio institutionis cœnobij Bassifontani ordinis Præmonstratensis in Tricassina diœcesi constituti.

Comtes de Brienne.

ANtiqui comites Brenæ (quod est oppidum septem tantum leucis a Tricassium ciuitate reductum, in quo conspicitur castellum vetustissimum & munitissimum, in æditi collis supercilio exædificatum) posteris omnib⁹ pietatis suę clarissima monumẽta & propensæ suæ voluntatis in Dei honore promouendo, ecclesiasticique ordinis viris fouendis locupletissima testimonia, in plu-

rimorum cœnobiorum institutione reliquerunt: verum peculiari quodam affectu & studio in Præmonstratensis ordinis cœnobitas exarsisse videntur. Cum enim ipsi stricte & accurate, præscriptam sibi à B. Norberto sacri eorum sodalitij parente & authore regulam obseruarent, inde omnibus innotescebat, non frustra eos vestem albam gestare, integritas enim & puritas piorum & religiosorum operum apte conueniebat & consentiebat eorum vestimento, quod album gestare iussi sunt: candor etenim ille synceritatis & innocentiæ symbolum semper extitit. Quibus rebus commoti & excitati præfati Comites, & zelo vere Christiano succensi, ex- actutum monasterium Bassifontanum ad excipiendos dicti ordinis relgiosos extruendum procurauerunt, & amplissimis reditibus locupletarunt. Nec vero ijdem Comites liberalitatis eximiæ fructu, tum monasterium Belliloci quod eiusdem regulæ mandritas paulo ante susceperat, tũ cœnobium Capellanũ (quod B. Mariæ de Capella ad plancas seu asseres vulgus appellat) eodem pęne tempore in Tricassina diœcesi constitutum, carere sustinuerunt. Sunt vero tria hæc cœnobia, exiguo interuallo dissita à dicto Brenensi oppido. Vt autem quæ superius à me relata sunt, certiorem fidem assequantur, more eo quo hactenus vsus sum, exemplaria titulorum, tum dictorum Comitum, tum aliorum quibus priuilegia, iura & immunitates dicto

In ipso cœnobio Bassifontano, præter alias augustissimas reliquias, D. Ioãnis Baptistæ digit⁹ asseruatur quo indice mundi Seruatorẽ prodidit, cũ diceret, Ecce agn⁹ Dei

cœnobio concessæ continentur, in medium producam. En igitur litterarum contextus.

Abbaye de Basse-fontaine.

PRIMARIA CHARTA fundationis monasterij Bassifontani.

CVm multa sint necessaria humanæ fragilitati, maxime necessarium est hominibus, vt quia peccatis deprimuntur, aliquibus beneficijs subleuentur. Notum sit ergo omnibus tam præsentibus quam posteris, quod Vualterus Brenensis Comes, ob remedium animæ suæ & prædecessorum suorum, dono concessit domo & ecclesiæ in honore S. Dei genitricis & virginis Mariæ fundatæ, in loco qui dicitur Bassafontana, decimam redituum suorum de Brena castello, videlicet Ginouatici sui & venditionis fori ac minagij, decimum quoque vas totius annonæ Cellarij sui, excepta auena si ad opus equorum suorum quandoque emerit, vini quoque decimam concessit, excepto quod vt vendat emerit. Concessit etiam dono decimam redituum Pisnei, ac redituum nemoris in denarijs & in annona, excepta illa quæ est sumpta de fore factis, atque decimam pasnagij, necnon etiam suarum culturarum decimam si legaliter .... nec antea alicui sit concessa ab aliquo prædecessorum suorum, sin autem redecimam. Cum his etiam concessit à riuo qui dicitur ponton, vsque ad riuum qui dicitur prosel terram interuiam & ripam albulæ fluuij iacentem liberam & absolutam. De nemore etiam intra supradictos riuulos, a via ante nemus quantum arcus iactare potest infra ipsum nemus tantumque de curcellis intra pontem

Mastilij & Alberti magnolium. In diuisione etiam tentorij nostri inter riuulos commemoratos molendinum prædescriptæ ecclesiæ ad vsus nostros super fluuium albulam construere concessit, suis nullatenus nociuum molendinis, ipsumq; fluuium liberum infra septa atrij. Denique nobis concessit vsuaria in omnibus aquis suis, & in cunctis nemoribus suis, excepto nemore quod dicitur Aioium ad ædificia nostra & pecora nostra degenda, ita videlicet quod ad villas noctu quiescere pergant, nec aliquam domum, aut aliquod edificium in eis nemoribus absq; suo concessu ac licentia eorum pastores faciant. Ad hanc autem doni institutionem confirmandam testes adhibere curamus eorumque nomina subscribendo signamus, Signum Airardi filij sui. S. Andreæ filij sui. S. Mariæ filiæ suæ, &c. Hoc autem definitum & corroboratum notificamus anno ab Incar. Domini 1143. 11. Cal. Feb. luna 23. Ludouico rege Francorum regnante, præsidente quoque venerabili Hatone Trecensis vrbis præsule.

LITTERÆ HATONIS

Trecens. episcopi pro confirmatione institutionis cœnobij Bassifontani.

HAto per Dei patientiam Trecensis Ecclesiæ humilis minister, Anchero venerabili abbati Imifontis eiusque successoribus canonice substituendis imperpetuum. Quoniam peruersorum hominum cupiditas diabolo instigante sæpe adeo inflammatur vt ecclesiarum Dei iura & possessiones qui-

busdam fallatijs vsurpant, minores ecclesias ad primæ sedis episcopos ob tutelam confugere necesse est. Ea propter fili chariβime Anchere cum locus Imifontis diuina propitiante clementia, in abbatiam sublimatus esset, adiuncto tibi Valterio Brenensi Comite paruitatem nostram adijsti suppliciter postulans, vt donationes quas ecclesiæ in prædicto loco sitæ idem princeps contulerat, prout in præsentia nostra ipse recognouit & nobis reddens ecclesiam inuestiuit priuilegij nostri munitione firmaremus. Nos autem iustis petitionibus tuis annuimus. donationes igitur huiusmodi sunt. prędictus Valterus Brenensis Comes ob remedium animæ suæ & predecessorum suorum dono conceβit Deo & Ecclesiæ in honore Sanctæ Dei genitricis & virginis Mariæ fundatæ in prædicto loco Imifontis decimam redditurum suorum de Brena Castello videlicet Ginouatici sui & venditionis fori ac minagij, decimum quoq; vas totius annonæ cellarij sui excepta auena, si ad opus equorum suorum quandoque emerit vini quoq; decimam conceβit excepto quod vt vendat emerit &c. laudauerunt etiam hoc & concesserunt in presentia nostra filij predicti Comitis Valteri, Ærardus & Andreas, & Maria soror eorum. Actum est hoc anno Incarnati verbi 1145 Eugenij papæ anno 1. regnante in Francia Ludouico.

LITTERÆ ERARDI
Comitis Brenenſ. in fauorem cœnobij Baſſifontani expeditæ.

Ego Erardus Brenenſium Comes, preſentibus & futuris notum facio, quod inter me & fratres Baßifontis ſuper vijs & nemoribus terriſque ibi adiacentibus, pari vtriuſque partis aſſenſu omnes in hunc modum controuerſias terminauimus. Quod quicquid ipſi apud Priſceyum tam in terris quam in pratis & cenſibus atque terragijs habebant, mihi & heredibus meis in perpetuo poßidendum conceſſerunt. Grangiam tantum ſuam quæ in villa eſt cum manſo & partem decimationis ipſarum & aliarum pertinẽtium ſibi retinuerunt. A diuiſione itaque terrarum que ab antiqua via Baßifontis in nemus ad iactum vnius arcus pratendi debebat me & ſucceſſores penitus abſoluerunt. Ego vero laude Agnetis vxoris meę & Galterij *filij mei pro ſalute animæ meæ & ſupradictarum poſſeßionum recompenſatione prænominatæ donaui eccleſie vineam meam de Bertremonte, terraſque quas in finibus Baßifontis & Maiſnolij eradicauerunt. Viam quoque ſuperiorem campum & vineas diuidentem. Nemus etiam & quidquid ab eiſdem vineis vſq; ad Petroſellum inter nouam viam & albam fluuium concluditur ad eradicandum & excolendum ſiue ad proprios vſus pro libitu ſuo reſeruandum. Pratum enim calceate de Mainol & partem nemoris quod eidem adiacet ſicut via à ſummitatate prati verſus magnum campum Maiſnol tendit. Enimuero ſuper*

omnia confirmaui & ab hæredibus meis imperpetuum obseruandum promisi quod in nulla nemoris parte extirpare seu eradicare alicui amplius licebit. Nichilominus autem supradicta ecclesia solitum vsuarium suum ibi retinebit. Vt hæc igitur firma & inconcussa permaneant Chirographo tradidimus & vtrorumque sigillis in robur firmissimum confirmauimus, huius rei testes sunt Ioannes frater meus Abbas Belliloci, Stephanus &c. Actum est hoc anno incarnati verbi 1185.

PRIVILEGIVM CONfirmationis Ecclesiæ Baßifontis ab Eugenio Papa 3. omniumque bonorum eidem Ecclesiæ à quibuscunque collatorum & etiam conferendorum.

EVgenius Episcopus seruus seruorum dei dilectis filijs Balduino abbati de Bassofonte eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis imperpetuum. Quoties à nobis illud petitur quod rationi & honestati conuenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desiderijs congruum impartiri suffragium. Eapropter dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & Ecclesiam S. Mariæ de Bassofontein qua diuino mancipati estis obsequio sub B. Petri & nostra protectione suscepimus, & presentis scripti priuilegio communimus. In primis si quidem statuentes, v

ordo canonicus secundum B. Augustini regulam & Præmostratensium fratrum institutionem in vestra ecclesia futuris perpetuo temporibus inuiolabiliter conseruetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona in agris, vineis, pratis, syluis, pascuis terris cultis, vel incultis, decimis, seu alijs eadem ecclesia iuste & canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu alijs iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum videlicet ipsum de Bassofonte, locum de Maisnil cum molendinis, Grangiam de Verpilleria cum omnibus earum appenditiis. Quidquid à Galtero Comite Brenensi vobis datum est, & Episcopi Trecensis sigillo firmatum, decimas Blenicurtis Noueuillæ, Vitriaci, Cepeij, Coueni), & Frœuallis. Octauam partem decimæ de noua & antiqua Brena, cum decimis Calderij, sancti Nauortij atque Prisceij, octauam partem totius terræ & aquæ quæ adiacet terræ Alberti Mannolij. Porro laborum vestrorum quos in noualib⁹ proprijs manibus aut sumptibus colitis siue de nutrimentis vestrorum animalium nullus à vobis decimas exigere presumat. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat præfatam ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones

auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexare molestijs, sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura, salua sedis apostolicæ auctoritate, & Diocesanorum Episcoporum canonica institia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptauerit, secundo tertioue commonita, si non satisfactione congrua emendauerit potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine dei & Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iura seruantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Amen. Amen. Datum apud Claramuallem per manum Guidonis S. Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis & Cancelcellarij, 6. Kal. Maij. Indictione 11. Incar. dom. anno 1148. Pontificatus vero Domini Eugenij Papæ 3. anno 4.

EXEMPLAR LITTERarum primæ institutionis cœnobij Bellileci in diœcesi Tricassina constituti, & ita denominati, quod in amœnissimo & suaui cœli solique temperie iucundissimo fundo sit constructum & placidissimo albulæ confluente interluitur.

PHilippus Dei gratia Trecensium Episcopus, omnibus Catholicis fidelibus salutem & orationem. In nomine S. & indiuiduæ Trinitatis. Notum fieri volumus omnibus catholicæ Ecclesiæ fidelibus tam futuris quam præsentibus, Domnum Osbertum atque Alardum Sacerdotes nostram præsentem adiisse, & tam ex parte sua quam ex parte confratrum suorum à nostra quidem benignitate petisse donari sibi eorumque successoribus (secundum regulam B. Augustini degere volentibus) desertam ecclesiam S. Marci Euangelistæ reædificandam, illius videlicet parrochiæ quæ dicitur Beruilla, olim secus Albam positam, scilicet locum quendam, in quo libere & absolute Deo seruire queant & de labore boum ac fratrum corporaliter sibi subuenientium: quibus & ipsi mutua charitate tam corporalia quam spiritualia communicent, cum nutrituris suis viuere valeant. Hoc etiam postulauerunt, quatinus ipsum mōasterium nostro muniremus defensaculo nostroque tutum redderemus propugnaculo, ab omni humana impugnatione, & ab omni nostrorum successorum

Cœnobium Belli-loci, primit⁹ Augustiniani ordinis erat, sed circiter an. 1140. regulā Præmonstratēsem suscepit

immo omnium hominum exactione. Illa autem quæ postulantur spiritali desiderio semper conuenit impleri omnimodo affectu. Quapropter concedimus eis vt in eadem parrochia vbicunque voluerint prædictam ecclesiam reædificent, ibique atrium restituant, oblationes si aliquæ factæ fuerint habeant. Cætera vero ad antiquam ecclesiam pertinentia (quæ de praua abusione temeritas laicorum vsurpare præsumpsit (si tandem quoquomodo à se remouere voluerit) nulli alteri ecclesiæ donari, sed huic restitui liceat. Placuit etiam nobis quod idem locus specialiter sit in custodia Præsulis Trecensis ecclesiæ vt per futura secula semper sint debitores pro nobis dominum deprecari vt promiserunt Psalmus Exaudiat te dominus. Versus. Saluum fac seruum tuum. Collecta: Deus omnium fidelium pastor & rector. Condescendentes itaque petitioni eorumdem sacerdotum & confratrum suorum, monasterium ipsum quod dicitur sancti Saluatoris sanctique Marci Euangelistæ iam reddimus liberum, iam fecimus securum per has nostræ episcopalis institutionis litteras, vt nullus successorum nostrorum aliqua exactione inquietare præsumat, neque censum neque aliquod seculare munusculum ab eo expetat sed secundum paternam affectionem, & piæ correptionis deuotionem manum propiciationis adhibeat. Si qua etiam donentur in futuro prędictæ ecclesiæ vel per

concessionem principum, vel per oblationem fidelium, canonica auctoritate approbamus. Et ne quis violentiam eidem inferat, vel in his quæ iuste modo possidet, vel postmodum iuste possessura est, pontificali interdictu prohibemus. Si quis autem contra huius institutionis paginam venire tentauerit, & prædictam Ecclesiam aliqua violentia opprimere præsumpserit, gladio perpetui anathematis percutiatur. Et nisi resipuerit in vltimo examine inter maledictos maledictus à sententia iudicis damnetur, qua hædi ab agnis separabuntur, dicente domino, discedite à me maledicti &c. Qui vero custodierit hanc nostram institutionem & seruauerit illesam, omnimoda dei sit benedictione donatus: eo quod noluit ecclesiæ nostræ esse ingratus, à iudice auditurus, intra in gaudium domini tui. Actum Trecis anno ab incarnatione domini 1112. Indictione 4. Anno episcopatus Philippi Trecensis Episcopi 29. Rege Ludouico regnante Hugone Trecensium Comite existente.

LITTERÆ GARNERI Episcopi in fauorem conobii de Belloloco expeditæ.

Abbaye de Beau-lieu.

GArnerius Dei gratia Trecensium Episcopus omnibus ad quos litteræ istæ peruenerint in domino salutem. A presentium memoria, ad notitiam transmutimus futurorum. Quod sicut in

autentico venerabilis patris bonæ memoriæ Philippi predecessoris nostri fideliter & diligenter inspeximus. Idem pater, *intuitu* Dei, *& amore religionis, concessit ecclesiæ* Belliloci, *quæ tempore suo fundata fuit, in honore Dei, & gloriosæ virginis: necnon & B. Marci Euangelistæ patroni eiusdem loci, quod tam ipse Philippus quam omnes successores ipsius prædictum locum suo munirent defensaculo, & ab omni humana impugnatione nec non qualibet exactione tam successorum eius quam omnium aliorum, suo tutum redderent propugnaculo. Concessit etiam isdem pater cum quibusdam aliis quæ suis expressit apicibus: vt fratres ibi Deo militantes, oblationes & alia beneficia quæ eis fient, pacifice possideant & quiete sibi ablata reuocent, bona ipsorum ad nullam aliam ecclesiam reuoluantur. Sed locus ipse specialiter sit in custodia Trecensis* Episcopi. *Proinde pater prædictus locum ipsum ab omni, sicut diximus, pontificum & aliorum exactione protegens. Adiecit etiam vt quæcunque per cõcessionem principum vel oblationem fidelium, vel aliis modis canonicis fratres ipsi fuerint assequuti, eorum pacifica possessione letentur & gaudeant. Omnes etiam qui eandem ecclesiam violenter oppresserint, gladio perpetui anathematis percellantur, & nisi resipuerint in extremo examine in quo Agni diuiduntur ab hædis, per sententiam condemnentur. Nos igitur qui ipsam domum sincere diligimus in cuius subsidium operam adhibuimus diligentem prædicta beneficia ei collata necnon & pænam confirmamus. Actum anno Domini* 1202.

EX HOC

EX HOC TITVLO

perſpicere eſt, qua forma olim cœnobia commendabantur, à qua toto cœlo diſtat quæ hodie vſurpatur.

GArnerus Dei gratia Trecenſis epiſcopus omnibus &c. Nouerit vniuerſitas veſtra, quod ad benignam ſummi pontificis voluntatem & etiam ordinationem venerabilis patris Sefredi S. Rom. eccleſiæ tit. S. Praxedis presbyteri Cardinalis, de aſſenſu Præmonſtratenſis ordinis, dominium eccleſiæ Belliloci, & adminiſtrationem temporalium illius benigne ſuſcepimus, in cuius ſubſidium & liberationem per Dei gratiam in tantum de rebus noſtris effudimus, quod eam à debitis vniuerſis N. N. Iudæis, ſimiliter N. N. & alijs Chriſtianis vel etiam Iudæis, quibus magno debitorum onere tenebatur eccleſia memorata, omnino liberauimus, & quittam penitus reddidimus, & immunem. Et quia ipſi eccleſiæ ſolo Dei amore & ordinis, in noſtrorum remedium peccatorum liberaliter tam in prædictis quam in alijs bona noſtra contulimus, omnia ſibi collata in eleemoſynam erogamus, vt poſt obitum noſtrum nulli ſucceſſorum noſtrorum epiſcoporum, vel etiam quorumlibet aliorum liceat occaſione largitionis noſtræ, adminiſtrationem eiuſdem domus exigere, vel ab ea repetere, quæ pro debitis liberandis nobis placuit elargiri. Ita tamē quod toto tempore vitæ noſtræ de temporalibus ipſius domus ad libitum noſtrum plenariè diſponemus, ſicut in authenticis exinde conſcriptis tam à dicto Cardinali, quam ab Abbate Præmōſtra-

tensi continetur expressum. Actum an. 1202.

Cadauer Gualtheri Ahenienſium Ducis & Brenenſis Comitis, infeſtis Anglorum armis in Pictauienſi prælio an. 1356 cōfoſſi, in odeo eccleſiæ dicti monaſterij humatum eſt, quod vberrimis prouentibus ab eius maioribus iam adauctum erat. Ioanna autem vidua dicti Gualtheri, quæ poſtmodum Ludouico Stampēſi Comiti nūpſit, molendina de Iouanzeyo, prædicto cœnobio aſſignauit & conceſſit, hac lege vt in eodem ſingulis diebus piaculare ſacrū pro anima præfati Gualtheri celebraretur, vt perſpicuum euadit ex litteris in eum finem iuſſu memoratæ Ioannæ ſcriptis die 1. Febr. anno 1364. quarum archetypa R. F. Carolus de Bourdeaux Pariſinus hoc anno qui nunc agitur 1609. dicti cœnobij præfectus, liberali affectu mihi peruidenda obtulit.

DE PRIORATV DE *Machereyo in Tricaſſ. diœceſi conſtituto.*

TAnto pietatis ardore veteris æui proceres in diœceſi Tricaſſina flagrabant, vt ſimul atque religioſorum ordinum noua commilitia fuerunt inſtituta; & à ſummis Pontificibus confirmata comprobataque, nihil antiquius habuerint, quam vt aliquos qui ſe eis mācipaſſent pios viros arceſſerent, eiſque auguſta & ſacra domicilia excitarent, vt in ſocietatem orationum quas diuinæ ma-

iestati, assiduo quodam deuotionis æstu fundebant admitterentur, & prospero rerum suarum successu, quem sibi ex eorum presentia promittebant perfruerentur. Cuius rei non obscurum indicium & argumentum Grandimontani ordinis sodales, qui à quatuor vel quinque iam inde seculis in dictam diœcesim acciti sunt, in qua conuentualem prioratum (Machereyum vocitant) septem leucis à Tricassina ciuitate reductum adepti sunt, cuius primam institutionis originem comperiri mihi copia non fuit, sed cuiusdam duntaxat cellulæ quæ ab eo dependet, & à dicta vrbe duplicis tantum leucæ spatio diuulsa est. Ex eius itaque grammatophilacio quosdam titulos erutos visum huc adscribere, vt integri ad posteros transmittantur. Sic autem se habent.

EGo Theobaldus Campaniæ & Briæ Comes Palatinus notum facio vniuersis præsentes literas inspecturis. Quod cum bonæ memoriæ Henricus auus meus Campaniæ & Briæ Comes Palatinus, pro remedio animæ suæ & antecessorum suorum, in puram & perpetuam elemosynam dedisset Deo & B. Mariæ & bonis hominibus Grandimontensis ordinis in nemore de beruico commorantibus 50 modios vini de prima gutta pede pressa in decima de Boilliaco, & si forte dicti 50 modij vini in dicta decima non possent inueniri, de primo vino clausi comitis eiusdem villæ prædictis bonis hominibus annuatim supperentur tempore vindemiarum indilate: & cētum vlnas burelli idonei ad vestiendum fratres in peda-

gio de Trecis annuatim aßignatas & annis singulis prædictis fratribus in nundinis S. Remigij reddendas, & quinque solidatas panis apud Insulas quas maior de Insulis reddere tenebatur de redditibus eiusdem villæ: & quotiescunque contingeret dictum Comitem apud Insulas vel apud Trecas per vnam noctem morari, totiens prætexati boni homines semper haberent tam à se quam ab hæredibus suis viginti solidos pruuinens. de elemosina sua, & etiam totam aquam quæ vocatur foresta quæ sita est iuxta S. Theobaldum & omne ius eiusdem aquæ, vt facerent in ea & de ea quæque vellent facere, prout in litteris felicis memoriæ Henrici auunculi mei vidi plenius contineri. De quo etiam redditu reddendo & habendo fratres prædicti fuerant in possessione pacifica per aliquantulum temporis prout ex testimonio fide dignorum super hoc iuratorum didici, & postmodum de prædicto redditu à bonæ memoriæ matre mea Blancha Comitissa Trecensi Palatina dum adhuc sub tutela sua propter guerras & alios casus difficiles vt dicitur fuerunt spoliati: ego factus miles & existens mei iuris volens mitius agere cum fratribus antedictis ob remedium animæ meæ necnon pro salute D. matris meæ & antecessorum meorum & in recompensatione dictarum elemosinarum superius ablatarum, dono & concedo 40. libras pruu. annui redditus de redditibus meis apud Trecas post decessum meum à prædictis fratribus percipiendas, terminis inferius annotatis videlicet in nundinis S. Ioannis 20. libras & in subsequentibus nundinis S. Remigij alias 20. li-

bras & ut istud impofterum & imperpetuum robur obtineat firmitatis ego præsentem paginam sigilli mei feci caractere communiri. Actum anno gratiæ 1224. mense Decembri.

DONATIO COMITIS Brenensis.

EGo Erardus de Brena Dominus Rameruti & ego Philippa eius uxor, Henrici claræ memoriæ quondam Comitis Trecensis filia, notum facimus præsentes litteras inspecturis, quod cum Andreas pater mei Erardi, Deo & B. Mariæ de domo grandis montis iuxta insulas & fratribus ibidem Deo seruientibus, tercemum halecia & duo sextaria olei in perpetuum contulisset: ego & uxor mea prædictam eleemosinam laudantes, prædictis fratribus, pro prædicto oleo, & pro prædictis halecijs 25. solid. pruuinens. damus & concedimus bona fide in censiua nostra de Baigneux in festo B. Remigij annuatim percipiendos. Actum anno 1235. mense Feb.

BREVIS EXPOSITIO fundationis Prioratus S. Iuliani de Sezania ord. Cluniatensis Tricass. diœcesis.

NEmo est modo, Gallicæ historiæ cognitione vel leuiter tinctus sit, eamque, (quod aiunt) à limine salutarit, qui nesciat aliquo tempore post interitum Caroli calui

imperatoris, Normannos creberrimis irruptionibus, assiduisque excursionibus ita Galliam infestasse ac diuexasse, vt in ea turbato rerum ordine, omnia pæne confudi & commisceri cœperint, adeout complures nobiles viri, quibus vrbium prouinciarumque administratio tanquam vicarijs demandata erat, absolutum earumdominium sibi vindicarit, cœnobiorum etiam prouentus annuos, decimas, cæteraque bona ecclesiastica quasi suo iure sibi arrogarint, ijsque diutissime potiti fuerint, nimirum vsque ad tempora Roberti regis & Henrici eius filij, quibus Gallicum imperium pacifice moderâtibus, cum ecclesiastica disciplina fere collapsa excitari cœpisset, prædictorum nobilium nonnulli, maiorum suorum impietatem, sacris rebus inique & sacrilege vsurpandis perspectam habentes, non solum quæ iniuste occupauerant vltro restituerunt, sed partem etiam facultatum, quas hæreditario iure propriasque & priuatas tenebant eisdem cœnobijs contulerunt, sibi nec falso persuadentes, se hac ratione pœnas quas ipsi eorumque decessores commeruerant expiaturos. Illa autem clarius forsan innotescent ex titulis quos huc adscribam, institutionem prioratus S. Iuliani apud Sezanienses ordinis Cluniacensis Tricass. diœcesis complectentibus. Verum expedit prius nodum indicare solutu sane difficilem, qui in chronographia cuiusdam tituli Philippi Tricassini Episcopi anni 1081. oc-

currit, quoniam in titulo institutionis Belliloci indice, quem ego supra protuli, dato an. 1112. declarat memoratus præsul id temporis annum 29. sui episcopatus agi, cuius numeri si habeatur ratio, fatendum est eum an. 1083. præsulatum inijsse, quod prænotatum titulum anni 1081. in suspicionem falsitatis adducit: at cum nulla mihi in promptu ratio suppetat, qua tam dissidentes inter se numeros conciliare valeam, abunde mihi fecisse videbor si lectorem monuero ne in errorem impellatur, néue falsi me insimulet quispiam quod inconsulto & perperam titulos inter se pugnantes produxerim; titulorum vero ea est series.

Cum Typographus in huius paginæ editione laboraret, monuit me D. Belliloci abbas archetypū tituli ipsi Philippi, annum 31. non 29. pōtificat⁹ sui continere, vitiosumq́; esse exēplar quod mihi exscribēdū exhibuerat cum archetypus tunc ad manum non esset. Nūc remota oī ambiguitate dicendum est hos titulos optime iter se consentire, & ex

DONATIO ECCLESIÆ S. Iuliani de Sezania congregationi monachorum B. Mariæ de charitate.

IN nomine S. Trinitatis, notum sit omnibus tam futuris quam presentibus, quod nobilis Comes Stephanus Henricus, praeclarissimi Consulis Theobaldi filius, non obliuioni tradens quod scriptum esse audierat, hoc est, date elemosynam & omnia munda sūt vobis, & honora Dominum de tua substantia, & frange esurienti panem tuum. Quodque de ædificatoribus ecclesiarum audire consueuerat, qui donum Dei ædificat regnum Dei sibi præparat. Hæc vt diximus in libro sui cordis sine atramento conscripta sentiens, pro salute animæ suæ, parentumq́; suorum, quandam parrochialem ecclesiam in honore S. Iuliani martyris

eisdem in- inferidum ipsum Phi- lippum epi- scopatum suũ inijsse an. 1081.

constructam in villa quæ dicitur Sezania cum omnibus rebus sanctæ ecclesiæ pertinẽtibus hoc est feodum presbyterorum, oblationes, decimas, sepulturas & ea quæ prædecessores vel successores, pro animabus eorum tam in terris quam in vineis dederãt vel daturi erãt S. Mariæ de Charitate quæ est supra ligerim omnique conuentui ibi regi Christo famulãti dono dare placuit Quo modo vero hæc donatio firmata sit, manifestandum est. Bartholomeus si quidem Domin9 * Brecarũ miles famosißimus qui & ipsam ecclesiam, quamuis iniuste tenebat (nam nemo laicus iuste tenet) cum ex hac vita casu migraret, supradictus Comes Stephanus Henricus ad regendum suscepit honorem quo adusque ipsius Bartholomei filius qui orphanus & paruulus remanserat, ad virilem perueniret ætatem cumque ei reddi paternam hęreditatem placeret exhortatione & obsecratione Comitis & multorum aliorum admonitione & maxime pro eius animæ redemptione & patris sui atque aui cognominis eius, & ipse Bardulphus cognominatur, ipsam ecclesiam atque omnem donationem concesßit & tradidit sicut & Comes Henricus Stephanus fecerat vt supra taxauimus. nam ipse vltroneus in ipsam designatam ecclesiam ad altare accesßit, & donum vt diximus confirmauit, quendam nigrum cultellum monachali vsui aptum super altare posuit. Astante Comitissa vxore Stephani Comitis & militibus ipsius iuuenis fauentibus & laudantibus, videlicet Nacherio, Leonio, Fulcone, Rolando filio Arduini, & Hugone filio Germundi, atque Hugone & fratribus de belloforte vnde etiam testes & confirmatores Guiomundus Stephani Henrici Comitis Dapifer, Ansoldus de

* vernacule Broye.

*Carnoto, Bartholomeus & frater eius Radulphus, de ipsa SeZania, ac Arduinus Seleranius & Guido de Pruuino & Philippus miles. Quapropter monachi ibidem Deo seruientes ipsi Hugoni & omnibus qui cum eo erant societatem dederunt tam in orationibus quam in vigiliis atque eleemosynis, quam societatem post eum ipso die & Comitissæ supradictæ donauerunt. Fuit autem ista donatio facta ab Incarnatione Domini 1081. Sed millesimo octuagesimo quinto firmata Christo regnante in cœlis, Philippo rege Francorum sceptrum tenente, Stephano Henrico supradicto sub Patre suo Theobaldo Consulatū * suum optime regente, & Domino Girardo supradictæ S. Mariæ Charitatis Priore & fundatore loci, Philippo Trecensi Episcopo existente & sancte & strenuissime regente.*

* .I. Comitatum.

ALIVD INSTRVMENTUM supradictæ donationis.

QVoniam de rebus ambiguis sæpe iurgium oriri solet, remota omni dubietate sciat omnes tam præsentes quam subsequentes, quod interueniente charitate, ego Philippus Trecensis Ecclesiæ Episcopus in Capitulo eiusdem Ecclesiæ, præsente ac laudante Clero meo, SeZaniensem ecclesiam à Comite Henrico cognominato Stephano, & Hugone Bardulpho in manu mea redditam & dimissam, ipsius venerabilis Comitis precibus S. Mariæ de Charitate & congregationi ibidem degenti de cætero donaui & imperpetuum possidendam scripto .... & sigillo meo corroboraui. Addidi etiam vt monachis præfata eccle-

siæ residentibus & commorantibus, liceat presbyteros eligere & mihi & successoribus meis præsentare qui ab eis curam animarum suscipiant & feodum presbyterorum & beneficia possidere, ipsi tamen presbyteri habebunt tantum de denarijs ad manum suam oblatis & de confessionibus & de Tricenarijs quartam partem, & baptisterium totum & visitationes infirmorum, & si quis moriens aliquid eis dimiserit vsque ad 12. nummos habebunt. Si autem amplius fuerint, inde quartam partē recipient. Quod si villa crescente & in eadem populo Dei multiplicato, infra terminos Parrochiæ plures oportuerit edificari ecclesias, statuo vt tanquam capellæ baptismali ecclesiæ S. Iuliani subijciantur, & nihilominus ad ius & dominium pertineant monachorum. Huic donationi & confirmationi interfuerunt Gaubertus Archidiaconus, Petrus Archidiaconus, Burcardus Vuido Archidiaconus, Odo Cantor, Hugo Decanus, Humbertus Capellanus, Constantius Thesaurarius, Hugo de Viaspero, hanc cartam scripsit Ioscelinus Archidiaconus & Cancellarius. Actum est hoc anno ab Inc. Dom. 1081. Philippo Rege Françorum sceptrum tenente.

LITTERÆ CONSECRAtionis & dotationis ecclesiæ S. Iuliani de Sezania.

IN *nomine sanctæ &c. Nouerint tam futuri quam presentes, quod ego Philippus Dei gratia Trecorum Episcopus, post mortem Henrici cognomine Stephani Palatini Comitis, cum Clericis meis ad*

dedicationem Ecclesiæ S. Iuliani Sezaniæ quondam vocati fuimus. Cumque dedicaretur ecclesia, post consecrationem altaris, accessit prior Adela Comitissa vxor prædicti Comitis Henrici, & in manu mea donum decimæ Campiguidonis posuit, vt eius nomine dotarem ecclesiam. Præsentibus ergo Clericis nostris atque laudantibus & multis alijs qui conuenerant, donum super altare posuit: & vt in perpetuum eam monachi supradictæ ecclesiæ possideant laudaui & confirmaui. Huius rei qui adfuerunt testes existunt Manasses Meldensis Episcopus D. Odo Prior de Charitate, Petrus Archidiaconus Odo Cantor, Bernardus prior de Gaya VVazo præpositus Raynaldus filius Ebrardi. Actum publice anno 1114. Regnante Ludouico Françorum rege, & sub eo Theobaldo Comite.

DONATIO DECIMArum facta ecclesiæ S. Iuliani.

IN nomine &c. Hatto dei gratia Trecensis ecclesiæ humilis minister &c. Manifestum est & sine vlla contradictione cũctis sapientia & discretione vtentibus intelligibile, quod catholica mater ecclesia sponsi sui precioso sanguine redempta, nulli potestati seculari iure subdita, immo ab omni iugo dominationis laicæ personæ secundũ canonicã institutionẽ est libera. Eapropter quicunque præsũptione laicali decimas vel beneficia ecclesiastica sibi vsurpãt contra fas, cõtra canones, contra dominica præcepta & apostolica instituta agẽtes laqueos peccatorum quibus eorum animæ irretiantur sibi parant. Quod

sapienter animaduertentes Paganus de Aula & Vuazo milites de Sezania, vt à vinculo tanti reatus absoluerentur & tanti veniam delicti apud misericordissimum iudicem mererentur, ante nostram præsentiam venerunt, & quidquid Paganus de Aula in maiori decima de Bucinıaco habuerat, similiter Vuazo quidquid in maiori seu in minori decima de S. Remigio possidebat in manus meas dimiserunt. Et quoniam ecclesia S. Iuliani de Sezania titulo famosę religionis & operibus affluētißimę charitatis suauissimum boni nominis odorem circumquaque diffudit, pietatis studio promoti, monachos ibidem Deo seruientes, de eisdem decimis inuestiuimus, vt eas libere & quiete perpetuo possiderent. Actum anno 1123.

DE INSTITVTIONE
Ecclesiæ collegiatæ S. Vrbani Trecensis.

Affixa est vni ex ipsius ecclesię colūnis tabella quæ astruit illā à Petro de Arceys Tricaßinopræsule inauguratā & cōsecratam

TRicaſſina ciuitas præter multa alia quæ eximium ei decus & ornamentum adferunt, eum etiã honorem adepta est, vt orbi Christiano pontificem dederit, nempe Vrbanum 4. ad summum huius dignitatis solſtitium anno 1261 euectum. Is natalis & altricis terræ non immemor, tẽplum S. Vrbani martyris titulo inſignitũ in ipſo vrbis meditullio & vmbilico paternarumque ædium solo, in quibus verisimile est eum natum & educatum fuiſſe, extruendum exædificandumque curauit: quodquidem multis diuorum reli-

quijs decorauit,ac inprimis cranio S. Danielis Prophetæ,quod argentea theca inclusum, in memorato fano adhuc conspicitur & maximæ venerationi habetur. Prouẽtus annuos sustentandis duodecim canonicis, in eodem templo ab ipso institutis,& qui hodieque in ipso sacris operantes degunt,donauit & assignauit tandemque obijt anno 1264. die 4. Octob. quoquidem die vertente anno solemnis ad animæ illius expiationem celebritas in prædicta ecclesia recolitur. Illam vero eò quò intendebat splendoris, breuissimi pontificatus tempore (quod triennale dũtaxat fuit)deducere non potuit: sed pium eius institutum prosequutus est Cardinalis Ancherus eius nepos, qui suis beneficijs ipsius ecclesiæ reditus multis partibus auxit & cumulauit, & luculentis priuilegijs à summis pontificibus præfati Vrbani successoribus impetratis,eam exornauit. Præterea controuersiam quandam inter ipsum & Campaniæ Comitem de præbendarum præsignatæ ecclesiæ collatione exortam fœlicissime composuit,vt liquet ex transactionis litteris quæ ad hunc plane modum confectæ fuerunt.

fuisse an. 1389.

HEnricus Dei gratia Rex Nauarræ Campaniæ Briæque Comes Palatinus, omnibus hæc visuris salutem in Domino sempiternam. Ad notitiam præsentium & memoriam futurorum. Sciant cuncti quod D. Vrbanus bonæ memoriæ Papa quartus natus de ciuitate Trecensi,in honorem B. Vrbani Martyris in ipsa ciuitate quandam ecclesiam fundauit & ere-

xit, certumque numerum canonicorum pro diuinis officijs ibidem celebrandis statuit ac etiam ordinauit & possessiones seu redditus pro dote ipsius ecclesiæ & pro redditibus assignandis canonicis ecclesiæ prædictæ emit seu emi fecit & mandauit, sed quia quædam de illis redditibus & possessionibus sitæ sunt in feudis retrofeudis seu allodijs nostris censiuis iustitijs ac aliis rebus vndecunque mouentibus nec prædictæ possessiones acquiri ecclesiæ in perpetuum poterant seu ad vsus prædictæ ecclesiæ applicari, nisi super hoc noster interuenisset assensus. Ideo redditus & possessiones prædictas saisiri fecimus, & saisitas detineri, veruntamen licet prædictæ acquisitiones dictarum possessionum & redditu͂um in nostrum præiudicium non modicum verteretur ducti consilio salutari, pro remedio animæ nostræ nostrorumque parentum necnon etiam precibus inclinati sanctissimi patris D. Gregorij summi pontificis ac venerabilis patris Domini Ancheri tituli S. Praxedis sacrosanctæ ecclesiæ Romanæ presbyteri Cardinalis, nati de prædicta ciuitate Trecensi, & nepotis D. prædicti Vrbani, spiritualia etiam temporalibus præponentes, acquisitionib⁹ factis prædictæ ecclesiæ de possessionibus seu redditibus situatis in feudis retrofeudis seu allodiis nostris, censiuis, iustitijs & alijs rebus vndecunque mouentibus consentimus, & ipsas acquisitiones ratas & firmas habemus. Ita tamen quod prædictæ acquisitiones factæ in feudis nostris & rebus alijs, vt prædictum est quantitatem 300. librarum turonen. annuatim in redditibus non excedant Et si ipsæ acquisitiones non sufficiunt vsque ad quantitatem prædictam, volumus & consentimus quod in feudis re-

trofeudis & allodijs nostris & iustitia nomine prædicta ecclesia emi possint possessiones & redditus vsque ad quantitatem prędictam. Ita tamen quod feudum integrum nullatenus acquirant, promittentes per nos successores hæredesque nostros ipsas imperpetuam ratas & firmas habere, necnon etiam in aliquo contrauenire, seu etiam ipsarum quamlibet de cætero uullatenus contraire. Præter hoc autem prædictus Ctrdinalis quantum in se est nobis & successoribus nostris concessit & concedit collationem pro medietate prebendarum & dignitatum prædictæ ecclesiæ, cum eas vacare contigerit vt nos & ipse ipsas vicissim conferamus, ita tamen quod nos primam collationem habeamus, & secundam prædictus Cardinalis excepto Decanatu qui ibidem per electionem ordinatur. Placuit etiam nobis & dicto ipso D. Cardinali & Inter nos expresse actum extitit & etiam concordatum : quod post decessum eiusdem Cardinalis Decanus qui pro tempore fuerit in prefata ecclesia B. Vrbani Trecensis & successores sui, vna nobiscum & successoribus nostris habeant pro medietate collationem prebendarum & dignitatum, & nos successores nostri & ipsi, & successores eorum dictas præbendas & dignitates vicissim conferamus, sicut de nobss nostrisque successoribus & dicto Cardinali superius est expressum, & in testimonium veritatis & rei gestæ, præsentes literas fieri fecimus & sigilli nostri impressione muniri. Datum & actum in ciuitate Trecensi, anno Domini 1 2 7 3. mense Augusti.

Idem Cardinalis ædituum in memorata ecclesia instituit, qui eo tempore quo sacra & diuina officia celebrarentur canonicis ad-

sisteret & administraret eiq; nonnullos fructus annuos assignauit vt perspicue palam est ex ipsius institutionis literis, quas huc adpingere libuit, vt testes sint & indices summæ beneuolentiæ, qua dictus Cardinalis memoratam ecclesiam complexus est. Illarum ergo talis est contextus.

VNiuersis præsentes litteras inspecturis, Ancherius miseratione diuina, tit. S. Praxedis Presbyter Cardinalis salutem in Domino sempiternam. Nos ad ampliationem honoris secularis S. Vrbani Trecensis ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, in solo nostræ paternæ domus per SS. patrem fœlicis recordationis D. Vrbanum Papam 4. quondam auunculum nostrum charissimum fundatæ [illegible] factum in ipsius constitutione quanto citius potuimus fuimus prosecuti, & in posterum iuuante domino perfecturi, quibus deuotione solita attentissime vigilãtes vt numerum canonicorũ 12. in eadem ecclesia, institutum cæterorumq; etiam seruitorũ deceretur officio. statuimus matriculariam vnã in eadem ecclesia, cuius matricularius qui pro tempore fuerit quem laicum futurum statuimus, ad illud officium teneatur quod sibi huic prima vice Decan⁹ & Capitulum præfatæ ecclesiæ duxerint præfigendũ. Statuimus etiam quod dictus matricularius, 10. libras Tur. de Camera nostra recipiat, annuatim donec 10. libras annui redditus ad vsum matriculariæ præfatæ duximus assignandas, seu vt loquimur vulgatius assidendas. Quod si prædictos redditus, diuino munere pululare contingat, augmentum ipsum à præfata matricularia non recedat. Cæterum collationem

matriculariæ

matricularia præfata quam nobis quoad vixerimus retinemus, post obitum nostrum ad solum Decanum præfatæ Ecclesiæ, qui pro tempore fuerit volumus pertinere. Datum & actum in Vrbe veteri. An. Domini 1284. Ind. 12. die 2. mensis Maij, Pontificatus D. Martini Papæ 4. An. 4.

Superioribus annectere placuit, dictum Vrbanum pontif. nonnullas indulgentias concessisse ijs qui facultatum suarum quidpiam impertirent Tricassinæ ecclesiæ, in qua ipse Vrbanus adolescens canonicatum tenuerat, vt testatur hæc clausula ex eius diplomate seu rescripto exscripta, quæ sic habet.

Cum itaque dilecti filij Decanus & capitulum ecclesiæ Trecensis, ecclesiam ipsam, iamdudum ædificare cœperint, opere sumptuoso, & ad id sint eis Christi fidelium subsidia plurimum oportuna. Nos ecclesiam originis nostri matricem, & primæuæ nostræ ætatis ac prouectionis alumpnam syncereis affectibus prosequentes, ac ideo pro subsidio fabricæ ipsius quadam prærogatiua gratiæ exuberare volẽtes, vniuersitatem vestram rogamus & hortamur in Domino, in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatinus de bonis vobis á Deo collatis, pias eleemosinas & grata ipsis ad hoc charitatis subsidia erogetis, vt per subuentionem vestram ecclesia ipsa valeat consummari, & vos per hæc & alia bona quæ Domino inspirante feceritis ad æternæ possitis felicitatis gaudia peruenire. Nos de omnip. Dei misericordia & BB. Petri & Pauli apost. eius auctoritate confisi omnibus veré penitentibus & confessis, qui eis ad hoc manum porrexerint adiutricem vnius

annum & 40. dies de iniuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus: Præsentibus post consummationem operis minime valituris &c. Datum apud Vrbem veterem 3. Non. Iulij Pontif. nostri an 2.

COMPENDIOSA NARratio

institutionis quatuor mandrarum monasticarum cisterciensis instituti, quæ in Tricassina diœcesi collocatæ sunt.

DVorum Cistercianæ regulæ monasteriorum Ripatoriani videlicet & Bullencuriani primam originem detexi & reclusi; sed quatuor alia supersunt: quorum tria religiosis viris, vnum monialibus destinatum est. Primum est cœnobium de Recluso, alterum Sceleriarum, tertium Ramerudense, quartum virginis pratensis, quod haud procul ab vrbe Tricassina situm est, & a Sanctimonialibus inhabitatur. Prænotata autem cœnobia, nempe de Recluso & de Sceleriis iam inde ab ipsis D. Bernardi temporibus excitata & fundata sunt, sed paulo post cum ita diminuti essent eorum fructus annui, vt religiosorum alimentis aliisq; necessariis ministrandis nequaquam sufficerent, Henricus, nomine prim⁹ Campaniæ Comes illustrissimus, paternæ pietatis æmulator, itemque Henricus secundus eius filius, illa amplissimis muneribus auxerunt & iocupletarunt vt ex eorũ diplomatibus perspicuum

euadit, quorum primum mihi vltro obtulit R. abbas monasterii de Charmeva, minus idoneo vocabulo à me superius vernacule *la Charmoise* nuncupati: dicendum enim erat idque gallico idiomate *la Charmoye* quod cœnobium, etiam olim *Donum Comitis* appellitabatur, cuius nominis index est memoratus titulus. Alterum quod ad Sceleriarum cœnobium spectat ex vetusto codice chirographo, exemplaria multorum titulorum quorumdam Campaniæ Comitum complectente excripsi, & ad verbum expressi. Prædicti autem Ramerudensis cœnobii B. Mariæ de pietate primariam institutionem deprehendere non potui; constans tamen fama est, Brenenses Comites illud primum instituisse & dotasse, in eoque sacratas virgines primitus collocasse, quæ illic permanserunt vsque ad annum 1490 vel circiter, quoquidem tempore ipsis monialibus aliò migrare iussis, virili monachorum societati illud cœnobium assignatum & ascriptum est. Præsignatum vero Pratense virgineum seu puellare monasterium, Roberti Tricassini præsulis ætate extructum fuisse constat, anno millesimo ducentesimo tricesimo primo. En igitur, lector, sub oculos tibi subiicio supradicta præfatorum Comitum diplomata, literasque fundationis ipsius Pratensis cœnobii testes & declaratrices.

Hic liber vernacule vocatur Le Cartulaire des Comtes de Champagne.

LITTERÆ HENRICI Campaniæ Comitis pro ecclesia de Recluso.

Abbaye du Recluz.

Omnicreator & omnisciens Dominus, cæcitatis nostræ ignorantiam doctrinæ suæ radijs diligenter dignatus est instruere. Agnosce, inquit, ô Christiane, dignitatem tuam, & diuinæ consors factus naturæ, cuius capitis & cuius corporis sis membrum reminiscere, vt imitator diuinæ dilectionis quæ in opere consistit, erepius de potestate tenebrarum, translatus sis in Dei lumen & regnum. Spe promissionis huius prætonis allectus, Ego Henricus Trecensium Comes palatinus, Notum volo fieri præsentibus & futuris: quòd compassus nimiæ paupertati ecclesiæ de Recluso, vt ab arido loco & parum fertili quo insidebat abbatia, ad vberiorem locum & magis commodum transferretur iam nominata ecclesia, pro timore & amore eius summi patris familias qui dat salutem regibus ad salutem animæ meæ & parentum meorum dedi in eleemosynam omne fagetum meum, dedi etiam & quitum clamare feci quidquid Engelmerus de Sanceyo & sui participes ibidem tenuerant. Præterea concessi duos forestarios Robertum scilicet & Vlricum de Solerijs ad custodiendum nemus. Hæc omnia ad honorem & pacem Cisterciensis ordinis, ita libere & quiete dedi & concessi Abbatiæ quæ dicitur Donum Comitis *quod nemo infra prædictum fagetum vllam penitus consuetudinem habeat. Illud etiam addidi & perpetuo possidendum concessi quod fratres iam di-*

ctæ Abbatiæ omnimodum vsuarium suum exaruatione excepta in nemoribus meis de Vuessēic & pascua habeant, præterea eisdem fratribus concessi quod ipsi eant & redeant per totam terram meam ab omni iustitia & consuetudine liberi. Et quicunque homines mei se sc vel ua præfatæ Abbatiæ reddere voluerint, ipsos sua libere & quiete concessi, in statutis tamen Cisterciensis ordinis interminate obseruatis, & vt hæc omnia inconcussa & inuiolata in eternum permaneant, Hæc ita fore sigilli mei testimonio, confirmaui, testibus Radulpho Abbate Vallis Claræ, Arnulpho abbate de Recluso, Tecelino abbate de Sancto Portu, Ioanne abbate de Virtuto, &c. Actum est hoc anno Incarnati Verbi 1164. Ludouico Rege Francorum regnante, Guidone Catalaunensi episcopo existente, traditum apud Trecas per manum Vuillelmi Cancellarij.

LITTERÆ COMITIS Henrici secundi, pro ecclesia de Scelerijs seu Sigillerijs.

EGo Henricus Trecensis Comes palatinus considerans & attendens quod ecclesia B. Mariæ Sceleriarum, tum ex defectu temporalium, tum ex immoderato debitorum suorum grauamine, ad filiorum suorum dispersionem cogeretur, intuitu pietatis & misericordiæ ductus, de reuocanda fratrum dispersione & de loci restitutione diligenter apud me tractaui, & eam in manu mea cepi, & de paruitatis meæ beneficio ad sustentationem fratrum pro salute animæ meæ, & pro remedio bonæ memoriæ Abbaye de Scelieres.

patrui mei Comitis Henrici & Mariæ matris meæ illustris Comitissæ, memoratæ ecclesiæ dedi decem modios frumenti assignatos apud Nogentum super Secanam & apud Fontemmacon reddendos annuatim ad festum S. Remigij. Addidi etiam & contuli eidem ecclesiæ pro vestimentis fratrum, decem libras annui redditus in intragio vinorum apud Pruuinum reddendas fratribus annuatim in nundinis S. Aygulphi de primis nummis qui inde prouenient. Dedi etiam memoratæ ecclesiæ sexdecim sextarios vini apud Barbonam in vinagio assignatos ad opus sacramenti missarum. Quod vt notum permaneat & ratum teneatur, literis annotatum, sigillo meo confirmaui. Actum Trecis anno verbi Incarnati 1190.

LITTERÆ INSTITVtionis cœnobii monialium B. Mariæ Pratensis.

Abbaye de nostre Dame des prez.

R. *diuina permissione Trecensis episcopus, ad quos præsens scriptum peruenerit salutem in Domino. Gratias agimus saluatori, quod nostris temporibus per suos fideles, domos religiosas nouasque religionis plantulas instituere nō desistit in augmentum fidei christianæ, & testimonium veritatis, quibus cum de genere sint bonorum tanto tenemur fauorius consentire, quanto credimus certius ea ad honorem Saluatoris esse facta. Vnde cum de nouo in iustitia capituli Trecensis & censiua, in quadam grangia Stephani de Campo Guidonis, quæ vocatur Chrcberiacum iuxta Trecas, quædam moniales ha-*

bitumq; album gerentes esse cœperint, ad seruiendum ibidem creatori, & dictum capitulum aliquando contradixerit, quia id in iustitia ipsius capituli & censiua factum fuit sine eis, & pro his ut dicebant possent ibidem iura eorum & ecclesiæ Trecensis deperire, ad quæ seruanda specialiter sunt astricti. Tamen bonum iam inceptum nolens capitulum impedire, assensum suum ut dictæ moniales ibi remaneãt præbuit, in hunc modum. Dictæ moniales omnino suberunt nobis & successoribus nostris, nec poterunt in censiua, iustitia, decimatione, vel dominio ecclesiæ Trecensis aliquo genere adquisitionis aliquid acquirere, sine speciali licentia & assensu capituli. Nec impetrabunt aliquid aut impetrari facient per se vel aliquam interpositam personam, a D. Papa vel aliquo Legato sedis Apostolicæ, per quod ius, vel honor, aut utilitas ecclesiæ Trecensis vel capituli in spiritualibus vel temporalibus minuatur, & si impetrauerint vel fecerint impetrari, non valebit ipso iure. Nec sine licentia capituli vel assensu poterunt se extendere ad faciendas officinas, vel ædificia ultra fossata quæ nunc temporis sunt ibidem. Nec permutare poterunt vel excambire locum illum sine speciali licentia capituli sæpedicti, quod si fecerint, locus ille ad dictum capitulum cum omni iure libere & pacifice reuertetur, sicut antea erat, antequam dictæ moniales ibi essent. Præterea dictum capitulum quitauit eisdem monialibus tantũmodo iustitiam & censum sex denariorum, quos idem capitulum habuit infra fossata grangiæ memoratæ, conuentionibus tamen præmissis plenius obseruatis, retentisque nihilominus penes dictum capitulum, iustitia, censiua & iure

omni quod habet extra fossata dicti loci. In quorum omnium testimonium, nos ad petitionem dicti capituli necnon & dictarum monialium, sigillum nostrum apponi fecimus huic scripto. Actum anno 1231. mense Augusto.

LITTERÆ ABBATIS Cisterciensis super fundatione domus Pratensis.

Dilectis in Christo, de Ripatorio, de Bullencuria & de Moris coabbatibus suis frater G. dictus abbas Cisterciensis salutem & sinceram in Domino charitatem. Cum venerabilis pater N. Dei gratia episcopus & capitulum Trecense contradicant ne moniales de Prato iuxta Trecas incorporentur ordini nostro, occasione cuiusdam compositionis inita inter ipsos, & dictas moniales, scilicet quod omnino essent subiectæ Episcopo Trecensi & successoribus eius: tandem bonis viris mediantibus, dictam compositionem temperare intendunt in hunc modum, quod obedientiam dicto episcopo & ecclesiæ Trecensi exhibebunt, & iustis sententijs, monitionibus & mandatis ipsius episcopi parebunt in omnibus, quæ non sunt contra libertates ordinis, nec excommunicatos aut interdictos ad aliqua sacramenta, vel diuina officia recipient, nec tradent ecclesiasticæ sepulturæ, sed tempore interdicti Ianuis clausis celebrabunt. Quod si in hijs deliquerint, & contrauenire præsumpserint, episcopus Trecensis compellere poterit ipsas ad satisfactionem saisiendo de bonis ipsarum vsque ad valorem vnius modij frumenti. Et si dictæ

moniales in sua contumacia perdurauerint, abbas Clareuallis excommunicabit eas cum à dicto Episcopo super hacre fuerit requisitus, si de suis excessibus contumaciter satisfacere recusauerint, & nihilominus dictus Episcopus in familias earundem excommunicationis sententiam poterit promulgare, si dictæ moniales vt dictum est in supradictis casibus satisfacere recusarent. Cætera vero contenta in dicta compositione dummodo non sint contra libertates ordinis fideliter obseruabunt, & Abbatissa dicti loci quando contigerit ipsam benedici, sub religione iam suscepta, promittet quod omnia supradicta obseruabit, & pro posse suo faciet obseruari. Hinc est quod mandamus quatinus ad dictam domum pariter accedentes, eam auctoritate generalis Capituli ordini nostro incorporetis, & ibidem abbatissam instituatis, non obstantibus conditionibus prætaxatis. Datum anno gratiæ 1235. mense Ianuario.

ACTA MARTYRII S.
Iuliæ, & sociorum eius.

TEmpore illo Iulia sãctimonialis Christi, ciuis vrbis Tricassinæ, capta est à quodã Claudio Imperatore barbarorũ: cumq; eam cœpisset, duxit illam in patriã suam. videns vero vultũ eius pulcherrimum, statim voluit eam sibi coniugio sociare. Tũc ancilla Christi dixit ad eum, ego sponsum habeo Dominum meum, cui me voui, & animam meam commendaui, & angelus eius

mecum semper habitat: hic si vel leuiter senserit, quod tu me amore polluto contingas, mox contra te furorem suum exagitabit, & iniurias meas in te vindicabit. Cumque hæc audisset Claudius imperator, iracundia plenus, ait ad eam. Et quis est sponsus tuus, vel quis est cui potestas est ab eo data, vt vindicet iniurias tuas de manibus meis. At illa vt ancilla Christi fiduaciliter nihil metuens, respondit dicens. Dominum meum habeo Iesum Christum qui est in cœlis, cui me deuoui virginem, qui habet potestatem vniuersæ carnis humanæ: cui seruio immaculata, qui potens est præstare omnia se ex fide petentibus. At ille audiens hæc, dixit ad eam. Tu vero vt audio Christiana es, at illa respōdens, dixit, vere Christiana sum. Audiens hæc imperator magis timuit, & exinde satis cœpit eam honorare: Statimque iussit condignum parari cubiculum, vbi nullus virorum haberet ingressum: & præcepit puellis vt ei obsequium sine intermissione prestarent. Cumq; ibidem degeret: obsequium sibi vnaquæque ad inuicem prestabat. Tunc ancilla Christi ingressa in cubiculum, orationi & ieiunijs vacare cœpit maximasque gratias agere Deo die noctuque qui eam dignam habuit respicere positam in captiuitate, vt tantam gratiam inueniret in cōspectu Domini Claudij imperatoris, pro quo tam deuote dominum supplicabat, vt nihil mali euenisset in plebe, neque in domum ipsius regis. Cumque hoc

ageretur: contigit post paucum tempus, vt ad bellum iret Imperator Claudius contra suos aduersarios. Et antequam proficisceretur, vocauit Iuliam ancillam Dei, & dixit ad eam. Roga pro me Dominum tuum vt sanus reuertar de inimicis meis triumphãs. Et ego te amplis honoribus ditabo. Castissima Dei Iulia, dixit ad eam. Perge securus Domine meus, ego enim orabo Dominum meum & sanus reuertéris. At ille audito sermone ancillæ Dei, peruenit ad aduersarios suos nocte, & percussit eos vsque ad internecionem. Sed cum triumphasset de iis, reuersus in domum suam cũ magna gloria: magnosque ei apponẽs honores: vt dominam illam adorauit, non vt ancillam. Intellexit enim quod per eius orationes, Dominus saluare illum dignatus est. Quoniam longum est omnia enarrare per ordinem rerum gestarũ ego si possum pauca de pluribus dicere curabo. Quotiescunque Claudius Imperator ad bellum pergeret, omnibus inimicis suis prostratis in Dei nomine victor reuertebatur: quia Dominus noster Iesus Christus per orationem B. Iuliæ ancillæ suæ hoc illi præstabat. Cum vero complesset ibi S. Iulia annos viginti & octo: in visu apparuit ei Dominus dicens. Exurge inquit Iulia, quia amplius non oportet te hic manere, sed reuertere ad vrbem quæ vocatur Trecassis, vnde capta es, quoniam oportet te ibidem coronam martyrii accipere. Sancta vero Iulia ex-

urgens prima luce, exultans & laudans & adorans Dominum lætabatur quod vidiſſet viſionem hoc iubẽtem, vt ad ciuitatem ſuam remearet: magis autem confortabatur, quoniam ad gloriam & laudem Chriſti martyrium ſuſcipere promeruiſſet, dicẽs quia ſi ibidem curſum meum habeo complere, ad coronam martyrii vocor. Acceſſit ergo S. Iulia ad Claudium Imperatorem: dixitq; ad eum. Sic enim dignatus eſt reuelare mihi Dominus meus Ieſus Chriſtus, cui ſeruio in corpore, & in ſpiritu meo immaculato, vt reuertar Trecaſſim quia ibidem me oportet coronam martyrii accipere Vide ergo Imperator, ne velis me hic retinere, & graueris. Claudius Imperator dixit ad S. Iuliam. Tu hinc vadis, me cui relinquis? Non expedit mihi, vt vadas, nam venient aduerſarii mei à quib⁹ per orationem tuam liberare me ſolebas, & occidẽt me. Ideo quæ mea ſunt derelinquens, vadam tecum. Sancta vero Iulia dixit ei. Relinque omnia bona tua & veni mecum, credo quippe in Dominum meum, quod ſibi acceptabilem te facies, gregique tuo ſancto. At ille cum audiſſet hæc, derelinquens domum ſuam, cum vxore & filiis, aurum, argentum, poſſeſſiones multas & infinitas, profectus eſt cum ancilla Dei, non vt alienigena, ſed vt domeſticus ſanctorum. non vt barbarus, ſed vt fidelis Chriſtianus. Non vt lupus, ſed vt ouis Chriſti iter cum ancilla Dei carpit, & vtrique properant in

fines Trecassis. Ingressi sunt vero ciuitatem persequutionis tempore. Sancta vero Iulia hoc agebat vt religiosis qui retrusi erant in carcerem pro nomine Domini Iesu Christi palam se ostenderet, vt à militibus percuteretur. Post non multum vero temporis comprehẽsa est S. Iulia, & ducta est ad Cæsarem. Cumque oblata esset Elidio præfecto: dixit ad eam. Tu Christum adoras quem dicis tẽ habere sponsum. Sancta vero Iulia respõdit. Ego Christum Dominum meum confiteor, nam dæmones immundos non adoro. Tunc præfectus dixit militibus. Ite & extendite eam ad trocleas, & carbones ignitos supra dorsum eius ponite. Cumque extensa fuisset B. Iulia excæcati sunt oculi ministrorum carnificum, & clamantes dicebant. Adiuua nos Iulia, & cum obcæcati fuissent qui eam cædebant, alii ministri venerunt, vt neruis crudis eam atttraherent, & non potuerũt. Quod cum vidisset impiissimus Aurelianus, Sãctissimam virginem in sua constantia permanere: dixit ad eam. Sacrifica diis, aut certe si nõ sacrificaueris, hodie gladio morieris. Beata Iulia respondit, ego parata sum pro nomine Domini mei Iesu Christi mori, qui me vocare dignatus est: vt completo certamine accipiam coronam vitæ meæ. Tunc Imperator data sententia, iussit eam decollari, cumque hæc audisset Claudius in ancillam Dei gesta fuisse, offerẽs se Imperatori dixit, & me cum ea iube interfici, quia domina mea est: Im-

perator autem interrogauit quis esset? At ille respondens, dixit, Ego sum Claudius Imperator; qui in captiuitate eam duxi: quando contra Romanos pugnaui. Nam multa mihi Deus ipsius per eam prestitit bona: quam ego per annos viginti & octo venerãdo seruaui, Sed cum Deus ipsius apparuisset ei nocte per somnium., vt acciperet coronam martyrii, dixit mihi, Noli me retinere. domine mi, sed fac dimitti me vt eam ad vrbem Tricassinam, vbi Deus meus dignabitur dare mihi coronam. Ego vero dixi ei. Non vades nisi eam tecum, & ipsa Sancta dixit mihi, relinque possessionem tuam & da pauperibus, & veni mecum, vt accipias coronam vitæ ęternæ. Ego vero relictis omnibus, pro nomine Domini mei Iesu Christi, profect⁹, sum cum ea vsque huc. Imperator autem Aurelianus hæc audiens, dixit ei, Christianus non es, quomodo potes in nomine ipsius mori. Respondens autem Claudius Imperator dixit credo, si pro nomine Dei mei Iesu Christi sanguinem meum fudero, vere Christianus ero. Nec ante conspectum magnæ diuinitatis suæ, beatæ Iuliæ martyris suæ meritis, me faciet alienum. Imperator autem Aurelianus audiens hæc, data sententia iussit eum gladio percuti extra muros vrbis Trecassinæ, vbi gloriosa virgo Iulia à Domino meruit accipere palmam. 12. Kalendas Augusti. Quod cum regressus fuisset Imperator in pretorium suum, oblati sunt ei alii viginti

& hæc nomina eorum, Iusta, Iocunda, Ternus, Antonius, Herenus, Theodorus, Dionisius, Appolonius, Appamia, Pionic⁹, Custion, Papyras, Saturius, & socii eorum quorum nomina scripta sunt in libro Christi & agni. Sed similiter ipsi consummauerunt martyrium suum in pace, sepultique sunt in supradicto loco, in quo Iulia virgo passa est & sepulta. Acceperunt igitur coronam vitæ apud Dominum nostrum Iesum Christum in confessione nominis sui: quia ipse dare dignatus est vitam eternam, cui est honor & gloria, virtus & imperium sempiternum, laus & potestas cum Deo patre, almoque & viuifico spiritu, in secula seculorum. Amen. *alibi Iustus Iocundus.*

NOTÆ IN HISTOriam S. Iuliæ.

HAnc historiam quamuis inconcinne conscriptam, prætermittere nec debui nec potui, cum S. Iuliæ martyrium Romanæ ecclesiæ fastis seu martyrologio ad diem 21. Iulii intextum sit. Baronius vero, cui tantum catholicæ ecclesiæ memoriæ debent debebuntque, quantum exprimere difficillimū est, in annalibus suis memorati martyrii tempus anno 275 adscribit, quo tempore Aurelianus Imperator Tricassib⁹ agebat. Communis autem huius regionis hominum animos peruasit opinio, ipsam virginem vna cum Claudio & eius sociis prope vrbem Tri-

cassinam securi percussam & capite plexam fuisse, non procul ab eo loco vbi hodie visitur puteus, camerata testudine, in sacelli speciem conformata coopertus, in cuius fronte, præsignatæ virginis lapidea extat effigies. Febre etiam laborantibus id vsitatum, vt aliquo motu deuotionis, manantem ex præfato puteo aquam, fusis dictæ virgini precibus, eiusque præsidio implorato ebibant, futurũ confidentes, vt pristinam valetudinem recuperent. Huius S. virginis corpus in Sãctimonialium Iotrensi cœnobio in Meldensi diœcesi constituto asseruatur, vt testatur Molanus in notationibus quæ ad Vsuardi martyrologium adtexuit.

PASSIO S. SAVINIANI martyris.

BEatus Sauinianus Christi martyr venerandus, in Samo ciuitate Græciæ, ex gentili patre Sauino nomine ortus fuit: qui eum studijs liberalium artium instrui fecit. Et B. Sauinianus iam philosophus, cum cognouisset deos patris sui nihil esse, Deumque vnum conditorem omnium recte sentiret, totis viribus hunc desiderabat ac inquirebat. Vnde factum est vt psalterium legendo, hunc versum. Asperges me Domine ysopo & cætera legeret, sæpe sæpiusque retractans, vt piscis hamo,

hamo, sic beatus puer per spiritum sanctum retinetur. Dominus autem videns lachrymas desideriumque & preces sui futuri famuli, misit ei angelũ suum, qui ipsum versiculum exposuit; dicens. Tu mundaberis sicut optas; & niue candidior efficieris, dum sacro fonte baptismatis lotus fueris: quibus dictis Angelus euanuit. Sauinianus vero extunc; assumpto vigore fidei nondum baptizatus, prædicabat populo euangelicam doctrinam. Quo audito pater eius ira succenditur, ac dissimulata ira, illum aduocans, quærit causam & inuenit veritatem. Inuenit enim filium suum Christum confitentem, vnde mente consternitur, infert minas, minatur supplicia. Denique blanditur verbis, attrahit promissis, accumulat opes, multiplicat honores. Sed beatus ille iuuenis, nec minis concutitur, nec promissis seducitur, tamen formidat, ne victus legibus naturæ succumbat. Consulit Christum per suum euangelium, dimittit patrem ac patriam & nud⁹ christum sequitur, Vadit itaque peregrinus, non tamen solus, quia semper cum eo erat Deus. Lustratis autem locis pluribus, diuino nutu vsque Trecas dirigitur, vbi messis plurima, sed rar⁹ agricola, vbi ager fertilis, sed pauca semina verbi: ibiq; per reuelationem Spiritussancti mansionem suam elegit, & habitaculum supra amnem Sequanæ construxit, non multum ab vrbe remotum, nec etiam vrbi multum contiguum, & licet vt credimus iam à

Spiritu sancto fuisset baptizatus, cupiens e aqua & Spiritu sancto regenerari, genu flexo orauit vt gratiam baptismatis à domino consequi mereretur: quo facto mox nubes super eum descẽdit, & de nube vox ad eum: Quod postulas Sauiniane, hoc consequeris. Et mox qui de nube loquebatur, baptizauit eum. Regeneratus autem, ieiuniis, vigilijs & orationibus vacabat, tunc eius mirabilis sanctitas vndiq, cœpit coruscare, quia non potest ciuitas abscondi super montem posita. Sed quoniam citius ad fidem populus conuertitur, si miraculum prædicationem consequitur, sanctus virgam quam manu gestabat humo fixit, & facta oratione frondes & folia coegit producere. Illi vero qui aderant videntes miraculum, conuersi sunt ad dñm numero mille nonaginta virorum. At vero seminator omnium malorum, videns exercitum suorum nimis decrescere, circuit officinas sæuientium, atq; conflans iras, acuit odia in sanctum virum: Aurelianum etenim Imperatorem incessanter solicitat, & ad necem sancti viri grauiter instimulat. Agitur itaque in palatio tumultus magnus de Sauiniano, quoniam blasphemat culturam Deorum: dicẽs Deos non esse sed opera manuum. His igitur & alijs talibus Cæsar iratus, antiquo serpente inspirante, venenosum accipit consilium, vt videlicet Sanctus Dei teneatur & ad eum qui tũc apud Viennam ciuitatem erat adducatur: mittitur siquidem Irascès

Crispinus cum quibusdam armatis Trecas, vt Sanctum Dei adducerent. Veniens igitur Trecas videt quod dolet, & audit quod tædet. Videt inquam delubra diruta, aras subuersas, & simulacra conculcata. Audit quoque populum esse Christianum, abiecta cultura deorum. Hinc cõturbatur, inde inflammatur. Vt ergo leo quærens quem deuoret, sic Crispinus vbi Sauinianus habitet. Collecto igitur agmine suorum, in spiritu magni furoris tetendit ad habitaculum viri Dei. Prostratum eum in oratione inuenerunt, & cupientes eum apprehẽdere non valuerunt, quia quiddam diuinum senserunt, & retrorsum ceciderunt. Vnde qui venerant sæuientes, abire festinauerunt formidantes. Cum venisset Præses ad Aurelianum, & narrasset mirabile factum, Cæsar irascitur, accusat Præsidem quod aufugerit; increpat commilitones, quod timuerint, arguit omnes quod non adduxerint. Vnde plures priorum iterum misit, qui cum ad Sanctum Dei venissent, & eum orantem inspicerẽt, etiam ipsi se in orationem dederunt. Hæc sunt opera tua Domine. Aduenerunt enim persecutores, & cum orante facti sunt orantes. Oratione autẽ finita, Sauiniane inquit Præses, cum sis peregrinus & aduena, cur hæc aduenisti loca. An tu pro culpa patria expulsus, nouum quiddam prædicas gẽtibus. Nulla inquit Sauinianus de patria expulit me violentia, sed Dei potius me sibi attraxit chari

tas, cui ex fide seruiés in agro gentium, suum semino semen. Milites auté qui venerát cum præside illum hortabantur plurima prece ne grauaretur cum ipsis ad Cæsarem vsque venire. Hæc autem audiens Sanctus Sauinianus exultans in spiritu dixit militibus. Miles nil bene meretur à Domino, qui trepidat dare pectora bello, nec dignus est palmæ qui pauidus est ad vulnera pugnæ. Quapropter accelero vobiscum viam, quia scio me propediem vitæ æternæ accipere coronam. Viennam itaque cum illis aggreditur Sauinianus, vbi affuit imperator Aurelianus. Qui cum eum fuisset intuitus, forma quidé egregium, statura procerum, recolens etiam quod audierat eum sanctitate famosum, habita ei reuerentia diuertit in palatium, vbi residens pro tribunali, congregatis Senatoribus sui consilij, intuens B. Sauinianum, dixit. Quod tibi nomen est, cuiusue regionis ac religionis. Ad quem Sauinianus respondens ait. Ex nomine Sauinianus dicor, apud Samum oriundus, & sum Christianus. Amodo inquit Aurelianus ratio nobis habenda est de religione, in qua plus omnibus te constat oberrare. Deos enim quorum sapientia mundus regitur, tempora disponuntur, genus humanum gubernatur, audes malè sanè contemnere & præsumis basphemare. Consule ergo antiqua secula, & docebunt te quid credere debeas. Insuper domina gentium Roma, sapientibus & philosophis plena, attẽde quod

faciat,ne reprobes quod probat,ne Deos vituperes,quos ipsa veneratur & amat. Accipe itaque consilium & sequere mundum. Ad quem Sauinianus, hactenus Aureliane plurima dixisti ,sed prorsus super arenam seminasti, obtulisti mihi cõsilium sed penitus pestiferum. Accipe tu consilium quod tibi do, & recuperabis salutem à domino. Nephas est Aureliane dicere, & magis plus credere, deos deasq; esse quos tu profiteris adorare. In diuinitate nullus est sexus, qui ob hoc est in rebus, vt mortalia quæ deficiunt moriendo, reparentur ex semine suo. In deitate nihil moritur ,nihil ex semine reparatur, nihil ex contagiis carnis reperitur. At numina tua, Iupiter, Venus & alia monstra amplexu polluuntur, coitu commiscentur ,quædam imprægnantur,quædam generantur,quare nephas est vt etiam Dij esse credantur. Horum autem simulacra vt quædam numina veneramini , thura ac libamina eis offertis : & truncum quem sibi artifex domi compauit,vos supplices adoratis. Hoc facientes , nonne his qui insaniunt estis insaniores. Quare accipe salubre consilium, & relictis ydolis sequere Dominum Iesum Christum. Hæc autem audiens Aurelianus, intelligens nil sua verba promouisse , censuit supplicia adhibenda esse:vt quod verba minus operabātur exterius, hoc acrius supplicia exequequerentur interius. Dum igitur tractatur de supplicijs, Sauinianus traditur in ima carce-

tis,cui traduntur custodes duodecim milites, quibus B.Sauinianus prædicauit verbum vitæ, annuncians remissionem fieri in baptismate, credētibus illis,& renunciantibus diaboli pompis, eos baptizauit in fide salutis. Quo audito Aurelianus, nimio furore succensus, iussit vt sibi præsentarentur, quibus dixit.graue est mihi audire, vos adhæsisse illi sacrilego Sauiniano, mutata fide. Quænam est,inquit vestra insania,quæ adeo vestros animos immutauit, vt certa incertis,antiqua nouis, Deos etiam, cuidam homini postponatis.Iudicetur ex æquo iudicio, quis magis colendus est,Deus an homo? Nonne Christus fuit Iudæ⁹ à Iudæis crucifix⁹? Illi autem milites respondētes dixerunt.Tua nobis optime Imperator maxime placet sententia, & vtinam fiat,quod tibi ipsi placeat.nihil est enim verius quam quæ tu asseris:nō est alius quam Deus colendus. Christus itaque si est homo vt æstimas purus, verum est quod dicis,quia non est adorādus.Sed cum sit Deus & homo in vna persona, certū est quod adorandus sit ab omni creatura.Tua vero numina.Dij non sunt sed dæmonia,scriptum est enim,omnes dij gentium dæmonia, ergo non sunt à te adoranda sed execranda. Aurelianus hæc audiens vt cito faceret finem, iussit eos subire capitalem sententiam. His itaque glorificatis,ex præcepto Cæsaris,vir Domini extrahitur ab imo carceris, quem intuens Aurelianus ait.O Sauiniane ecce tibi sunt sub ocu-

lis mors & vita, elige quid placeat. Equidem si immolaueris, vita viues & non morieris: Sin autem prius deficiet tibi vita, quam nobis desint immania supplicia. Cui Sauinian⁹, carnem quidem poteris vincere occidendo, animam autem detrahere non poteris consentiendo. Aurelianus autem redundans maligno spiritu, iubet vt vir Dei fustibus cædatur. Hinc inde tortores accurrunt, membra flagellis percurrũt singula, vt nihil sit in corpore quod illæsum remaneat, aër resonat ictibus, sed ex patiente martyre nullus auditur gemitus. At Aurelianus, hæc sunt tibi Sauiniane dolorum principia, esto pertinax in errore, & ego multo pertinacior in tui persecutione. Ad quem Dei martyr: terra fructifera quanto magis excolitur, tanto amplioribus abundat fructibus: esto igitur durus agricola, sulca terram corporis mei altius verberũ aratura: excoque illam igne totius tribulationis, vt resudet si quid in ipsa est rubiginis. Tunc impius Aurelianus fecit galeam æneam succendi, & eius capiti sic apponi, vt vel mors inde sequeretur; aut in eo sensus omnes periclitarentur. Sed pius Dominus non defuit martyri suo, qui eum sanum liberauit ab ipso periculo. Tunc tres qui aderant viri de cœlo illustrati, dixerunt Imperatori. Æternam perditioné meretur, quicunque ob iustitiam aliquem persequitur: te mortis æternæ debita præstolantur incendia, qui virum Dei pro veritate quem prædicat

ita mortificas. His verbis Aurelianus finem iubet accelerari: mox illos ibi præcipit decollari. Videns autem B. Sauinianus, Tyrannum in suis desæuisse, Christi vero milites cœlos conscendisse, exultans & gaudens benedixit Deum, qui suis quondam dixerat, confidite quia ego vici mundum: ipse autem iam cupiens suum cursum consummare, suspirans ad repositam coronam iustitiæ, vt bonus miles resumptis viribus pruruptus ad bellum progreditur. Quid agis inquit Aureliane, vbi est ferocitas tua? vbi insania? vbi dementia? vides ne miser quanta sit Christi militum fortitudo, & quam nullus in eos sæuientium furor. Aurelianus his verbis inflammatus, tormentum molitur omni tormento grauius. Quid enim grauius igne. Igne æterno apud inferos torquẽtur animæ: quia nullum genus tormentorum immanius est hoc genere. Acceleratur itaque lectus ferreus, super quem martyr Dei venerandus extensus est, vt igne supposito exuratur. At vero vt ignis arderet ad votum, sufficienter infunditur oleum, cuiusquidem ardoris immanitate, lectus ferreus incœpit liquescere. Rex autem impius furore plenus, ira succensus, arguit tortores, instigat carnifices vt suscitẽt flammas, agitent incendia quatinus ille rebellis & cõtumax vel modo victus requiescat. Sed quid Dominus virtutum, profecto affuit suo militi in tanto periculo incẽdij, vt quondam tribus pueris in camino ignis ardentis. Et

cum in medio ignis non æstuaretur, quam in sanctis suis mirabilis Deus sit, notum fecit omnibus. Aurelianus autem existimans de martyre totum esse concrematum, gaudens intuetur inter globos flammarum, & quem putabat redactum esse in cinerem, videt lætum & incolúmen, Deumq; benedicentem. O Tyranne infelix cur in hoc Nabugodonozor non imitaris: ille etenim eos viros quos in fornacem miserat cum vidisset illæsos, dedit gloriam Deo & benedixit viuentem in secula seculorum. Iterum autem Aurelianus sanctum Dei alloquitur, dicens. Vt quid Sauiniane non misereris tui. Quare vitam perdis, noli consistere in maleficijs, quæ cedent supplicijs: sufficiat tibi iam multos consimiles dedisse morti. Ad hæc Sanctus ait. Vtinam Aureliane intelligeres, quod tuum viuere mors est, eorum autem mors vita est; habet enim nostra religio, vt etiam inimicos diligamus in Deo: & licet mihi mi naris mortem, tibi tamen opto vitam & salutem sempiternã. Crede mihi & baptizare & fœlici cõmercio, mutabis terrestre in imperiũ cœleste. Noli Cæsar ait, Sauiniane me velle seducere, noli mihi fraudes contexere: Iam cessent friuola tua, & loquantur supplitia nostra. Præcepit itaque Aurelianus vt trabes magna humo infigeretur, cui alligatus Sauinianus vndique sagittis transforaretur. Factum est autem sine mora dictum: non sponte tamen moratur martyrium. Nulla

etenim earum quæ mittebantur sagittæ virum Dei poterat attingere, quippe quem Deus sub tegumento manus suæ protegebat vndique. Quædam autem sagitta immissa arcu valido, resiliens diuiuo iudicio, impium Aurelianum perstrinxit in oculo: Aurelian⁹ siquidem sic vulneratus non intendit miraculum, sed potius sanctum iussit Sauinianum recludi in horrendum ergastulum. Sanctus igitur Sauinianus in formidoloso carcere vinculatus: ad Dominum preces & lachrymas fundit, & precatur vt det ei requiem: non tamen nisi per martyrij sanguineam palmam, quam optat recipere, non tamen alibi nisi vbi adeptus est gratiam baptismi: ac etiam vt filijs suis patronus existat præsens corpore, quos viuens Christo adoptauerat sancta regeneratione. Affuit itaq; virtus diuina, cathenas confringens & custodes cæcitate percutiens. Sentiens itaque vir sanctus se esse solutum, à carcere exiens nullum inuenit impedimentum. Recessit itaque vir ille Sanctus non vt hostes fugiens nec mortem declinans quam sibi sperabat esse futuram ad gloriam, sed ne videlicet filij sui lugerent mortuum absentem, quem multum dilexerant viuum præsentem, Hæc audiens Rex nephandus, & ipsius non minus ardens Sancti viri martyrium, quam multum esuriens, copiosum prandium: nec minus cupiens eius mortem quam summé sitiens in maximo æstu sibi fontē. Congregat milites elec-

tos, omni crudelitate repletos, eosq; mittit vt virum Sanctum festinantes persequantur, non vt eum teneant & reducant, sed vt comprehendant & occidant. Illi autem tam ex precepto regis, quam ex sua malicia instigati, dei famulum vt hostē insequuntur, transcurrunt peruia, scrutantur deuia. Tandem venerunt ad sequanam, cuius alueus nimium pluuijs hyemalibus redundans, non erat cuiquam pedestri facilis transitus per eundem: Sed fides sancta: sanctum virum ingredientē sustulit super vndas ad terras alterius littoris nichilo periclitantē. O veneranda atq; predicanda virtus Dei, quæ admirante natura, vndas calcabiles reddit: hac autem virtute vir Dei ad locum baptismatis, quem desiderabat venit, precatus vt ad palmam martyrij perueniret, & ad quod aspirabat votum, preparabat effectum. Nam vir Sanctus eleuatis oculis ad alterum littus sequanæ turbam eum persequentium ibi consistere intuetur, quibus transeundi magna erat voluntas sed nulla possibilitas: orante autem viro Dei factus est transitus quam facilis: nam sequanæ facta est eis vadum ex merito viri Dei: & non qualitate, temporis. Hijs autem aduenientibus, non tamen eum interpellantibus, sic eos alloquitur B. Sauinianus. Quid agis miles velox vsque modo: nunc autem piger. Ecce me quem quæris: exequere ad quod venisti. Nos certe obedientes nostris Imperatoribus digni eorum laude efficie-

mur. Tu quidem me persequendo: ego vero moriendo. Et vnumquemq; nostrũ manent sua præmia meritorum. Me quidem vita æterna, te vero manet mors perpetua, & me perennis beatitudo: te vero sempiterna confusio · veruntamen tua culpa scelus est alterius. Et tuum commissum, perenne est Regis tui exitium. Ne ergo moreris gaudia mea: ne ve diutius differas prœmia mea. Exere ensem: & effunde sanguinem, meique cruoris guttas aliquot suscipiens veste: deferes Aureliano ex nostra benedictione: vt inde tacta pupilla luceq; recepta: confiteatur vel modo Christi mirabilia. vnus autem eorum qui venerant ex præcepto Regis, calefactus amonitione viri Dei: viriliterque semel percutiens, beatum decolauit martyrem: Ex cuius effusione sanguinis, vt vir sanctus prædixerat vestis est cruentata gladiatoris. At B. Sauinianus in se ostentãs Dominicum illud: qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit viuet, abscissum retinet caput, viuentis officium exequitur. Illud etenim suis gestans manibus coram ipsis persequutoribus, vsq; ad locum habilem sepulturæ deportauit longius, ibiq; illo deposito pariterque corpore suo: beatus ille Spiritus cælos conscendit laureatus: accipiens coronam iustitiæ: quam ei reposuerat rex æternæ gloriæ. Audiens autem hoc populus acquisitionis vniuersa scilicet Ecclesia Trecensis tum merore nimio concutitur: tum lætitia maxima sustolitur. Dolet

quippe tantum patronum se amisisse: gaudet quoque in tantis pressuris B. martyrem triumphasse, hinc itaq; dolor hinc lætitia, accumulant sibi inuicem fletus & gaudia. Currit igitur omnis sexus & diuersus populus, tumulantes Sanctum Corpus cum honore & reuerentia: vbi ipse locum sepulturæ sibi delegerat. Ibi etiam eius meritis interuenientibus plurima beneficia præstantur supplicibus à Domino Iesu Christo qui est benedictus in secula seculorum, amen. Passus est autem venerandus martyr 9. Kalendas februarij: de cuius passione gaudent ciues cœlici & collaudant filium Dei. Persequutores autem redeuntes ad Cæsarem, vesteque cruentata, tãgentes eius pupillam, luce recepta eruperunt omnes in laudem. Visa enim tanti miraculi virtute, Rex & alij astantes, Deo nostro gloriam dedere. Pluribus autem annis, latuit corpus B. martyris, & ob nimiam Christianorum persecutionem, eius sepulturæ locus, soli Deo erat cognitus. Igitur campus ille fit miraculis floridus, & redolens virtutibus: propter quod excitantur remoti odore, vicini attrahuntur dulcedine: conueniunt ægroti recepta exultantes sospitate. Fama ergo volitante, quædam mulier Syria nomine, oculos habens carentes lumine, toto corde querens B. martyris thesaurum occultum, & ipsum flagitat vt recuperet visum. Querens ergo quem corde desiderabat, Christum planctibus inuocat, ac

S. martyrem precibus exorat. Ad locum venit & nondum oratio complebatur: & ecce iam mulier exauditur. Oculi etenim reparantur ad vsum, & depulsa caligine reformantur ad visum. O quantas laudes & gratiarum actiones illa Deo & B. martyri refert. Igitur miraculo diuulgato accurritur à ciuibus, acceleratur ab omnibus, lætantur communiter omnes, ac Deo resonant vocibus laudes, quia ipse tam præclaro miraculo, dignatus est reuelare martyrem suum populo suo. Ergo ex communi sententia, hortante plurimum B. Syria decenter construitur sancta ecclesia. Qua diligenter ædificata, non immemor beneficij accepti B. Syria deuouit se Deo seruire & beato martyri. Ibi se affligens multis ieiunijs orationibus vacans & vigilijs, se viuam hostiam Domino immolauit. Ac sic iuste & sanctè viuendo per immensum vitæ martyrium, ac per magnæ deuotionis famulatum meruit adipisci S. martyris in cælo consortium, Adiuuante Domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & spiritu Sancto, viuit & regnat Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

NOTAE IN HISTORIAM S. Sauiniani martyris.

VBeriorem & ampliorem actorum martyrij S. Sauiniani historiam, sed paraphrasticè tantum conscriptam reliqui,

visúmque mihi hanc assumere, quæ eadem acta etsi paucioribus verbis, plenè tamen & integrè complectitur. Ipse autem D. Sauinianus acerbissimos martyrij cruciatus subijt an. 275. die 27. Ianuarij in oppidulo quatuor leucis ab vrbe Tricassina remoto, iuxta quod Sequana perlabitur, cui nomen olim *Rilliacum*, postea ab ipso martyre S. Sauinianus, nunc autem D. Syriæ vocabulo nuncupatur: in quoquidem, augustæ sanctissimi martyris reliquiæ diutissime asseruatæ, tandem in primariam Tricassium ædem transmissæ, vbi ea qua par est reuerentia coluntur, in thecam insertæ, quæ partim ex inaurato ære, partim argēto contexta est, compluribusq; imagunculis etiam argenteis inauratis conuestita, quæ omnia subtili admodum artificio elaborata sunt. Qui vero memoratam historiam studiose perlegerint, eorum animus tam atrocium suppliciorum meminisse horrebit, quibus S. Sauinianus affectus est, quorum tamen grauitas & acerbitas, ipsum à constanti proposito confitendi christiani nominis dimouere nequaquam potuerunt. Sed & illud curiosè obseruabunt eadem ipsa acta testari, dira illa & truculenta tormenta Viennæ non Augustobonæ Tricassiū D. Sauiniano fuisse inflicta: quodquidem vix bene intelligi potest, adeout vitij & mendi suspicione in ea parte laborent, cum vero propius videatur, ipsos cruciatus, Trecis furente & debacchante ibidem in

christianos Aureliano Imperatore,sustinuisse,qui in eius vrbis agro S. Patroclum,S. Iuliam eiusq; socios securi pariter percuti iussit. Postquam autem ex obscura custodia in quam detrusus fuerat S.Sauinian⁹,admirãda virtute euasit,statim apud dictum Rilliacum capite plexus est , ibiquè eius corpus terræ mandatum: quod cum diu occultum fuisset, tandem virgini cui Syriæ nomen erat,diuina reuelatione manifestatum est,quæ cum multum vitæ tempus castè pièque ibidem traduxisset , sacrosanctas martyris reliquias, religioso honore prosequens,ad eiusdem sancti martyris monumentũ , ædiculam siue sacellum extruxit,in quo etiam post obitum condita est in lapide cõcauo qui hodieq; in eodẽ sacello ipsius virginis nomini sacrato visitur, in quoquidem eiusdem virginis corpus ærea capsa affabre facta cõclusum cõquiescit. Illa vero ædicula , magno peregrinorum vndiq; confluentium concursu,maximè eorum qui calculo laborãt celebratur,in quibus diuinitus curãdis egregia quotidie miracula ęduntur. Eius dies festus in Tricassina diœcesi S. Iunij solemni celebritate colitur,& iam inde ab anno 1300 Henricus de Nóa Decapus ecclesiæ Trecensis eidem nonnullos annuos redditus in id contulit vt nouennis lectionibus illud festum in ipsa ecclesia ageretur. Præsignata capsa reserata est an. 1470 & litterarium monumentum de eius apertione confectum sequenti forma.

In nomine

IN nomine S. & indiuiduæ Trinitatis, Patris & Filij & Spiritussancti, Amen. Vniuersis præsentes litteras seu præsens publicum instrumentum inspecturis, Odardus Hennequin in vtroque maior, & Petrus Fiene in iure canonico Licentiati Officialis Trecensis ac S. Margaretæ in ecclesia Trecensi Archidiaconi & Canonici prebendati Presbyteri, Vicarij generales in spiritualib. R. in Christo Patris Domini Domini Ludouici Dei gratia Tretens. Episcopi, à suis Ciuitate et Diœcesi Trecensi notorie absentis, Salutem in Domino sempiternam. Quoniam ab humanæ mentis memoria cito dilabitur quod gestum est, nisi scripto confirmetur, eàpropter serie presentium, notum facimus. Quod nos auctoritate dicti R. Patris ad laudem gloriam & honorem Dei Saluatoris nostri Iesu Christi, eiusque gloriosissimæ & intemeratæ matris pyssimæ Virginis Mariæ ac totius Curiæ cœlestis, venerationemq; & decorationem S. Syriæ virginis, totiusq; populi christiani firmiorem & indubitatam fidem dictæque S. Syriæ meritorum & miraculorum eiusdem quæ quotidie fiunt et per vniuersum orbem renouantur exaltationem, in Villa de S. Syria & Capella eiusdem Sanctæ, in qua ab antiquo Capsa intra quam sacrum et gloriosum corpus dictæ S. Syriæ reponitur & requiescit, die datæ præsentium in notariorum publicorum venerabiliumq; Religiosi. & discretorum virorum Magistri Nicolai Coiffardi in vtroque iure Licentiati, Iacobi Rocignoti Canonicorum dictæ Trecensis Ecclesiæ ex parte venerabilis Capituli ecclesiæ Trecensis ad hoc commissorum et deputatorum, Nicolai Mergey Matricularij Presbyteri in dicta eccl sia, fratris Christo-

phori de Crusi Prepositi et Religiosi professi monasterij Cellæ prope Trecas ordinis S. Benedicti presentia & plurium aliorum nobiscum existentium, personaliter accessimus de manè, et nobis ibidem in dicta Capella existentibus ornamentis & indumentis Sacerdotalibus reuerenter & honorifice vestitis & indutis, maxima et copiosa populi dicti loci de dicta S. Syria & aliunde multitudine ibidem congregata, de voluntate & expresso consensu venerabilis et discreti viri Magistri Guillermi Acuti Presbyteri in Iure Canonico Licentiati Canonici & Archidiaconi Brenæ in dicta Trecensi ecclesia ac Curati parrochialis ecclesiæ S. Sauiniani de dicta S. Syria, Iohannis quatriux & Gilleti Symon alias le Febure, matriculariorum & prouisorum fabricæ dictæ parrochialis ecclesiæ S. Sauiniani de dicta S. Syria pluriumque Parrochianorum et habitantium dictæ Villæ de S. Syria & aliorum ibidem existentium, cantatis certis & decentibus antiphonis cum versibus et orationibus sequentibus, dictam capsam existentem retro altare chori dictæ Capellæ descendere & super dictum altare ponere fecimus. Qua sic posita inspectaq; diligenter visa et visitata ipsius Capsæ firmatura quam bene seratam et firmatam absq; aliquali apertione aut fractura in aliqua sui parte facta inuenimus et eandē per honestos viros Petrum Cheury et Iohannem Cheury Aurifabros Trecis commorantes cum suis malleis & instrumentis ferreis aperire fecimus. Qua aperta laudes Deo decātando visitauimus diligēter & reuerenter quid intra eandem Capsam erat, maxima cum cordis deuotione & lachrymarum aspersione inspeximus et intra eandem Ca-

psam quandam cuuam seu capsam paruam reuerenter & honorifice quodam panno antiquo paleo deaurato viridi & perso duplicato circundatam, ornatam & decoratam, in premissorum omnium & plurium aliorum ibidem affluentium & congregatorum presentia repertum fuit corpus sacrum scilicet caput & alia ossa sacra dictæ S. Syriæ virginis, cum pluribus alijs ossibus gloriosis & sacris reuerentialiter & magnifice reposita recondita & in quadam parua et honesta cuua intra dictam capsam existente, recondita panno de serico figurato et vt premittitur circumamicto cleroque populo ibi astanti in maiori parte per nos monstrata. Quodquidem corpus dictæ S. Syriæ virginis cum capite & alijs ossibus & reliquijs sacris integraliter, prout reperta in eadem capsa fuerant per nos Vicarios predictos, in quodam sacco lini desuper suto cooperto quodam sandali rubro serico honesto cum qua decuit reuerentia in premissa cuua, prout alias vt præmissum est intra dictam capsam posita & reclusa fuerant, Te Deum laudamus, cum Antiphonis versibus & orationibus decentibus sequentibus, missaque de dicta S. Syria et in eius honore alta voce solemniter decantata laudes Deo deuotissime & dictæ S. Syriæ referentes integraliter reposuimus, & prout huius corpus & reliquiæ, pronunc in dicta capsa reponunturrecluduntur & dimittuntur. Quibus sic repositis inclusis & dimissis eandem capsam in nostrorum notariorum & testium premissorum presentia per dictos aurifabros claudere & cum clauis ferreis bene & secure serare et firmare fecimus. Qua sic firmata dicti Aurifabri imagines & alia iocalia & ornamenta eiusdem

capsæ per eos nuper reparatæ de et super dicta capsa apponi promiserunt & apponere inceperunt. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium premissorum presentes litteras seu presens publicum instrumentum per Notarios publicos subscriptos qui nobiscum et testibus infra scriptis ad premissa presentes fuerunt fieri, sigillique curiæ Trecensis quo vtimur in hac parte, vna cum nostris signetis signisque publicis & subscriptionibus dictorum publicorum Notariorum subscriptorum fecimus & iussimus appensione muniri. Acta fuerunt hæc in dicta Capella S. Syriæ, Anno Domini 1461 die 13. mensis Augusti, Indictione nona, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ 2. Anno 3. regni vero illustrissimi ac Christianissimi pricipis & Domini nostri domini Ludouici Dei gratia Francorum Regis, Anno primo. Presentibus ibidem discretis & honestis viris Dominis Egidio Colerne Canonico prebendato Ecclesiæ collegiatæ S. Stephani Trecensis, Petro de Iugny Curato parrochialis ecclesiæ de Dropto S. Bazoli, Laurentio Iacquet Capellano Rectore dictæ parrochialis ecclesiæ de dicta S. Syria, Iacobo de Bourgongne, Ioãne Brouart, Symone Coleson, Perrino Vilat, Leonardo Prestat, & Nicolao la Plattote dictæ Capellæ matriculariis seu luminariũ eiusdem Capellæ administratoribus parrochianis & habitantibus de dicta S. Syria, cum pluribus alijs vtriusque sexus testibus ad premissa vocatis specialiter & rogatis.

Signatum Henricus Doreti, & Ioannes Guerry.

HISTORIA S. SAVINAE virginis.

POstquam beatus Sauinianus supernæ patriæ desiderio accensus, parentes patriamque reliquit, deflebat eum quotidie pater eius. Et cum filiam quandam haberet, nomine Sauinam: non audebat eam obiurgare, sed multis eam blandimẽtis alliciebat, ostendens ei aurum arabicum, & lapides pretiosos. Illa vero afflicta, præ amore & desiderio fratris sui, quem amissum putabat, non solum non accipere, sed nec respicere ea volens, iugiter flebat. Quadam igitur die, cum fratrem suum amarius fleret, & pro eo idolis supplicaret: tandem posito super petram capitę, sopore oppressa, obdormiuit. Angel⁹ autem domini ei dormienti apparuit: dicens. Sauina noli flere, sed relictis omnibus, quęcunq; habes, recede ab his hominibus vana colentibus, & inuenies fratrem tuum in maximo honore constitutum. Dixit enim Dominus, Qui nõ reliquerit patrem aut matrem propter me, non est me dignus. Et his dictis: recessit angelus ab ea. Beata vero Sauina euigilans, ait ad Maximinolã collactaneam suam, Dilectissima mihi Maximinola, aliquid ne sensisti? Et illa, etiam Domina. Nam vidi hominem tecum loquentem, sed nescio quid

dicentem. Non me (inquit Sauina) accuſabis. Et illa, abſit Domina. Quecunque vis, faciás: tantum ne te occidas: Sicque in craſtino occulte, neſciente patre, à patria receſſerũt, Dominum cum lachrymis orantes, vt viam ſibi ſuam dirigeret. Cum ergo Sauinus pater eius diu feciſſet eam inquiri, & non inueniſſet: eleuatis in celum manibus ait. Si tu es Deus, qui poteſtatem habes in cęlo, & in terra, & alius preter te Deus non eſt, ſi poteſtatem habes ſaluandi nos, deſtrue idola manu facta, quæ vſq; nunc adoraui, quæ & me natoſque meos ſaluare non potuerunt. Tunc intonans de cœlo Dominus, idola omnia cõfregit, & comminuit à ſummo vſque ad fundamentũ, quod multi videntes crediderunt. Deinde non multo tẽporis ſpatio tranſacto, beata Sauina romam veniens, vrbem circuiuit, & ſepultura beati Petri apoſtoli viſitata, adhærens mulieri cuidam religioſæ nomine Iuſtinę, pariter cum ea orationi vacabat, cuius tandem exhortationibus, Sauina ipſa ab Euſebio papa baptizata, in virginitate permanſit & dum in vrbe eſſet, duo cæci, duo debiles, & vnus claudus eius orationibus ſanati ſunt. Poſt hec, dormienti ei iterum Angelus Domini apparuit, dicens: Sauina, quid eſt qod facis? Vt quid enim deſpexiſti patrẽ, & matrem, domoſq; paternas, & modo hic in delitijs epularis, neque perſeueras in peregrinatione tua? Surge & vade Trecas in Campaniam, ibi namque inuenies fratrem

tuum quem desiderat anima tua, gemmis pretiosis coronatum. quo dicto, recessit angelus ab ea. Illa vero, vt euigilauit: tremens, & Deo gratias agens Roma discessit, & venit Trecas. Cum ergo iam à Trecis ciuitate solo miliari distaret, & præ labore ibidem quiesceret: ecce vir quidam nobilis nomine Licerius de ciuitate egressus, dixit ad eam: Vnde es? cui Sauina, Ego de ciuitate ista sum. Et ille, cur mentiris? nam & loquela tua te peregrinam esse indicat. At illa, vere domine peregrina sum, & fratrem meum Sauinianũ diu perditum quæro. Cui ait vir ille, Non est hic, quem queris: nam & pauloante Aureliani iussu pro Christo decollatus est, & in tali loco sepultus, locumque ei sepulturæ indicauit. Illa vt hæc audiuit, mox in orationem prostrata, ait: Domine Iesu Christe, qui mihi semper ab adolescentia gubernator fuisti, non me amplius permittas duris itineribus fatigari, sed iube indignum corpus meum sepulturę hic tradi. Commẽdo tibi famulam meam, quæ propter me tanta sustinuit: fratremque meum quem hic videre non potui, fac vt vel in regno tuo videre merear, & cõpleta oratione, emisit spiritum. Quod videns Maximinola eius famula, cępit flere, quia necessaria ad eam sepeliendam non habebat. Illa autem flente, ecce vir venerabilis Licerius ad ciuitatem remeabat, & videns Sauinam mortuam: Maximinolam cõsolatus est & vestes ad eam sepeliendam præparauit

Deinde conuocatis clericis, ac sacerdotibus aliisque vrbis ciuibus, honorifice ibidem sepulta est. Vna autem mulier cæca, & manibus arida, dum corpus eius tetigisset, statim apertis oculis, & manibus sanis, recessit incolumis. Prædictus vero Licerius quamdiu vixit, Maximinolæ necessaria ministrauit.

NOTAE IN HISTORIAM
S. Sauinæ virginis.

CONsentaneum quidem videbatur, rectusque ordo postulabat, vt historiæ S. Sauiniani, Diuæ Sauinæ eius sororis historiam statim subnecterem: verum eam selegi quæ in breuiario Tricassino continetur, omissa paulo prolixiore, à Petro de Natalib. exarata scriptisq; commendata, in qua multa habentur censura digna, vt obseruat Baronius in Notationib. ad Martyrol. Roman. die 29. Augusti, quoquidem natalis eiusdem virginis dies recolitur, quæ ibidem *Sabina* nuncupatur: eodemque die in martyrolog. Vsuardi, vbi scriptum lectũ quod subijcitur. *In pago Trecassino S. Sabinæ virginis, quæ pro Christi amore laboriosissima peregrinatione suscepta, etiam virtutibus & miraculis gloriosa, quieuit in pace.* Eius nihilominus festus dies in Tricassina diœcesi 29 Ianuarij, communi vbique solemnitate celebratur. In laudata autem historia narratur, prædictam S. Sabinam, relicto natali solo peregrinantem, cum per

Romanam ciuitatem iter haberet, ibiq; aliquandiu commorata esset, sacro baptismi lauacro, ab Eusebio pontifice max. tinctam qui anno 310 in apostolica cathedra constitutus toti ecclesiæ præsidebat, quo tempore Constantinus magnus imperij summam penes se tenebat, *sub quo Christi nomen omni persequutione dimota fæliciter inclamari cœpit* vt loquitur vir disertissimus Papirius Massonus in eiusdem Eusebij vita: adeout Trecas ipsa D. Sauina deuenire potuerit, circiter annum 313. & 38 post necem D. Sauiniani. In suburbijs occidentalibus Tricass. vrbis, stat delubrum eiusdem S. Sauinæ memoriæ & nomini consecratum: corpus vero ipsius in cœnobio Cellensi, non procul à præfato fano dissidente, custoditur.

EXPOSITIO FVNDAtionis nonnullorum Xenodochiorum quæ in ciuitate Tricassina sita sunt.



Ntiqui Tricassinæ vrbis amplissimæ, & ingenti populi multitudine exundantis primates & proceres, prudẽter sane, & Christiano quodam zelo commoti, complura nosodochia in ea extruenda curauerunt, in quibus cum dictæ vrbis egeni & mendici, tum inopes aduenæ & peregrini sustentarentur. Illorum autem vetustissimum, quantum ego suspi-

cor, est D. Nicolai hospitium, intra cathedralis ecclesię septa collocatum inclusumue, à dictæ ecclesiæ canonicis institutum, & amplissimis reditibus ab eisdem locupletatum, cui' etiamnum patroni sunt & protectores, eidemque rectorem & moderatorem præficiunt, qui neminem siue religiosum siue Sanctimonialem ad solemnis religionis votorum professionem admittere potest, nisi concedentibus & annuentibus memoratis canonicis, quorum potestas & iurisdictio, cum in pręfatum mendicorũ hospitium, tum in ipsos religiosos extenditur, qui Augustiniana norma reguntur, vt & cæterorum Xenodochiorum sodales: nimirum hospitalis S. Spiritus, de cuius primæua origine & fundamẽto nihil certi comperire valui: eius vero cõferendi ius primario Franciæ Eleemosynario Prætoriani Senatus decreto die 15. Mart. an. 1606. prolato attributum est, quamuis obsignatis tabulis probatum esset, ante annos centum eo iure Tricassinum episcopum potitum, rectoremq; & œconomum dicti hospitii nominasse & instituisse, quoties illius vacatio occurrisset. Non desunt tamen qui asseuerent, dictum Xenodochium ad iura Montis-pessulani hospitii S. Spiritus pertinere: Sunt denique nonnulli, qui ex Diuionensi etiam S. Spiritus hospitio dependere arbitrentur: verum cum mihi titulos & vetustas chartas tabularii dictæ domus, videre & perlegere datum non sit, nihil

Senat' Parisiens. hæc iura Trecensi capitulo competere pronuntiauit. die 26. Iul. an. 1509.

habeo,quod de hac re astruam & cõstituam. Tertium sibi inter Xenodochia Tricassina locum, vindicat Bernardinum,quod ex præpositura seu hospitio SS. Nicolai & Bernardi Montis-Iouis Sedunensis diœcesis dependet, vt perspicuum est ex concessione, quæ iam inde ab anno 1158 præfatæ præposituræ ab Henrico Campano Comite indulta est. Quartum & postremum, est Xenodochium Comitis,cui nomen fecit memoratus comes Hẽricus primus, eius parẽs & institutor. situ autem est iuxta ædem S. Stephani,ab eodem Comite exædificatam, & annuis prouẽtibus dotatam, indeq; factũ,vt primitus illud hospitium, *Domus Dei S. Stephani Trecensis* appellitaretur. Nec vero id quoq; silendum videtur, non procul a laudata vrbe, sitam domum, cui nomen *de duabus aquis* olim inditum, ad eos excipiẽdos qui lepræ fœtoribus scaterẽt destinatam: cuius administratio & œconomia tota est, penes Maiorem, Scabinos & incolas dictæ ciuitatis,perpetuamque eis, illius iuris possessionẽ necnon Rectoris ipsius domus eligẽdi,instituendi, & destituendi facultatẽ firmam & ratam esse voluit rex Philippus Valesius,cuius rei indices sunt in id ab eo concessę literæ die 17 Augusti an. 1335. En quæ summatim & obiter,de dictis egentium hospitiis memoranda videbãtur. Adnectam duntaxat, quædam exemplaria titulorum, in quibus aliquãta mentio eorum,quæ inapertum protuli, vt posteris vsui esse possint, &

innotescant ii, qui suis beneficiis & largitionibus, dictorum Xenodochiorum censum & prouentum annuum adauxerunt.

APOGRAPHA NONnullorum diplomatum pro iuribus, bonis siue reditibus ad nosocomia Tricassina pertinentibus, primumque pro hospitali S. Nicolai.

IOannes decanus B. Petri Trecensis & vniuersum eiusdem ecclesiæ Capitulum, Omnibus ad quos literæ istæ peruenerint in Domino salutem. Cum ad augmenta locorum quæ diuinis mancipantur obsequijs impendi sit expediens præsidia caritatis, illis maxime rependi debent & propensius adhiberi in quibus omnium bonorum fons & origo Christus Dominus sacramentaliter tractatur in capite & spiritualiter in veritate sumitur, necnon in membris specialiter recipitur & fouetur. Cum autem in alijs locis Domino consecratis ei quasi particulariter sacrificium offeratur vt quædam ipsum in capite tãtum, quædam in membris honorent, in domibus hospitalium ei generaliter impenditur famulatus vt in quibus ipsius vera caro fideliter sumentem reficit & saginat, calix præclarus inebriat, ipse etiam Dominus in minimis suis quiescit reficitur & respirat, vt in eius Christo qui bonorum nostrorum non eget seipsum esurientem cibari, sitientem potari, nudum & algentem vestiri, infirmum & in carcere positũ visitari, hospitem & vagum colligi, mortuum sepeliri euangelico protestetur edicto, hijs autem Chri-

sti habitaculis tanto deuotius insistendum quanto plura & maiora in ipsis opera misericordiæ propinantur. Siquidem vniuersitatis nostræ numerus ad singularia distributus varijs implicitus impedimentis, distractus etiam curis secularibus in proprijs domibus vix aut nunquã prescriptis officijs prout deceret curam adhiberet sufficientem, vt saltem suppleat communitas quod imperfecte proprietas procurabat, domum quandam hospitalitati deditam & pauperum alimentis addictam à nostra dependentem ecclesia & ei loco conterminam & affinem in honore Dei & gloriosæ virginis Mariæ & beatissimi Nicolai in ipso ciuitatis speculo ab antiquo fundatam de nostris facultatibus constructam cum elemosinis fidelium quam substentare diutius consueuerit etiam ad presens augmentare decreuit, vt crescente beneficio sibi caritatiue impenso in ipsa potius caritatis opera propagari & ipsam ecclesiam fideli exemplo & numero debeat dilatari & merito, vt & ab alijs habenti detur amplius & habundet & qui audit dicat veni & cortina cortinam trahat & ipsa ecclesia debiles & claudos vagos & inopes compellat intrare. Nos igitur in solemni capitulo & cõmuni omnium conniuentia & vnanimi voluntate instituimus & imperpetuum firmum esse volumus & inconcussum vt eadem domus de qualibet prebendarum nostrarum vnam minam siliginis percipiat annuatim & eandem annonam vsq; ad festum omnium sanctorum recipiat & inperpetuum pacifice possideat & quiete precipue cum prædictæ domus prouisio institutio magistri & destitutio, receptio etiam fratrum & sororum & dilectorum cor-

rectio quasi de nostro nobis donãtes ad nos pertinere noscãtur. Huius autem elemosinæ largitionem quam præter alia bona eidem tributa quibus etiam maiora Dominus adyciat cumulamus prædicto hospitali nostro præsentium testimonio litterarum & sigilli nostri munimine confirmamus. Actum an. 1205.

DONATIO ECCLESIÆ de Creniaco.

Idem Milo dedit & cõcessit eidẽ domui S. Nicolai quoddam viridariũ, quod appellat viridarium Oträni apud Chailoel & partem decimæ de Ascenserijs cui' donationis extãt tabulæ exaratę an 1208 mẽse Mayo

*MIlo Decanus & Capitulum B. Petri Trecensis, omnibus ad quos litera ista peruenerint salutem in omnium saluatore. Nouerint vniuersi quod nos de consensu & voluntate ven. patris nostri Heruei Trecensis episcopi dedimus domui Dei B. Nicolai ad nostrum Capitulum pertinenti ecclesiam de Creniaco cum omnibus pertinẽtijs suis libere & quiete imperpetuum possidendam, salua tamẽ antiqua & annua pensione 4. librarum quas nos in eadem ecclesia percepimus ab antiquo, et vno modio frumenti annui reditus, quod nos percipimus in ecclesia memorata. Porro Magister domus Dei prædictæ aut aliquis fratrum in presbyteratus ordine constitutus, de manu ipsius episcopi curam animarum suscipiet, et de spiritualibus, & prædictæ domus Magistro de temporalibus respõsurus, ea tamen eiusdem ecclesiæ libertate seruata, quã dudum ante concessionem istam dinoscitur habuisse. Concessit etiam idem episcopus eidem domui vnum modium bladi annui reditus quod habebat apud Maisnilium * iuxta Pogiacu in Chantuario eiusdem villæ cum assensu & voluntate nostra, videlicet 4.*

*Leteraudi Mesgnilettre

sextarios frumenti, 4 sigilini, & 4. auennæ cum quodam terragio quod habebat apud Auanz vt ipsa omnia possideat, ad eiusdem dom' fratres et pauperes imperpetuum sustentandos. **In cuius rei testimonium, præsent. in cartam fieri, & sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum an. Inc. Dom. 1208.** *mense Nouemb.*

ALIVD EXEMPLAR
tituli pro dicto hospitali expediti.

OMnibus presentes literas inspecturis. **Petrus** *Decanus totumq; Capitulum Trecēse salutem in vero salutari. Vniuersitati vestræ notum facimus quod nos ad instantiam viri venerabilis Henrici cantoris ecclesiæ nostræ, concessimus in perpetuum domui Dei S. Nicolai Trecensis quæ ad nostram ecclesiam pertinet, cotidianam perceptionem distributionum panis & vini in ecclesia nostra, singulis diebus videlicet duos panes, & dimidium sextarium vini, quale pro tempore distribuetur canonicis ecclesiæ nostræ. Et si contigerit aliquo casu partitiones panis & vini in ecclesia nostra augmentari, prædicta domus Dei ex hac nostra concessione nihil percipiet in incremento. Si vero contingat nos pati defectum distributionis panis & vini, vel distributiones easdem omnino cessare in ecclesia nostra vel ad tempus: Nos pro singulis diebus in quibus nō fiet in ecclesia nostra distributio quotidiana panis & vini, reddemus & ad reddendum obligamus nos & ecclesiam nostram prædictæ domui Dei duodecim pruuinenses pro pane & vino distributionis cotidianæ panis & vini,*

quos duodecim denarios prefata domus Dei non tenebitur recipere; nisi pro defectu manifesto & euidenti annonæ & vini. Quod si defectum patiamur panis & non vini, vel vini & non panis, dicta domus Dei percipiet sex denarios pro alterutro eorum cuius defectum certum erit nos pati, pro eo vero in quo defectum non patiemur non tenebitur dicta domus Dei percipere nisi illud tantum cuius defectum non patiemur siue sit panis tantum siue vinum tantum. Et sciendum quod per manum Magistri dictæ domus Dei S. *Nicolai qui pro tempore fuerit, vnus panis & vna quarta vini prædictæ distributionis distribuetur presbytero qui celebrabit missam B. virginis & frater fuerit eiusdem domus* S. *Nicolai et in habitu eiusdem domus et alius panis et alia quarta vini distribuetur infirmis prædictæ domus per manum Magistri, prout Magister eiusdem domus melius viderit expedire. Sciendum præterea quod fratres prædictæ domus Dei* S. *Nicolai se obligauerunt sponte de consensu et vnanimi volũtate omnium nostrum, in generali capitulo nostro residentium in crastino octabarum Resurrectionis dominicæ, ad celebrandum singulis diebus in perpetuum cum nota missam & omnes horas B. virginis cum duobus cereis, quorum singuli erunt de libra, qui accendentur & ardebunt & ad missam & ad omnes horas B. virginis, quæ singulis diebus vt dictum est celebrabuntur inperpetuum cum nota excepta secunda feria in qua fratres prædictæ domus celebrabunt missam de* S. *Spiritu cum nota pro prædicto cantore viuente quo defuncto missa de* S. *Spiritu intermittetur omnino, & missa pro defunctis pro eodem cantore celebrabitur*

brabitur cum nota qualibet secunda feria in perpetuum, & in missa B. Virginis quæ in eadem domo celebrabitur vt dictum est, quicunque ipsam celebrabit, tenebitur pro prefato cantore hanc collectam dicere, Omnipotens sempiterne Deus, miserere famulo tuo &c. quandiu idem cantor vixerit, quo defuncto intermissa omnino præfata collecta, dicetur collecta pro defunctis pro eodem cantore, hæc scelicet Inclina quesumus domine aurem tuam ad preces nostras, ad singulas missas B. virginis in perpetuum. Sciendum etiam quod in Pascha, Penthecosten & Natiuitate Domini, & in die Cenæ Domini omnino intermittetur missa de B. Virgine quæ in crastino dictarum solemnitatum exceptis diebus parasceues & vigilia Paschæ & Penthecostes modo supradicto resumetur & cantabitur sine aliqua intermissione sicut suprascriptum est. Nec prætereundum quod sæpedictus cantor non immemor concessionis & liberalitatis á nobis factæ ad instantiam suam supradictæ domui Dei S. Nicolai, donauit & quittauit in perpetuum Capitulo nostro decimam quam de tertio in tertium annum percipiebat in territorio de lanis, & vineam suã de Bocheto quæ sita est inter aquas. Dedit etiam idem cantor centum & viginti libras pruuinenses ad emendos redditus ecclesiæ nostræ, ad faciendas singulis diebus in perpetuum distributiones panis et vini domui Dei S. Nicolai sicut prædictum est. In cuius rei testimonium presẽtes litteras fecimus sigillo nostro communiri. Actum de nostro Magistri & Fratrum prædictæ domus Dei S. Nicolai consensu. Anno ab inc. Dom. 1236. Mense Aprili.

LITERÆ COMITIS Henrici expeditæ in fauorem præpositturæ S. Bernardi de monte Iouis.

EGo Henricus Trecensium Comes Palatinus existentium presentiæ et futurorum posteritati notum fieri volo, me ecclesiæ S. Nicholai & S. Bernardi de monte Iouis domum Dei de Trecis quæ in foro sita est, cum omnibus appenditijs suis sub eadem libertate sub qua tempore Comitis Hugonis auunculi mei & Comitis Theobaldi patris mei extitit in eleemosynam imperpetuum possidendam assensu & laudamento Henrici Trecensium episcopi dedisse. Et vt hoc donum ratum & inuiolabile permaneat, sigilli mei auctoritate corroborari præcepi. Huius rei testes sunt Gaufridus Furnius, Simon filius eius, Petrus Burlaudus, Gaufridus Mareschalus, Rainerus de Brena, Guerric⁹ Bocellus, Galcherius de Noiento. Actum est hoc anno incarnat. 1158. Ludouico Rege francorum regnante, Henrico Trecensium episcopo existente. Tradita est apud Trecas per manum Guilelmi Cancellarij.

LITERAE BLANCHAE Comitissæ Campanæ super administratione & regimine domus Dei Comitis Trecensis.

GE la Contesse Blanche de Champagne fas à sçauoir à ces qui sont & aduenir sunt, que discorde estoit entre le chapitre Monseigneur S Estienne de Troyes & la maison Dieu, qui pardeuant moy fut ator-

née à pais en ceste maniere. Que ce Maistre est à mettre en la maison Dieu ou, à oster, li Cuens de Champaigne li mettra ou ostera, & au mettre ou à loster appellera à son conseil le Doyen & deux ou trois des chanoines Monseigneur S. Estienne, & li maistre quand il i sera venra en chapitre & iurera qu'il gardera les droitz de l'eglise Monseigneur S. Estienne & les droitz de la maison Dieu. Li Doien & li chapitre establiront vn ou deux de leurs chanoines tez cum il cuideront qui mieulx vallent à bonne foy qui seront au compte de la maison Dieu auec le maistre & à cui li maistre si conseillera de ses grans affaires. Et li Cuens de Champaigne y mettra ausin vn borjois ou deux qui orront ainsin le compte & li aumonnier auec, s'il est en la ville. Quand li Cuens vorra faire rendu ou rendue il appellera li Doien ou deux ou trois des chanoines à son conseil tez cum li Doien vorra pour ce faire. Et se li doien & li chapitre veulent faire rendu ou rendue, il ne le porra faire sans le cõseil & lassant au Conte. Et quand li rendu ou la renduë sera receuz li doien ou à ses commandement lon mettra en la maison Dieu lou voil & labit de religion Et pour ce que ceste chose fust estaublée à touiours par la requeste le doien Bartholomi & le chapitre mõseigneur S. Estienne, & par lou los & par lassentemẽt Maistre Hebert & les renduz & les rendues de la maisõ Dieu fis ie ceste chartre sceller en mon

emosynas enarrat omnis ecclesia sanctorum qui de hostibus visibilibus & inuisibilibus, crebros agens triumphos labefactum regnum releuauit in gloriam, & subiectum sibi populum pacifice gubernauit per iustitiæ disciplinam, virgo enim directionis virga regni sui: Astitit autem regina Gratulia à dextris eius, & si quandoque in vestitu deaurato, tamen plus moribus quam vestibus placens. Quæ frequentius in vrbe residens Naturensi, cum rex bella committeret, & sub lorica sæpe sudaret & galæa, cilicio, ieiunio lachrymis, orationib⁹ & eleęmosinis gloriosius expugnabat impugnantes nos. Sane reuerendum & annosum senem vidisti S. Porphirium Naturensem episcopum, qui cigneum quid cecinit vicina iam morte, de quo quod spiritum habuerit prophetiæ, multis & certis patet indiciis: quem rex valetudine laborantem more suo liberaliter visitauit, & recessurus à senę benedicente audiuit. Deus iudicium tuum regi da, & iusticiam tuam filiæ regis. Quod quidam audientes & in sene linguæ lubricum arbitrantes, vt filio diceret suggerebant, verum senex interiore & meliore instructus magistro, secundò repetijt eundem sermonem dicens, Deus iudicium tuum regi da & iusticiam tuam filiæ regis. Quibus iterum murmurantibus, quod S. Trinitas vinceret exclamauit & tertio fortius vociferatus est dicens. Deus iudicium tuum regi da, & iusticiam tuam filiæ re-

1209, *hacq; de causa eius historiam proferre & adedere volui, quamuis tempus quo ipsa virgo inter mortales egerit minime prodere possim, relicta huius rei perscrutatione alteri rerum antiquarū peritiori. Festus illius dies in memorata ecclesia* 4. *May solemni ritu agitur, quo quidem die sacræ eius reliquiæ, innumera penè mul-*

gis, recessit itaque rex, accessit & regina. Bene inquit senex, veniat vxor regis terreni, & sponsa regis æterni, atque subiunxit, venter tuus sicut aceruus tritici vallatus liliis. Cumque ad latus reginæ dexteram extendisset, statim retraxit eandem pulcherrimo flore lilij subito decoratam, tunc videre fuit senem cigneum quid sicut iam prædiximus fatis uocantibus suauissime decantantem & dicentem, sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Omnis ergo plebs vt vidit, dedit laudem deo, qui tam subito lilium in testimonium futuræ pudicitiæ virginalis, yberno tempore produxisset quod adhuc Constantinopolitana ecclesia in summo conseruans honore Rosari carissime, & oculis tuis videndum exibuit, & labijs osculandum. Factum est cum iam pariendi tempus ipsa nondum pensante Gratulia immineret, rex in partibus Thebanis agens, misso nuntio reginam vocauit, vt vrgentibus quibusdā negotijs apud Thebas personaliter properaret, quæ cum disponeret in via ponere gressus suos, subito de vtero proprio vocem audiuit dicentem sibi, contradico. Ex qua re terrore concussa, nan tam solo quam polo fœlicem partum effudit. Cumq; beatus Euagrius Philippensium venerandus antistes, declamator insignis tunc temporis, in vrbe Naturensi laxaret retia in capturam, & super partu reginæ fama totam percurreret ciuitatem, publice coram omni populo sanctus

titudine peregrinorū, in ipsam ecclesiam, tum ex oppidis Tricassinæ diœceseos, tum alijs finitimis locis confluentium, inuisuntur & pia veneratione afficiuntur.

respondit episcopus: Deus fecit, Deus dedit vnde bene & vere Helena nuncupata est, vniuersis autem clamãtibus ad S. Euagrium pro tẽpore siccitatis, nõ enim pluerat Dominus super terram mensibus sex, natam infantulam tota sequenti nocte cum populo supplicante sub diuo iacere præcepit, factoq; mane respexit Dominus populum suum inundantibus pluuijs sic totam inebrians vndiq; regionem, vt ne vna quidem guttula cunas Helenæ contingere præsumpsisset. Segregauit enim Dominus pluuiam voluntariam hæreditati suæ, visoque tanto miraculo, non defuit vnus de populo, qui non illud dauiticũ gaudentibus lachrymis cum B. Euagrio decantaret. In matutinis Domine meditabor in te, quia factus es adiutor meus. Mox B. Euagrius arreptis propria manu ligone & cophino, in loco ipso vbi cuna resedit infantulæ, primus fodit dicens. Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina Cuius exemplis & monitis vniuersi & singuli prouocati, paucis diebus præclaram ecclesiam construxerunt. Sane contigit vt præfixa encæniorum die, adesset & regina Helenam gestans in vlnis, cumque populus confabularentur & secum quærerent ad cuius esset sancti honorem & gloriã dedicanda, & res diu sub hac ambiguitate penderet, infantula Helena gracili voce exclamauit & geminando dixit, Mariæ, Mariæ, quod audientes comprouinciales episcopi

tantæ ſolemnitatis gratia congregati, benedixerunt deum qui ex ore infantium & lactentium perfecit laudem,& reginæ cęlorum ſalutationem angelicam offerentes, eccleſiam in ipſius nomine cum magno gaudio dedicarunt. O mira diuinæ virtutis operatio in paruulis, Sanctæ quippe dedicationis officia ſicut moris eſt ſancti pontifices diutius protraxerunt, & tamen fœlix infantula illo tractu temporis nec more puerili fleuit, nec vagitum edidit nec mammas ſuxit, ſed tãquam eſſet eccleſiaſticis officiis iam intenta, donec omnio modo ſolito complerentur quieta,& pacifica,& ieiuna permanſit. Iam B. Helena bimatum luſtrumque peregerat,cum rex Agiel maiores regni conuocauit apud Corinthum ad ſolemnitatem penthecoſtes honore debito celebrandam. Rex autem qui filiam tanque vnicam multo paterno diligebat affectu vt pote per quam Deus mirabilia faciebat, & in qua quædam totius ſanctitatis præludia relucebant, ipſam cum matre tantæ diei ſolemniis intereſſe præcepit, arbitratus ex earũ abſentia nimis celebritati detrahi & ex præſentia multum addi quod poſtea rei probauit euentus.Tunc vero ſanctam ſedem Corinthiorum tenebat auunculus meus Auriſius litteratiſſimus, ad cuius pedes ſedimus,meque & te mundanis & catholicis imbuit diſciplinis, cui poſt deum ſicut noſti debemus ſi quid ſapimus aut valemus.Porro iam fuerant enarratæ laudes Domini &

virtutes eius, & mirabilia eius quæ fecit per infantulam gloriosam. Qui cum reginæ & filiæ iocundum præsensisset aduentum, ex feruore animi quo semper inarsit, tarditate non grauitate senis abiecta in occursum earum toto corde & corpore festiuus ac festinus aduenit. quas cum vigilia penthecostes vallatus senatoribus ciuitatis ad ecclesiam deduceret baptismalem, Helena magnatum manibus de curru deposita est, & sub vmbra palmæ speciosæ & fructiferæ reposita, quam sepe sæpius ante fores ecclesiæ aspexisti. Ad quam cum Helena more puerili dexteram eleuasset, nec pertingere potuisset, videntibus omnibus subito virtute diuina se palmæ ramusculus inclinauit, dulcique & victoriosæ virgini, maturo & dulci ministrato edulio in statum solitum cum integritate postea se erexit. Quod cum Aurisius episcopus propriis oculis aspexisset, fidem auditis, visa fecere miracula, & benedicens Deum qui se nequaquã à suo desiderio fraudauisset, psalmum illum dauiticum inchoauit dicẽs: Laudate Dominum de celis, laudate eum in excelsis, quem vsque ad finem omnes qui aderant cœlum pulsantes plausibus, corde & ore pariter decãtarunt Cumq; ipsa die celebraret Aurisius baptismi sacramentum ex præcepto regis ipsam Helenã baptizauit, & tũc Dño multiplicante miracula colũba de cœlo descendẽs, annulum aureum & gemmatum coram omni populo in digito Helenę in sig-

num suæ desponsationis proprio rostro defixit. Viuit adhuc Amandus diacon⁹ qui tunc astabat episcopo, qui se vidisse constanter affirmat & ramum se flectētem, & columbam desursum cum annu o descendentem: quam etiam humano motu se voluisse apprehendere, sed confestim ipsam euanuisse testatur. vidi & ego annulum, quem in summo honore Corinthiorum conseruat ecclesia, quem & tu sicut credo Rosari charissime, mecum vidisti gemma clarissima fulgurantem, cui similem non recolo me vnquam vidisse. qui proculdubio ex merito purissimæ virginis Helenæ tantæ virtutis esse dinoscitur, vt infixus digito carnis temperet incentiua: cuius rei testes sunt heremitæ & penitentes per vastas ægypti & græciæ solitudines habitantes, qui huius rei gratia cateruatim & frequenter Chorintiorum adeunt ciuitatem. Præterea cereus quem de manu episcopi pro baptizatorum consuetudine baptizata suscepit, licet ad diuina oblatus officia cōtinue arserit vigilia penthecostes & etiam tota die, nequaquam tamen vllum ex edaci flamma sustinuit detrimentum, sed instar rubi mosayci qui ardebat & non consumebatur, cum adhuc in crastinum præfatæ solemnitatis igne rutilante splenderet, curiositate sacristæ inuentus est in suo primo pondere & mensura. Sed & sancti anachoritæ Mellitus & Bobinus, qui de tua orti sunt ciuitate memorato crastino de antris deserti, Chorin-

tum venientes, per vicos & plateas ciuitatis cum multa constantia seminabant se vidisse in aere immensam dexteram choruscantem tecto baptisterij proximam super ipsam prędicta vigilia inter sextam & nonam ter crucis signaculum facientem: compertumq; est veraciter ipsam horam fuisse qua Helena sacro fonte renata est. Post hæc factum est vt Gratulia cum Helena qua numquam carere voluit, Philipensium adiret ciuitatem, ipso ita disponente cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur, vt tota Macedonia & virginis beneficia per affectum sentiret, & propensiori deuotione gloriam prędicaret; iam que duobus lustris bimatum addebat, cum eam dominus sequentibus miraculis illustrauit. Erant in itinere constitutæ, quando paupercula quædam Argiria nomine vt Philippenses testantur, accessit ad currum quo mater & filia vehebantur, rogans vt tantæ dominæ suam misericorditer respicerent egestatem. Da inquit Helena & dabitur tibi, da de fonte illo vt bibam, erat enim ibi fons clarissimus secus viam qui ex euentu illo argenteus appellatus est vsque in hodiernum diem. Tum Argiria ligneum calicem quem more pauperum, secum paratum habebat, diligenter ablutum & de fonte repletum, Helenæ præsentauit. Cumque Helena modicum degustasset, quod residuum fuit super lapidem cum ipso calice corruit & tinnitum dulcem & suauem edidit: statim que diuino

auro mirabiliter facto argenteo, tam conti-nente quam contento, Accipe inquit Helena quod tuum est & vade, Quod cum Argiria Philipensibus aurifabris ostendisset, inuentum est argentum, igne examinatum, piguitque pauperculam quod tam exiguo vasculo aquam de fonte hausisset. Erat autem & adhuc est sicut reor prope fontem pinus quædam, sub qua cum Helena meridianum somnum caperet, subito à dextris & à sinistris duo turtures affuerunt suarum ventilatione pennarum duplex obsequium virgini impendentes, quia & faciem refrigerabant ab æstu & muscarum importunitates abigebant à morsu. Super quibus Naugerius presẽtium portitor literarum facere tibi poterit fidem, qui de argento & turturibus memoratis veritatem quam tãquam viæ comes datus à rege nouit & vidit tibi poterit plenius & fidelius enarrare. Qui etiam memoratis motus miraculis, in laudem & memoriam beatæ virginis Helenæ, multæ pulchritudinis oratorium iuxta fontem argenteum propriis sumptibus ædificare concepit & incepit. A Philipensi ciuitate distabãt adhuc itinere diei vnius cum matri quærenti cur in cœlum caput erigeret, clara voce respondit, Audio sanctos Angelos animam B. Euagrii Philipensis episcopi ante conspectum diuinæ maiestatis cum hymnis & canticis deferentes. Erat autem hora matutina & sabbatum primum dominicæ in ramis palmarum. In qua

dominica cum Philippis venissent pro certo didicerunt prædictis sabbato & hora matutina sanctum Euagrium migrasse de seculo: cuius ea die expleuit officium Martinianus Cristopolitanus episcopus & processionem solemniter faciendo & verba vitæ fideliter predicãdo. Sane placuit Domino nostro Iesu Christo tunc quoque sua magnalia in beata virgine Philipensibus declarare. Quod si cuncta à fidelibus suggesta presenti opusculo duxerim inserenda, re vera sicut dicitur ex copia surget inopia & tantę numerositati fidem subtrahent qui fidei detrahunt christianæ. Testes sunt quotquot adhuc viuunt qui processioni dicta Dominica affuerunt, quod ramus quem de more Christiano puellula Helena ad processionem gestauit in manibus, ea peracta palam inuentus est ex floribus mala punica procreasse, è quibus Martinianus vnum accipiens manibus eleuatis aperuit, & ad laudem & gloriam sponsi & sponsæ grana rubea toti populo demonstrauit. Tunc vniuersi & singuli, clerici & laici, magni & parui, sani & infirmi, viri & feminæ ad episcopum currunt, manus porrigunt grana petunt, petita accipiunt, accepta pro benedictione degluttiunt & in omnipotentis dei laudes acclamant qui instar panum & piscium sic grana multiplicauit vt populo sufficerent vniuerso. Quot vero surdi, cæci, muti, claudi, paralitici, maniaci, & alii quibuscunque morborum generibus occupati

quos infecerat patriæ peſtilentia generalis; per ſumptionem granorum ſani effecti ſint, mihi quidem graue ſcribere ſed tibi præ amore virginis legere leue eſſet. Teſtatus eſt autem mihi Martinianns epiſcopus ore ad os, quod longo poſt tempore in tam populoſa ciuitate & locis vicinis nullus infirmus poterat inueniri. Nam tanta dei virtus emicuit ex illorum ſumptione granorum, vt & ægrotis ſoſpitatem redderet & validos in ſuo robore cõſeruaret. Porro Martinianus Criſtopolitanam eccleſiam cui pręerat nequaquam paſſus eſt tanto beneficio defraudari, ſed ramum cum pomis duobus à liberali virgine ſibi datum cum lætícia inenarabili ad ſuam tranſtulit ciuitatem, vbi propter datam celitus gratiam lętis deuotionis brachijs ſuſceptus eſt exultatione vniuerſæ terræ · ibiq; diuinam virtutem nequaquam loci mutatio minorauit ſed glorioſius exaltauit, nam ramus altari ſuperpoſitus vſque in hodiernum diem in ſua viriditate permanſit. Rex Agiel eo tempore tantum dolorem dentium ſuſtinebat vt maſticare & ſomnum capere non valeret, ſecumque recogitans ait, oportet me filiam viſitare ſi forte patri ſubueniat quæ ſubuenit alienis. Si quid poteſt in hac parte mouebit eam & dolor meus & filialis in patrem affectus, & cum eum ne filiam viſitaret ardua regni negotia detinerent nimia tamen doloris acerbitas quieſcere non permittẽs ipſum ad filiam impellebat, cuius be-

neficia tota iam Grecia prædicabat. Re vera ipsã vocare ad se posset si vellet, sed propter sexus fragilitatem & ætatis teneritudinẽ verebatur tanquã vir prouidus & discret⁹. Sed & alia ratio dissuada vocationis non minor sed amplior erat. Videbat enim quod vocare auctoritas, accedere humilitas esset & in hanc partem animũ potius inclinabat, quod à Deo salutem facilius impetraret, humilitas quam maiestas, & laboriosum quam ociosum maturiori remuneratione donari. Igitur iam prę doloris angustia facie tumescente iter arripit, & si per Dei gratiam optatam adeptus fuerit sanitatem, imminentem solemnitatem paschalem plenius & iucundius celebrare deliberat cum regina & filia in vrbe Philippensi. mira res, ipsa die qua iter aggressus est, Helena matri suæ cunctæque familiæ & patris aduentum prædixit, & genus morbi non tacuit: oransque ad Dominum cum clamore valido & lachrymis in omnibus exaudita est pro sua reuerentia, nec ab oratione surrexit donec angelus mapulam lineam qua caput virginis tegebatur arripiens, oculos & genas ipsius pio detersit obsequio dicens. Sponsa Christi flere noli. Postulasti & impetrasti. Rex pro rege me misit. Statimque angelus domini ad regem diuina transuolans potestate predictam mappulam virgineis lachrymis madefactam super tumentem regis faciem proiecit dicens. Sanent te lachrimæ filiæ tuæ. Et sanatus est rex

ex illa hora. Cumque ad filiam peruenisset mappulã suam restituit ei dicens. Vide mappula tua sit an non ? Quod audientes clerus & populus ciuitatis mappulam cum immenso gaudio & honore ad ecclesiam detulerũt, quæ vsque in hodiernum diem duplex confert beneficium piedeosculantibus eam:quia & patientibus mitigat dolorem dentium ,& penitentibus fontem aperit lachrymarum: mosque in illa ecclesia inoleuit vt nullus ad Eucharistiam nisi per mappulam accessus habeatur vt ita carnes agni cum lactucis agrestibus comedantur. Vir nobilis & fide dignus Maurus quem bene nosti mecum apud Constantinopolim commorans constanter affirmat, quod quadam die solemni aderat in Philippensi ecclesia quando populus in signũ deuotionis & ob fructum compunctionis dabat osculum mappulæ memoratæ, cumque quidam tanquam sciolus vana esse diceret quę de virtute mappulę ferebantur , indignatus custos Apulius vellet nollet Maurus eadem tetigit vultum eius, ex qua re subito per compunctionis gratiam visitatus protinus lauit lachrymis culpam cordis & oris & fortiter tundens pectus & buccam , quod dixerat vanum esse asseruit,verum illo hæc operante cuius flat spiritus & fluunt aquæ.De Alphibo Iracliensis prouinciæ Preside & vidisti & sensisti quanta mala intulerit ecclesiis Dei , qui indiferenter & passim res ecclesiasticas occupabat sicut leo rapiens
& rugiens

& rugiens,& iudicia Dei auferens a facie sua. Qui etiam in sanctum Algasium Iracliensem Episcopum manus sacrilegas extendere non expauit,& innocentem eius sanguinem sine causa damnauit, mordens,rodens, & detrahens fidei christianæ. Qui cum aliis quibusdam vastatis ad spoliandam Philippensem ecclesiam captata regis Agielis absentia diuertisset,& in hoc totius nequitiæ & fraudis suæ arma acueret, Dominus iustus iudex in cuius manibus vigilabat iugum iniquitatum suarum nequaquam vltra sustinuit bestiam in ecclesias debacchari,sed Helenæ callosis genibus & quotidianis inductus gemitibus & lamentis,confregit in virga ferrea dentes eius. Quos cum in pauimento ecclesiæ cum lingua dolosa pariter vomuisset, infelicem etiam spiritum exalauit, Deo mirabiliter operante,vt tunc Philippensis ecclesia decantaret dicens. Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa dentes peccatorum contriuisti. Tyrannica igitur rabie per arma Helenæ lachrymas videlicet & orationes miraculose prostrata,cum post excessum sancti Euagrij Philippensium sedes vacasset mensibus tribus & septem diebus,de subrogando Pontifice sermo coram rege habitus est & in longum protractus. Multis ergo sicut moris est nominatis,tandem in duos vota omnium residebant,sed de duobus vter esset melior hæsitabant. Quibus in medio constitutis Cleto videlicet alienigena & An-

drosio Spigacẽsi omnium oculi in Helenam intendebant eius sententiam expectantes, vt pote per quam spiritum sanctum & operari & loqui iam satis certum fuerat & expertũ. Tum clara voce respondens, rapiatur inquit qui sancto Euangelio & cilicio se armauit. Rex ergo Helenam diuinitus elocutam attendens & sua regali auctoritate ad sinum Cleti manum extendens, & asperitatem sensit cilicii, & de sinu eius protulit euangelium sancti Marci dicens. Iste est quem elegit Dominus in sacerdotem sibi, qui cõmissas oues et pœnitẽtię pascat exemplis et sancti euangelii disciplinis. Tandem tot & tantis miraculis & beneficiis lætificato populo Philippensi, & rege alias diuertente, regina & filia ad Naturensem redeunt ciuitatem quę super alias ciuitates reginæ animum inuitabat ad residentiam inibi faciendam. Quarum aduentu præcognito in vrbe Naturensi factus est concursus omnis ætatis & sexus, precedentes & subsequentes letabundis acclamationibus applaudunt non tracti vt quandoq; assolet superiorum timore, sed liquefacta potius charitate, non reginæ sed Gratuliæ, non regis filiæ sed Helenæ precordialem reuerẽtiam exhibentes. Paulo post mixtus fuit risus dolore & luctus extrema gaudii occupauit, eo quod regina quartano incommodo desperabiliter arctabatur. Vocantur medici, vocati veniunt, venientes salutem promittunt. Sed & Helena diuinorum conscia secreto-

rum vere inquit acccipiet benedictionem à domino & misericordiam à deo salutari suo, & quæ modo sub tanta laborat angustia in proximo requiscet in pace. Quæ verba quidem non sine lachrimis protulit, sed affectu filiali matri compatiēs deducebat quasi torrentem lachrimas per diem & noctem, & non tacebat pupilla oculi sui. verum in cōspectu matris ne fortius exasperaret dolorem, lachrimas egredi prohibebat sed eo amplius torquebatur interius quo cautius erumpentes reprimebat singultus. Tota etiam ciuitas luxit & exuit se vestibus iocunditatis cōmuni plangens merore, quod communi amplectebatur amore. Denique perceptis Eucharistiæ & vnctionis extremæ sacramentis, & prout reginam decebat solemni condito testamento salutata & osculata filia de hac luce immo de hac caligine migrauit ad lucem. Cuius Helena saluti congaudens, nec acrosos vt assolet plāctus emisit nec muliebri modo se habuit, flente vberius populo vniuerso, ipsa à lachrymis temperauit eo quod non amisisset sed potius præmisisset matrem suam. Nec fleuit defunctam quam prius fleuerat ęgrotantem. Cuius exequiis de more celebratis & corpore tradito sepulturæ, cum rex postea die tertio aduenisset & inconsolabiliter de morte reginæ doleret quam ita amabilem inuenerat & fidelem, subito lapsa est vox de celo dicens. Noli flere rex noli quia Grafulia lucidissimā mansionem inuenit quam tibi &

matri sancta filia preparauit, amodo enim iã dicit spiritus vt requiescat à laborib' suis. Opera enim eius secuntur eam. Satiatus ergo rex ab vberibus consolationis huius, tandem quadam lucta luctum cõpescuit & merore palustres oculos cũ purpura desiccauit.

DE FVNDATIONE ECclesiæ B. Mariæ de Lireyo Tricassinæ diœcesis.

FRossartes primo historiarum suarum volumine, capitibus 150. 151. & 152. fuse & prolixè commemorat, illustris & generosi equitis Gaufridi Charniensis consilium, quo tentauit Caletum vrbem, quam eo tempore nempe anno 1348 Angli occupabant, in ditionem & potestatem galliæ regis reducere, verum hoc infeliciter ei successit: cum enim ad suscepti exequutionem se accingeret, ab anglis ipsis astu & proditione cuiusdã Itali captus est, non mediocri regis anglicani lætitia, qui Gaufridi virtutem bellicam sæpius magno rerum suarum detrimento expertus fuerat, eumque mox in strictam custodiam conijci iussit in Caletano castro: vbi cum ipse Gaufridus (vt nonnulla antiqua ecclesiæ de Lireyo monumenta referunt) graui animi anxietate angeretur, quod rex angliæ eum pecuniaria redẽptione liberari prorsus ab-

nueret, ad diuinam opem & præsidium confugit, deipara virgine intermedia sibi adscita voto sese obstringens construendæ eius nomini basilicæ, si è dicta custodia eductus pristinam libertatem recuperaret. is cum votum emisisset, statim sub humana specie duo angeli ei apparuere, qui cum prius sciscitati essent, an votum quo se obligarat persolueret, firmusque & constans in eo persisteret, iteratoque ex animo & repetito voto, actutum carceris fores ei diuinitus patuerunt, & à dictis angelis armis decenter circumcinctus equoque generoso donatus, ita expeditus adiunxit se Anglicis copijs, quæ extemplo è Caletana ciuitate in prælium cum nonnullis Gallis qui propius ad eam vrbem accesserant, exiuerunt. Ibi acriter pugnatum, & in ipso conflictu dictus Gaufridus, Deo ita volente & disponente, in manus incidit Gallorum, à quibus cognitus, benigne & alacriter susceptus est, cunctis ad tanti miraculi relationem non tam mirantibus quam stupescentibus, quodquidem alibi scriptum non offendi. Verum enimuerò, siue factum siue fictum sit miraculum præsignatum, liquidò constat, præfatum Gaufridum, peculiari quadam deuoti animi religione in sacram virginem affectum fuisse, quam cum piè coleret & veneraretur, ecclesiam eius nomini consecratam non multo post carceris euasionem excitandam procurauit in oppi-

dulo de Lireyo cuius erat Dominus, tribus leucis ab vrbe Tricassina dissito, eamq; tantis reditibus locupletauit, quanti canonicis qui ibidem diuini officij munus in perpetuum obirent sustentandis, erant suffecturi: tum vt voti obligatione se exolueret, tum etiam in memoriam tam admirandi è custodia exitus sempiternam, cuius tamen, humilitatis fortasse & modestiæ causa, nullam mentionem facere voluit in his literis quas ad dictæ ecclesiæ institutionem conscribi conficique voluit. Ille autem Gaufridus triennio post ipsam fundationem, in memorabili sed Galliæ maximè funesto Pictauiensi conflictu, regium militare vexillum gestans, interfectus est, vt testatur memoratus Frossartes cap. centesimo sexagesimo quarto iam citati primi voluminis. Verum operæ pretium censeo, huc ad verbum adtexere plenum integrumque exemplar literarum dictæ institutionis, quod ex archetypo excripsi. Præmittam tamen & monebo syndonem seu sudarium quoddam, in quo Christi seruatoris effigies impressa conspiciebatur, olim in prænotata Lyrensi ecclesia asseruatum fuisse, ex quaquidem eductum est anno millesimo quadringentesimo decimo octauo ab Humberto Comite de Rocha & de Villari sexel in Bisuntina diœcesi, qui Margaretam de Charneyo filiam Gaufridi Charniensis, filij antedicti Gaufridi (sæpedictæ ec-

Fut occis Monseigneur Geofroy de Charny, la Banniere de France entre ses mains Froissard.

clesię de Lireyo auctoris & institutoris coniugem habebat, & ab eadem Margareta datus Ludouico Sabaudiæ duci, vt perspicuè patet & innotescit ex literis eiusdem Ludouici huius concessionis & translationis indicibus, quarum exemplar cum prototypo per Officialem Trecensem anno millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo collatum eiusque sigillo munitum, & à tribus notarijs apostolicis subsignatum, etiamnum extat in archiuis præsignatæ ecclesiæ de Lireyo, cuiusquidem exemplaris exscriptum, ad calcem literarum prædictæ institutionis adsuemus, quæ literæ sic habent.

PRIMARIA CHARTA fundationis ecclesiæ B. Mariæ de Lireyo Tricalsinæ diœcesis.

IN nomine Domini, Amen, Vniuersis & singulis Christi fidelibus præsentes literas seu præsens publicum instrumentum inspecturis & audituris, Gauffridus de Charneyo Dominus de Sauuoisseyo Lingonensis & de Lyreyo Trecensis diœcesis miles salutem in Domino qui est omnium vera salus. Cum nos volentes & intendentes diuinum ampliare cultum, & ipsum diuinum cultum augmentando

quandam ecclesiam siue capellam ad honorem summæ & indiuiduæ Trinitatis & gloriosissimæ & intemeratæ Dei ac Domini nostri Iesu Christi genitricis Virginis Mariæ, & potissime ac specialiter Annunciationis dominicæ, de bonis nostris temporalibus proprijs à Deo & domino nostro Iesu Christo nobis collatis, in nostro solo & patrimonio proprio in villa nostra de Lyreyo prædicto ob nostræ parentumque, amicorum & benefactorum nostrorum & aliorum quibus tenemur ac teneri possumus, ad perpetuam rei memoriam remedium & salutem animarum construxerimus & fundauerimus, ac construi & fundari fecerimus. Nouerint vniuersi supradicti, quod nos nostro & heredum ac successorum nostrorum nomine, ac pro nobis & eisdem hæredibus & successoribus nostris & ob nostræ parentumque amicorum, & benefactorum nostrorum, ac aliorum omnium & singulorum quibus tenemur & teneri possumus quoquomodo animarum remedium & salutem, dictam ecclesiam siue capellam nostram coram Notario siue Tabellione publico, tanquam coram persona publica & testibus inferius nominatis dotauimus & exnunc inantea dotamus perpetuo, ac etiam dotauisse per præsentes confitemur spontanêe non coacte scienterq; & prouide, absq; vi metu fraude vel dolo sed ex nostra mera liberalitate voluntateq; & donatione, ac maturo & deliberato proposito, interuenientibus in hac parte, de ducentis & sexaginta libratis terræ, seu annui & perpetui reditus exitusque & prouentus turonens. paruorum seu ad paruos Turonenses per nos aut hæredes,

vel successores seu executores nostros erga & per illustrissimum ac serenissimum Principem D. nostrum D. Regem Franciæ & alios quoscumque à quibus fuerint admortisandæ bonorum nostrorum propriis sumptibus & expensis citius quam commode fieri potuerit admortisandis, & admortisari procurandis in eo casu videlicet in quo nos ad vitam nostram ac nobis agentibus & viuentibus in humanis, ipsas ducentas & sexaginta libratas terræ, seu annui & perpetui redditus exitusque & prouentus erga, & per D. Regem prædictum, aliosque à quibus admortisandi fuerint vt præfertur non procuraremus admortisari. Quasquidem ducentas & sexaginta libratas terræ seu annui & perpetui redditus, exitusque & prouentus dictorum paruorum tur. admortisandorum & admortisari procurandorum ob diuini cultus augmentum & ex causa prædicta ecclesiæ siue Capellæ nostræ, ac Decano & Capitulo seu canonicis ipsius ecclesiæ de quibus inferius fit mentio, ac eorum successoribus in eadem ecclesia siue Capella nostra per nos ac hæredes & successores nostros ponendis & instituendis & qui in ipsa ecclesia siue capella nostra temporibus successiuis fuerint instituti, spontaneus non coactus vt supra mittitur, coram prædicto Notario seu Tabellione publico tanquam coram persona publica & testibus scriptis, dedimus, donauimus, contulimus, concessimus, dimisimusq; ac in perpetuum quittauimus & exnunc inantea perpetuis temporibus damus, donamus, conferimus, concedimusq;, dimittimus ac quittamus, ac nos dedisse, donauisse, contulisse, concessisseq;,

& perpetuo quittauisse per præsentes confitemur donatione, concessione ac quittatione perpetua & irreuocabili facta inter viuos sine spe seu intentione donationem concessionemque & quittationem perpetuam huiusmodi imposterum aliqualiter reuocandi seu repetendi, vel etiam reclamandi, eisdem ecclesiæ seu capellæ nostræ ac Decano & capitulo seu canonicis ipsius ecclesiæ qui pro tempore fuerint vt præfertur ac suis successoribus melius et vtilius quam fieri valebit, perpetuis temporibus conuertendi, applicandi, assignandique & assedendi in dotem prædictam ab eisdem Decano & capitulo seu Canonicis dictæ ecclesiæ nostræ qui pro tempore fuerint successiuo, leuandi, percipiendi, recolligendi, obtinendiq; & assedendi in dotem predictam ab eisdem decano & Capitulo siue Canonicis dictæ Ecclesiæ nostræ qui pro tempore fuerint successiuo, leuandi, percipiendi, recolligendi, obtinendique & habendi ac inter ipsos distribuendi, pro vt inferius videbitur declaratum integraliter ac ad plenum singulis annis perpetuo in ac super omnibus & singulis quibuscumque fructibus, exitibus, reditibus, prouentibus, iuribus, obuentiis & reditibus perpetuis qualibuscumq; dictis ac nuncupatis omnium & singulorum quorumcumque hæreditagiorum nostrorum ac totius terræ nostræ, atq; nostri patrimonij in quibusuis locis rebusque & bonis situantur & existant, sub tamen modis, conditionibus & formis inferius declaratis, ac etiã annotatis, videlicet in eo casu in quo nos dictas 200. & 60. libratas terræ seu annui perpetui reditus, exitusque & prouentus alibi quam super dic-

tis fructibus exitibus , reditibus prouentibus , iuribus, obuentibus & reduentijs dictæ terræ nostræ ac dictorum nostrorum hæreditagiorum prædicti nostri patrimonij dictæ ecclesiæ seu Cappellæ nostræ ac decano & Capitulo siue Canonicis eiusdem non assignauerimus & assederimus seu non duxerimus assignandas ac etiam assedendas , quod nobis & penes nos tenore præsentium retinemus ac etiam reseruamus. Volumus autem & tenore præsentium ad perpetuam rei memoriam ordinamus de ac super negocio supradicto , & ipsum per partes infrascriptum diuidendo in modum qui sequitur , & in formam Et primo videlicet , quod ex nunc inantea perpetuo sint in Ecclesia seu cappella nostra prædicta sex Canonici perpetuis ibidem temporibus perpetuo præbendati, quorum sex canonicis & aliorum quorumcumque per nos vel alios in dicta ecclesia imposterum fundandorum , siue canonici vel cappellani aut clerici vel decanus existat , collatio ad nos & successores nostros Dominos de Lyreyo prædicto pleno iure spectet , prima tamen collatione fundatori extraneo reseruata, quorumquidem canonicorum vnus, præeminentiam seu personatum seu dignitatem perpetuo in dicta nostra ecclesia seu capella habeat decanatus. Item & quod cuicumque conferatur deinceps aliqua præbenda dictæ ecclesiæ , quod ipse cui collata fuerit, post collationem huiusmodi præbendæ sibi factam , statutis temporibus ad hæc aptis absque interpellatione quacumque se faciat & procuret infra annum à tempore collationis huiusmodi sibi factæ, ad sacerdotium , remoneri : Ita tamen quod nisi infra dictum

annum à tempore collationis huiusmodi sibi factę ad sacerdotium fuerit promotus, quod elapso anno & termino huiusmodi, ipso iure à dicta sua præbenda sit priuatus absque aliquo alio processu super hæc vlterius contra ipsum faciendo, nisi tamen manifeste ostenderetur & ostendere vellet se impedimentum legitimum in præmissis habuisse. Volumus insuper & ordinamus, quod in dicta nostra ecclesia exnunc inantea perpetuis temporibus sint vnus clericus matricularius perpetuo ipsius ecclesiæ, ac duo parui clerici choriales ac de choro eiusdem ecclesiæ existentes quodque decanus & canonici ipsius ecclesiæ supradicti, ac etiam dictus matricularius & parui clerici Choriales eiusdem ecclesiæ, continue debeant & teneantur in dicta ecclesia residere, & residentiam facere personalem. Ita tamen quod ipsi vel eorum aliqui seu aliquis, ab ipsa ecclesia recedere vel etiam se absentare nequeant, nisi duntaxat de licentia decani & Capituli prædictorum, ac eadem ab ipsis petita primitus & obtenta, ac ex certa & iusta causa super hæc interueniente, & vna cum his, quod dicti Decanus & Capitulum siue Canonici, matriculariũ & paruos clericos Choriales antedictos annuatim à suis officijs huiusmodi deponere, mutareque & destituere, & in eis reinstituere valeant pro vt sibi melius videbitur expedire. Item volumus & ordinamus, quod Decanus & Canonici matriculariusque & Clerici Choriales antedicti videlicet per aliquos de presbyteris canonicis & Clericis huiusmodi vnam missam de B. virgine Maria singulis diebus perpetuo hora matutinali in dicta nostra ecclesia submissa

voce tantum deuote, nec non prædicti Decanus & Canonici matriculariusque & Clerici Choriales magnam missam etiam diebus singulis perpetuo hora solita & debita, videlicet quasi hora tertia solemniter ac deuote in dicta ecclesia celebrare, ac in ipsarum ambarum missarum qualibet, excepto duntaxat in dicta magna missa diebus ac festis solemnibus memoriam specialem facere, videlicet vnam Collectam propriam de S. Spiritu quandiu viuemus, & post obitum nostrum de defunctis pro nobis & nostris successoribus ac cæteris fidelibus defunctis, & ob nostræ ac ipsorum successorum & aliorum fidelium defunctorum remedium animarum, dicere. Et insuper quod dictus Decanus, Canonici, Matriculariusq; & Cleri omnes & singulas horas Canonicas, secundum modum vsum & consuetudinem ecclesiæ Trecensis, diebus singulis perpetuo, videlicet Matutinas ante vel circiter ortum solis, siue de nocte, prout sibi melius videbitur expedire, & alias horas Canonicas horis solitis in ecclesia Trecensi in choro dictæ ecclesię nostrę solemniter ac deuote dicere, ac cantare debeant ac teneantur. Item volumus & ordinamus, quod quilibet Canonicus dictæ ecclesiæ nostræ, qui in singulis Matutinis dicendis & cantandis præsens in nostra ecclesia interfuerit à principio vsque in finem videlicet more fieri solito in ecclesia Trecensi 4. denarios tur. pro singulis Matutinis ratione distributionis suæ, nec non quod quilibet ipsorum Canonicorum qui personaliter interfuerit in qualibet magna Missa in ipsa nostra ecclesia celebranda, à principio vsque in finem scilicet more fieri solito in dicta Trecensi ecclesia pro suis distributionibus pro quali-

bet missa unum panem prabendalem ponderis panis prabendalis Trecensis ; ac unam quartam vini ad mensuram Trecensem & quod quilibet Canonicus prędictus,qui personaliter interfuerit in singulis vesperis in dicta nostra ecclesia singulis diebus decantandis, pro singulis vesperis duos denarios tur. pro suis distributionbus & quod quilibet dictorum Canonicorum qui personaliter interfuerit horis singulis Prima,Tertia,Sexta,Nona et Completorij,pro qualibet quinque horarum prædictarum pro suis distributionibus unum denarium tur. Item quod quilibet dictorum canonicorum singulis annis,de ac pro grossis fructib⁹,ac ratione occasione grossorum fructuum præbendæ suæ dicta nostra ecclesia 4. libras & 4. solidos tur. his terminis , & hoc modo videlicet in quolibet festo omnium Sanctorum 42. solidos tur. et in quolibet festo Annunciationis dominicæ alios 42. solidos tur. percipiat & habeat integraliter & ad plenum. Volumus tamen et ordinamus,ac nostræ intentionis existit, quod Decanus dictæ nostræ ecclesiæ qui pro tempore fuerit in omnibus & singulis distributionibus dictę ecclesię superius declaratis,dum tamen in missa & horis supradictis personaliter interesit ,necnon in grossis fructibus præbendæ dictæ ecclesiæ duplicem distributionem et portionem,ac etiam duplices grossos fructus dictarũ præbendarum unius Canonici percipiat & habeat perfecte & integre. Insuper vero volumus & ordinamus quod prædictus Matricularius qui pro tempore fuerit in ipsa ecclesia,campanas ipsius ecclesiæ pro missis & horis supradictis celebrandis & decantandis singulis diebus per se vel alium pulset in dictis missis celebran-

dis & horis supradictis omnibus & singulis decantandis singulis diebus et noctibus personaliter intersit ac interesse, & in dicta nostra ecclesia singulis noctibus continue dictam ecclesiam custodiendo iaceat & iacere debeat, ac etiam teneatur, de ac pro quibus premissis per dictum Matricularium, vt prefertur faciendis & ad quæ facienda tenebitur vt præfertur, volumus & ordinamus quod idem Matricularius sex denarios tur. singulis diebus perpetuo & in quolibet festo omnium Sanctorum 20. solidos tur. necnon in quolibet festo Annunciationis dominicæ alios 20. solidos tur. & in quolibet festo B. Ioannis Baptistæ alios 20. solidos in ecclesia nostra prædicta, de ac super prædictis reditibus & prouentibus perpetuo dictarum 200. & 60. librãtarum terræ annuatim perpetuo percipiat & percipere debeat integre & perfecte. Item volumus & ordinamus, quod quilibet paruorum Clericorum chorialium prædictorum dictæ nostræ ecclesiæ percipiat & habeat ac percipere & habere debeat in dicta ecclesia singulis diebus, quibus in dicta ecclesia intererit, videlicet de ac pro singulis matutinis, magnis missisq́ & vesperis quibus interfuerit singulos denarios turonenses, necnon de & pro alijs singulis horis Canonicis videlicet pro horis, Prima, Tertia, Meridianæ, Nonaq́ & Completorij singulos obolos tur. Item volumus & ordinamus per præsentes quod in dicta nostra ecclesia fiat luminare tale, videlicet de vna lampade olei in choro dictæ ecclesiæ singulis diebus ac noctibus perpetuo ardente, necnon de duobus cereis ac de duabus torchijs ceræ sufficientibus, & in duplicibus festiuitatibus ac solemnitatibus, de 4.

cereis in dicto Choro dictæ ecclesiæ horis Canonicis dictis cereis ac dictis torchijs in eleuatione Corporis Domini nostri Iesu Christi ardentibus, de ac pro quoquidem luminari de præmissis lampade torchijsq; & cereis modo prædicto, necnon pro fabrica ipsius ecclesiæ nostræ faciendis, volumus & ordinamus eisdem fabricæ & luminari applicari & conuerti annuatim perpetuo 22. libratas terræ, seu annui & perpetui reditus, exitusque & prouentus de prædictis 200. & 60. libratis terræ seu annui & perpetui reditus exitusque & prouentus ac eisdem fabricæ & luminari per Camerarium siue procuratorem dictæ nostræ ecclesiæ annuatim perpetuo tradi atque solui, vna cum omnibus & singulis oblationibus ad dictam ecclesiam faciendis & proueniendis quoquomodo. Volumus insuper & ordinamus quod omne quodcunque residuum dictarum 22. libratarum terræ seu annui & perpetui reditus exitusque & prouentus, ac etiam oblationum necnon residuum distributionum quotidianarum dictæ ecclesiæ, quas prædicti Decanus & Canonici ipsius ecclesiæ lucrati non fuerint, si quod sit, premissis tamen adimpletis in certo thesauro per dictos Decanum & Capitulum seu Canonicos ordinandum, de ac sub clauibus ipsorum Decani & Capituli siue Canonicorum custodiendum conseruetur, ac in & pro necessitatibus & vtilitatibus dictæ nostræ ecclesiæ applicetur, ac etiam conuertatur omnino. Item volumus & ordinamus *quod prædicti Decanus & Capitulum siue Canonici vnum de suis concanonicis eligant & ordinent Camerarium & Procuratorem suum, qui quidem Camerarius & Procurator, omnium bonorum redditumque*

ntinque prouentuum & exituum perpetuo dictæ ecclesiæ onus & curam habeat, atque gerat, ac suæ administrationis rationem dictis Decano & Capitulo siue Canonicis bis in anno quolibet videlicet in Vigilia festi Purificationis B. Mariæ Virginis, ac in Vigilia festi Natiuitatis B. Ioannis Baptistæ reddat & reddere debeat ac etiam teneatur, quodque ipse Camerarius siue Procurator pro suis pœnis laboribusque & salario in præmissis impendendis à dictis Decano & Capitulo siue suis Canonicis habeat & percipiat habereque & percipere debeat annuatim 4. libras tur. videlicet 40. solidos tur. in quolibet termino prædicto ac omnes & singulas suas distributiones ipsius ecclesiæ francas & liberas, quotiescunque ab ipsa ecclesia absens fuerit pro negotijs ecclesiæ memoratæ faciendis, procurandis, gerendisque & sustinendis, quiquidem Camerarius siue Procurator per se vel alium, aliorum suorum canonicorum dictæ ecclesiæ defectus in negotijs dictæ ecclesiæ procurandis & faciendis memoriæ commendare debeat ac etiam teneatur. Item volumus & ordinamus, quod prædicti Decanus & Canonici ac eorum successores singulis annis in crastino festi Annunciationis dominicæ tandiu quandiu vixerimus & vitam per Dei gratiam duxerimus duntaxat in humanis, vnam missam de S. Spiritu in dicta ecclesia solemniter ac deuote, et post obitum siue decessum nostrum vnam aliam missam videlicet de defunctis pro anniuersario nostro ob animæ nostræ remedium & salutem, singulis annis perpetuo in eadem ecclesia solemniter & deuote celebrent, ac etiam celebrare teneantur. Item volumus & ordinamus, quod dicti

Decanus & Canonici ac eorum successores, vnam missam de defunctis in anniuersario nobilissimæ quondam dominæ defunctæ D. Ioannæ de Thoucy olim vxoris et coniugis nostræ charissimæ & ob remedium ipsius defunctæ Ioannæ singulis annis perpetuo in dicta nostra ecclesia solemniter ac deuote celebrent ac etiam celebrare teneantur. Item volumus & ordinamus quod de prædictis annuis reditibus perpetuis exitibusq; & prouentibus 200. & 60. libratarum terræ distribuantur singulis annis perpetuo in die festi Annunciationis Dominicæ Decano Canonicis Clericisq; paruis Chorialibus et matriculario dictæ nostræ ecclesiæ 30. solidi tur. in hunc modum: videlicet illis dictorum Decani & Canonicorum Clericorum & matriculario, qui præsentes fuerint in matutinis ipsius diei in ipsa ecclesia decantandis 10. solid. tur. nec non illis ipsorum qui etiam præsentes in magna missa in ecclesia celebranda dicta die interfuerint, alij decem solidi tur. ac illis ipsorum qui dicta die in dicta ecclesia in vesperis ibidem celebrandis præsentes interfuerint, alij 10. solidi tur. Item volumus ac etiam ordinamus quod singuli canonici dictæ nostræ ecclesiæ, qui pro tempore fuerint in ipsa ecclesia in canonicos & in fratres & ad præbendam eiusdem ecclesiæ de nouo recepti, in sua receptione ad sancta Dei Euangelia iurent & iurare teneantur, quod ipsi tandiu quandiu in eadem ecclesia fuerint præbendati obedientes et fideles in licitis & honestis erunt nobis & nostris successoribus dominis de Lyreyo prædicto, necnon Decano & Capitulo ipsius ecclesiæ, ac honorem nostrum et successorum nostrorum, ac dictæ ecclesiæ facient & procurabunt,

& quod hoc idem iurare teneantur nostris successoribus de nouo intrantibus in terra de dicto Lyreyo. Et insuper quod ipsi omnes et singulas ordinationes suprascriptas, per nos factas & habitas ac etiam faciendas, & alia statuta atque laudabiles consuetudines ipsius ecclesiæ pro posse suo tenebunt & inuiolabiliter obseruabunt. Item volumus & ordinamus, quod dicti Decanus, Canonici, matricularius et Clerici non possint interesse in ecclesia antedicta celebrando missam prædictam siue decantando horas canonicas antedictas sine habitu, videlicet supellicio et almucia, imo quod ipsi à die Paschæ vsque ad festum omnium SS. in supellicio & in almucia nigra, & á festo omnium SS. vsque ad Pascha in Cappis nigris secundum modum ecclesiæ Trecensis in dicta nostra ecclesia celebrandis & decantandis missam & horas prædictas habeant & intersint. Item volumus et ordinamus, quod quilibet canonicus in dicta ecclesia de nouo receptus iurare teneatur quod ipse soluet dictæ ecclesiæ 40. solidos tur. infra mensem à die suæ receptionis computandum. Item volumus & ordinamus, quod quilibet Canonicus de nouo receptus domum sui prædecessoris vel aliam capitularem emere teneatur pretio competenti, cuius pretij medietas in vtilitatem dictæ nostræ ecclesiæ conuertatur, & alia medietas ipsius pretij dictæ venditionis anniuersario illius cuius domus vltimo fuit conuertatur & applicetur. Item volumus & ordinamus, quod pro dictis 200. & 60. libratis terræ, seu annuis & perpetui reditus exitusque & prouentus prædictæ ecclesiæ nostræ ac Decano & Capitulo eiusdem qui pro tempore fuerint ex causis superius declaratis, per nos

aut hæredes vel successores nostros assignatis, quod dicti Decanus & Capitulum ac eorum successores, per se vel per Camerarium seu procuratorem suum eorum nomine ac pro ipsis easdem 200. & 60. libratas terræ seu annui & perpetui reditus exitusque & prouentus extunc inantea perpetuo et successiuis temporibus, petere, exigere, recipereque & leuare ac super præmissis omnibus & singulis, & ea tangentibus & dependentibus, ex eisdem agere & experiri, omniaqne alia & singula facere, quæ verus & legitimus Procurator in rem propriam constitutus, ac veri domini, in de ac super re propria sua facere possunt & debent tam de consuetudine quam de iure valeant pacifice libere & quiete absque impedimento seu contradictione quibuscunque interueniente in hac parte. Promittentes pro nobis ac hæredibus & successoribus nostris Notario seu Tabellioni publico infrascripto, tanquam personæ publicæ solemniter ac legitime stipulanti & recipienti ad opus dictæ ecclesiæ seu Capellæ nostræ ac eius Decani & Capituli seu Canonicorum prædictorum qui pro tempore fuerint omniumq; aliorum & singulorū quorum intererit & poterit quomodolibet interesse bona fide et per fidem nostram super hoc a nobis in manu dicti Notarij seu Tabellionis publici infrascripti corporaliter præstitam, quod nos per nos aut hæredes vel successores nostros vel executores, prædictas 200. & 60. libratas terræ seu annui & perpetui reditus exitusque & prouentus paruorum tur. nostris proprijs ac bonorum nostrorum sumptibus & expensis ab illis et erga illos omnes ac singulos quorum interest & poterit interesse, quam citius commode poterimus, procurabi-

mus admortisari, quodque contra præmissa omnia et singula pro vt superius per ordinem sunt diuisa & ordinata non veniemus seu venire faciemus per nos vel alium seu alios aliqualiter in futura tacite vel expresse, imo eadem premissa omnia & singula ex-nunc inantea perpetuo rata grata & firma habebimus tenebimusque & inuiolabiliter obseruabimus sub pœna & restauratione omnium & singulorum dampnorum deperditorum, expensarum, missionum testamentorum & interesse quæ & quæ dicti Decanus et Capitulum siue Canonici aut eorum successores qui pro tempore fuerint successiuo, facerent, sustinerent, incurrerent quomodo libet vel haberent ratione & occasione premissorum vel alicuius de eisdem modo & forma prædictis minime completorum seu etiam obseruatorum, super quibus dictis Decano & Capitulo siue Canonicis aut eorum certo nuntio vel mandato seu procuratori stare & credere promittimus solo & simplici iuramento, absque aliqua alia probatione, super hoc facienda seu etiam requirenda, & pro premissis omnibus & singulis ex parte nostra & hæredum & successorum nostrorum firmius & securius faciendis complendisque & inuiolabiliter obseruandis nos pro nobis ac nostris hæredibus et successoribus antedictis prædictæ ecclesiæ seu Capellæ ac dictis etiam Decano & Capitulo siue Canonicis qui pro temoore fuerint, nos ac hæredes et successores nostros ac omnia et singula quæcunque bona nostra ac dictorum hæredum & successorum nostrorum mobilia & immobilia, præsentia & futura vbicunque sint & poterunt inueniri, specialiter & expresse per præsentes obligamus

ac iurisdictioni & cohærtioni illustrißimi Principis D. nostri D. Regis Franciæ ac iustitiæ & iudicio quorumcumque ac etiam Curiæ Trecensis & cuiuscumque alterius iudicis competentis ecclesiastici vel secularis quam vel quem dicti Decanus & Capitulum siue Canonici aut eorum procurator adire maluerint supponimus submitimus penitus et expresse per quos , ac eorum singulos ad premissa omnia & singula tanquam de re cognita & adiudicata faciendum & adimplendum per excommunicationis sententiam ac bonorum nostrorum hæredumque & successorum nostrorum captionem venditionemque & explectationem modo & forma melioribus quibus fieri poterit cogi & compelli volumus & per præsentes ordinamus. Renuntiantes in hoc facto specialiter & expresse pro nobis nostrisque hæredibus & successoribus antedictis omni priuilegio fori Chori & Crucis exceptioni doli mali & fraudis rei modo predicto non gestæ, omni vsui consuetudini et statuto loci & patriæ , omnique iuris auxilio Canonici & ciuilis nouarum & antiquarum constitutionum ac restitutionis in integrum beneficio, condictionique in debiti & sine causa vel ex iniusta causa actionem in factum appellationis, remedij, petitionis & oblationis libelli iudicum deliberatorum omni tempore feriarum meßium vindemiarum conuentus iudicum & locorum ac omnibus & singulis quibuscumque gratijs indulgentijs priuilegijs & literis ab apostolica sede, seu Domino Rege Franciæ aut alijs quibuscunque principibus prælatis vel iudicibus sub quacunque verborum forma conceßis & imposterum concedendis ac omnibus & singulis quibuscunque exceptio-

nibus, deceptionibus, defensionibus, allegationibus, cauillationibus, rationibus, literis, & cæteris auxilijs iuris facti, loci & temporis quæ contra præsentes literas seu factum in eisd m contentum dici possent seu opponi quomodolibet vel obij i quas non expressas ibidem haberi volumus pro expressis & specialiter iuri dicenti generalem renunciationē in spiritualibus non valere. In quorum omnium & singulorum premissorum testimonium & euidentiam pleniorem, sigillum nostrum magnum proprium vna cum signo & subscriptione Notarij seu Tabellionis publici infrascripti qui premissis omnibus & singulis dum per nos modo fierent & ordinarentur supradicto presens interfuit, præsentibus literi seu presenti publico instrumento ad perpetuam rei memoriam duximus apponendum. Datum & actum in ecclesia seu Capella nostra prædicta, Anno Dom. 1353. die Iouis ante festum Natiuitatis B. Ioannis Baptistæ, mensis Iunij 20. indict. 6. Pontificatus S. in Christo Patris ac D. Innocentij diuina prouidentia Papæ 6. anno 1. Præsentibus venerabili & discreto viro magistro Ioanne de Superarcus Decano ecclesiæ S. Vrbani Trecensis, necnon discreto viro D. Ioanne Nicolai de Belna Canonico ecclesiæ B. Mariæ in valle pruuinensi, Ioanne de Centenagris, Stephano benedicti Clericus, nobili viro Guillelmo bnigneti de Seneueto Armigero & pluribus alij fide dignis ad premissa vocatis testibus specialiter & rogatis. Actum vt supra.

Ego Iohannes de Leodio alias de S. Andrea Clericus publicus apostolica & imperiali auctoritate notarius, quia præmissis omnibus & singulis, dum modo fierent &

ordinarentur predicto presens interfui, vna cum testibus prædictis ideo presens publicum instrumentum inde confectum quod per alium scribi feci ac legitime occupatus & in quo manu propria, hic me subscripsi in hanc publicam formam redegi signoque meo solito vna cum sigillo prædicti Gaufridi militis signaui rogatus & requisitus in testimonium veritatis eorumdem premissorum. *Additum est signum manuale dicti Io. de Leodio.*

A Tous ceulx qui ces presentes lettres verront & oront. Guillaume Staise Garde de la Preuosté de Paris Salut, Sçauoir faisons, que pardeuant Raoul du Iardin & Martin le Pietel Clercz Notaires Iurez du Roy nostre Seigneur, estably de par icelluy Seigneur en son Chastellet de Paris, pour ce fut personnellement estably. Noble homme & puissant Monseigneur Geoffroy de Charny Cheualier Seigneur de Sauuoisy & de Lirey, afferma en bonne verité que desia pieca il auoit & à fonde vne Chappelle ou Chappeleine en sa ville de Lyrey ou diocese de Troyes, à la fondation de laquelle Chappelle, iceluy Monseigneur Geoffroy auoit & à faict plusieurs institutions, & ordonnances, si comme lesdictz Clercz Notaires Iurez le virent plus aplain estre contenu en vng instrument publique ou lettres séellées du grand séel dudict Monseigneur Geoffroy & signées de seing de tabellion publicque, si

comme il apparoit , parmy les quelles ces presentes sont annexées, les quelles lettres sont & demeurent & tout ce que dedans est contenu en leur force & en leur vertu, sans en riens amenrir ne appetier en aucune maniere, mais affin que la declaration & specification d icelles fundation & institution se puissent touz iours mieulx maintenir en perpetuité & selon ordre de droit & de raison iceluy Monseigneur Geoffroy de Charny de son bon gré de sa bonne volonté & de sa certaine science, voult ordena & declara que la collation des Chanoines, qui à present sont fondez instituez prebendez & beneficiez par luy en icelle Chappelle soit & demeure & successiuement en perpetuite apartiegne de plain droict sans aucun moyen, audict Monseigneur Geoffroy à ses hoirs & successeurs Seigneurs dudict lieu & aussy de toutes prouuendes Chanoineries Chappelleines Chantreries Vicareries ou quelcomques aultres benefices qui par luy ou par aultres ou temps present & aduenir y sont & seront fondez ou ordonnez. Pourueu toutes voyes que ce aucuns ou aucun estrangez ou estrangé ou aultres que luy y fondoient ou fondoit aucun benefice vng ou plusieurs quelconques, lesdictz estrangez fundeurs ou fondeur auroient ou auroit la premiere collation desdictz benefices ou benefice, qui par les dix estranges ou estrange y seroient fondez, & ledict Monseigneur

Geoffroy ou ses hoirs & successeurs auroiét ou auroit dilecques en appres à touz iours mais la collation d'iceulx benefices ou benefice successiuement Pourueu aussy & ordene que des Chanoines crez à present & prebendez en ladicte Chappelle ou à prebéder & créer ou téps auenir, par eulx ensemble d'vn commun accord assemblez en leur Chapitre par telle maniere & solemnité qu'il appartient & est accoustumé à faire en tel cas li vn deulx Chanoine de ladicte Eglise non dailleurs soit esleu nommé & dispute en Doyen, de ladicte Eglise & Chapitre en telle preeminance dignite & prelation comme il est accoustume ez aultres Eglises Collegiaux, ou diocese de Troyes, lequel Chanoine ainsy esleu disputé & nommé en Doyen de ladicte Eglise, par commun accord & assentement dudict Chapitre telles comme en tel cas appartient sera enuoye & presenté audict Monseigneur Geoffroy ou à ses hoirs & successeurs Seigneurs dudict lieu, toutes foys qu'il y seroit pourueu de Doyen nouuel, & ledict Seigneur ou ses hoirs & successeurs Seigneurs dudict lieu, sera & seront tenuz de le presenter pardeuers Monseigneur l Euesque de Troyes, qui est à present, ou qui pour le temps aduenir seront pour confermer ledict esleu oudict Dyenné, & luy commettre telle espirituante ou cure d'Ame comme audict Doyenné, & à ladicte Eglise peult & doibt appartenir,

Promettant en seurque tout & icelluy Monseigneur Geoffroy par son serment & par la foy de son corps pour ce corporellement baillée ez mains desdictz Clercz Notaires Iurez comme en nostre main à auoir & tenir ferme & estable à touz iours perpetuellement toutes les choses & chascune d icelle en ces lettres contenues & à non venir ne faire venir encontre, en appert ou en conuert par luy ne par aultres iamais nul iour au temps auenir, nonnobstant quelconques clauses ou ordenances à ce contraires qui pourroient estre contenues esdictes lettres, parmy lesquelles ces presentes sont annexées, & à rendre & payer tous coust despenetz & dommages qui faictz euz & soustenuz y seroient par la coulpe & deffault dudict Cheuallier. Qui pour ce ordena & soubsmis soy les hoirs tous ses biens & de ses hoirs meubles & non meubles present & auenir à iusticier par nous & noz successeurs Preuostz de Paris & par toutes autres iustices sous qui iurisdiction il seront trouuez pour ces lettres dutout entretenir & accôplir selon leur teneur, en tesmoing de ce nous à la relation desdictz Clercz Notaires Iurez aux quiez nous adioutôs pleniere foy en ces cas & en plus grandz auons mis en ces lettres le séel de la Preuoste de Paris, l'An de grace 1356. le Lundy 20. iours de May. Signé M. le Pietel & R. du Iardin auec paraphes.

LITERÆ TRECENSIS episcopi comprobatiuæ fundationis ecclesiæ de Lireyo.

VNiuersis presentes litteras inspecturis Henricus Dei & Apostolicæ sedis gratia electus confirmatus Trecensis salutem in Domino sempiternam. Noueritis quod nos visis & auditis litteris nobilis viri D. Gauffridi de Charneyo Domini de Sauuoisyo & de Lireyo militis, in quibus & per quas hec nostræ presentes litteræ sunt annexæ, ac earum tenore attento diligenter, attentis etiam deuotione & affectu dicti militis, quos erga diuinum cultum hactenus habuit & habet de die in diem. Volentesque huiusmodi cultum in quantum possumus ampliare diuinum, dictas litteras ac omnia & singula in eisdem contenta, declarata, & narrata tanquam rite & Canonice prout per legitima documenta fuimus & sumus informati, acta dataque & concessa ac etiam ordinata fuisse, laudamus ratificamus approbamus, ac in & super eisdem nostrum prabemus consensum auctoritatem & decretum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum litteris presentibus ad perpetuam rei memoriam duximus apponendum, Datum & actum in domo nostra de aquis nostræ diœcesis, Anno Domini 1356. die sabati 28. Mensis maij.

LITERAE LVDOVICI,

Sabaudiæ ducis, quibus agnoſcit ſe habere ſudarium, quod anteà in eccleſia de Lireyo ſeruabatur.

LVdouicus Dux Sabaudiæ, Chablaiſij, & Anguſtæ, ſacri Romani Imperij princeps vicariuſque perpetuus marchio in Italia Pedemontium princeps, Gebenenſis & Sungiaci Comes baroque vaudi & fontigniaci ac Niciæ Vercellarum faburgi dominus, vniuerſis modernis & poſteris rei geſtæ notitiam cum ſalute. Oblata nobis ſupplicatio pro parte venerabilium oratorum noſtrorum, Decani & Capituli eccleſiæ collegiatæ B. Mariæ de Lireio Trecenſis diœceſis in effectu continebat. Quod pridem agente in humanis, ſpectabili milite Goffredo de Charny Domino de Sauoiſy & dicti loci de Lireio, ipſe ſpectabilis miles pia deuotione motus, inter alias reliquias, per eum tunc collatas ipſi eccleſiæ, dedit & largitus eſt quoddam ſacratiſſimum ſudarium, effigiem ſaluatoris & redemptoris noſtri Ieſu Chriſti repreſentans, per decanum & Capitulum ipſius eccleſiæ per eum fundatæ tunc & in futurum exiſtentes cuſtodiendum, pro deuotione & ſalute animarum ipſius ac benefactorum eccleſiæ prædictæ, etiam vt ex illius cuſtodia eccleſia ipſa frequentius & libentius à Chriſticolis viſitaretur, & ipſorum eleemoſinis diuinus cultus vberius augeretur, Quodquidem donotiſſimum & colendum ſudarium metu guerrarum tunc ibidem vigentium, per decanum & Canonicos ipſius eccleſiæ pro tunc repoſitum extitit cuſtodiendum in manibus & poteſtate quon-

dam spectabilis militis Domini Humberti Comitis Rupis & Domini loci praedicti de Lireyo: qui morte praeuentus, illud spectabili Dominae Margaretae de Charny eius quondam vxori reliquit, quod exinde dicta Domina Margareta apud nos transtulit. Subiungentes praefati Decanus & capitulum, eorum praedictam ecclesiam, varia dampna & redituum atenuationem ex hoc sustulisse & presentialiter sustinere, Supplicantes hoc ideo, vt praemissorum consideratione, ipsum deuotissimum Reliquiarium sibi restituere, aut saltem oculos nostros, pie & misericorditer erga eos diuertere dignaremur. Pro qua re nobiscum tractanda, concordanda, & paciscenda ac concludenda, impresentiarum ad nos specialiter transmiserunt venerabiles viros Dominos Nicolaum de la Rotiere, & Ioannem Larrecier presbyteros dictae Ecclesiae concanonicos, à Decano & toto capitulo prementionato sufficientem potestatem circa haec habentes, confirmatam & obseruari promissam per R. in Christo patrem D. Ludouicum modernum Trecensem episcopum eiusque Officialem, constantibus tribus publicis litteris signatis & debite sigillatis, de quibus promptam & validam fidem fecerunt, easque penes nos reliquerunt. Nos itaque dux praefatus, audita eorum supplicatione praedicta, cupientes eosdem gratijs & fauoribus amplecti, vt perinde suas solitas orationes & deprecationes valeant continuare, imo etiam augmentare, in honorem S. & indiuiduae Trinitatis, & gloriosissimae virginis Mariae, ad cuius exultationem Ecclesia fundata extitit, vt praemittitur & ne ob remissionem seu translationem per antelatam quondam Domi-

nam Margaretam de dicto Sanctißimo sudario, vt prefertur nobis factam iacturam patiantur, pro que & syncero deuotionis zelo, alÿs etiam multis laudabilibus considerationibus animum nostrum quo ad hæc mouentibus, & quia sic fieri volumus & nobis placet, Dictis Decano & Capitulo ecclesiæ prædictæ collegiatæ de Lireyo, seu prænominatis D. D. Nicolao & Ioanni nuncÿs & procuratoribus eorum propterea ad nos specialiter transmißis, hæc omnia nomine quo agunt euidenti vtilitate dictæ ecclesiæ pensata acceptantibus & recipientibus, & sic agentibus & fieri assentientibus, ex nostra certa scientia motu proprio ac pro nobis & nostris hæredibus & successoribus vniuersis damus, donamus, largimur conferimus, & in eléemosinam ac honorem Christi omnipotentis, proque salute & remedio animarum illustrium progenitorum nostriq; & nostrorum perpetuo successorum concedimus & erogamus per præsentes quinquaginta francos auri pp. moneta nostræ Sebaudiæ annuales, deinceps per dictos Decanum & Capitulum seu eorum procuratores legitimos ac eorum in dicta Ecclesia successores annis singulis imperpetuum leuandos, & percipiendos in quolibet festo S. Andreæ aposto'i, primo solutionis termino in instanti dicti B. Andreæ Apostoli festo incipiente. In videlicet & super preysÿs exitibus, valoribus, & alÿs quibuscumque emolumentis castri nostri Galliardi prope Gebennum, & mandimentum eiusdem: quos, quas, & quæ dictis decano & capitulo & suis imperpetuum successoribus propterea specialiter & expresse ac pro nobis & pro nostris predictis heredibus & successoribus seu cau-

sam habentibus obligamus & ypolchequamus per presentes, & his mediantibus, dicti Decanus & capitulum amodo inantea celebrare tenebuntur, & sui in dicta Ecclesia successores, in magno altari dictæ Ecclesiæ pro salute & remedio animarum illustrium progenitorum nostrique & nostrorum successorum prædictorum, quolibet mense quandiu fuerimus in humanis, vnam altam missam de S. Spiritu, & post huius carnis humanæ nostrum egressum de mortuis, cum Collectis solitis & debitis & ita facere promiserunt, & conuenerunt præfati nuncii & procuratores nomine quo supra, tactis euangelijs sacrosanctis in præsentia Consiliariorum nostrorum subscriptorum, sine obmissione aliquali, conscientias suas & suorum in dicta Ecclesia successorum, propter ea onerando. Mandantes id circo Castellano nostro dicti castri galliardi & mandamenti presenti & qui pro tempore fuerit, seu ipsorum loca tenentibus sub pœna 50. marcharum argenti pro quolibet, quatinus prementionatos 50. francos auri pp. dictis decano & capitulo seu ipsorum legitimis procuratori aut procuratoribus, amodo in antea singulis annis imperpetuum in festo predicto S. Andreæ apostoli soluant & liberent, & realiter ac integraliter expediant in & super preyssis exitibus & alijs prouentibus dicti castri nostri Galliardi & mandamenti eiusdem, sic quod merito habeant contentari, recipiendo tamen per ipsos Castellanos à præfatis Decano & Capitulo seu procuratoribus eorumdem in prima solutione cum copia præsentium debite Tabellionata literam quittationis, in alijs autem sequentibus solutionibus confessionem

ceßionem de recepta duntaxat opportunam. Et nos huiuſmodi 50. francos quos vt premittitur annuatim perſoluerint, eiſdem Caſtellanis ſuis in computis propterea reddendis, per dilectos fideles Conſiliarios Preſidentem & magiſtros cameræ computorum nostrorum præcipimus & iubemus indificienter allocari ſine exceptione & difficultate quibuſuis, præmiſſa ſic fieri & obſeruari volentes pro nobis & noſtris prædictis hæredibus ſucceſſoribuſque ſeu cauſam habentibus, quibuſque regulis, ſtatutis, & conſtitutionibus dictæ cameræ, oppoſitionibus, exceptionibus, aſsignationibus & aſsignationum interruptionibus, literiſque, mandatis & alijs omnibus in contrarium forte facientibus, & imperpetuum inaduertenter concedendis ſub quacunque verborum forma & intellectu, reiectis penitus & non obſtantibus. Quibus omnibus ex nunc pro vt ex tunc ac pro nobis & noſtris prædictis, ſub quorum onere huiuſmodi largitionem noſtram remittimus poſt noſtrum deceſſum prædictum protinus omnino & expreſſe derogamus & derogatum volumus fore per præſentes, datas Pariſius, die 6. Februarij, Anno Dom. 1464, à natiuitate ſumpto. Sic ſignatum in magine alta Loys & in margine baſſa I. Belonier, & I. giport, & in margine alta ſubſcriptum per dominum, Preſentibus dominis Ay. epiſcopo Montiſregalis, B. epiſcopo ...cienſi, Ioanne de Compenſio Cancellario Sabaudiæ Anthonio de Fliſto Apoſtolico Prothonotario, Am... ardo de viruaco Abbate Habundantię Anthonio ...ocheti Cantore Gebennenſi, Vrbano bonnardi Pri... e S. Victoris, Iacobo Recardi Preſidente, Humber... vellueti Præſidente Gebennenſi, I...anne domino

bastote magistro hospitij, Anthonio Champiois, & Ioanne maleti Thesaurario.

SVCCINCTA NARRATIO DE PRIMA INSTITUTIONE NONNULLARUM ECCLESIARUM, QUÆ IN SUBURBIJS TRICASSINÆ CIUITATIS COLLOCATÆ SUNT.



Vi veterum historiæ scriptorum monumenta perlegerunt, aut saltem titulos ecclesiarum Tricassinæ diœcesis contrectarunt, facilé perspiciunt, quanta fuerit Campanorum Comitum pietas, liberalitas & munificentia, ex innumeris beneficijs dictis ecclesijs ab ipsis collatis, magnaque earum parte, ipsorum æuo excitatis: verum pietatis istius feruor clarius enituit, cum ipsi, operosas & laboriosas profectiones aduersus infideles susceperunt, cum quibus acerrime & strenuissime dimicantes sæpius vitam & salutem in varia discrimina adduxere vt de Hugone Comite qui hac de causa bis mare traiecit, de Henrico primo, itemque Henrico 2. eius filio memoriæ proditum est: imo etiam de Comite Theobaldo huius nominis quinto, qui in sacra illa expeditioné per D. Ludouicum regem, illius socerum an. 1270. iterum suscepta, quaquidem Africam penetrauit, religiosissime excessit è viuis. Hic vero Theobaldus an. 1237. luculentam domum

Primæuam originem & institutionem cōuentus F. Dominicanorū Trecensiū per

Franciſcanis alumnis proxime Tricaſſinam vrbem extruendam curauit, non procul à publica vrbis porta, quam vulgus vernacule *Comporte* appellat, anteaque Cæſaris porta nuncupabatur, in quaquidem domo circiter viginti annos dicti minoritæ ſodales commorati ſunt, donec idem Comes, aliam eis exædificauit longe ampliorem & ſpatioſiorem, intra vrbis ſepta & mœnia concluſam, quam etiamnum hodie inhabitant :. & aliquanto poſt, nimirum anno 1260. religioſos inſtituti ſeu ordinis S. Trinitatis alias redemptionis captiuorum aduocauit, eoſque in priore illo Franciſcano domicilio collocauit, annuoſque reditus & fructus ipſis aſſignauit. Non procul inde erat etiam ſacra domus ſeu præceptoria Antoniani ordinis Vien nenſis ſplendidiſſimè extructa, ampliſſimiſq; ac vberrimis prouentibus exornata & locupletata, cui circiter an. 1425 præerat Frater Petrus de Prouino celeberrimus pontificij iuris doctor, vt annotat * Aymarus Falco in Antoniana hiſtoria : at inteſtinis ciuilium bellorum incendijs per totam Galliam anno 1590. æſtuantibus, dictum ſacrum domicilium vt & S. Trinitatis, funditus euerſum & ſolo adæquatum eſt, ab ipſis vrbis Tricaſſinę incolis, qui veriti ne ſi obſidione ciuitas cingeretur, occupatis ab obſeſſoribus dictis eccleſijs, plurimũ ciues inde damni & detrimẽti acciperent, penitus ipſas conuellendas eſſe ſtatuerunt, idque contigit anno memorato

quam libenter in hunc locũ cõtuliſſem, ſed nihil de ea à dicta domus ſodalibus ſæpius rogatis expiſcari potuit.

* *Hiſt. Ant. par.* 4. *cap.* 19.

1590. mense aprili. Ab huius excidij tempore, Antonianæ familiæ sodales, alteram ædem, in dictæ ciuitatis suburbanis, quæ Antoniana iam antea vocitabantur, erigendam excitandamque curauerunt. Ipsi autem religiosi S. Trinitatis commilitones, in prioratum S Iacobi ord. Cluniacensis, in alio suburbio situm sese receperunt qui postmodum dicto ordini S. Trinitatis aggregatus est de consensu cœnobiarchæ Cluniacensis & Decani Decanatus B. Mariæ de Gaya, à quo immediate dependebat: quibus accessit præcipua summi pontificis id approbantis authoritas. Atque ita, prout potui, memoratarum sacrarum ædium origines detexi, verum vt quæ dixi, ampliori firmamento corroborentur, huc veteres chartas dictarum originum & institutionum indices huc ordine adtexam ne eis postera ætas defraudetur, sic autem se habent.

LITERÆ ABBATIS ARremarensis in gratiam præceptoriæ S. Anthonij Trecens. expeditæ.

Qui hūc & subiectos titulos legēdo percurrēt, animaduertere debent, eo loci vbi dicitur ædē D.

VNiuersis præsentes literas inspecturis, frater Petrus permissione diuina humilis Ablas monastery Arremarensis ord. S. Benedicti Trecens. diœcesis, totiusque eiusdem loci conuentus: ac f. Ogerus prior prioratus Sancti Ioannis in castro Trecensi membri dicti monasterij salutem in domino sempiternam. Noueritis quod licet ex permissione nostra

& prædecessorum nostrorum religiosi viri Abbas et conuentus monasterij S. Anthonij ord. S. Augustini Viennensis diœcesis quandam domum suam Trecis in vico S. Abrabæ cum eiusdem domus appenditijs & pertinentijs vniuersis sitam & existentem in & sub dominio & iustitia nostris ratione dicti prioratus nostri, & prædecessores sui possederint, absque eo quod ibidem oratorium & cœmeterium possent aut potuerint habere absq; nostris assensu pariter & consensu, mediantibus duobus solidis turonens. quos præceptores dictæ domus, qui pro tempore fuerunt pro dictis religiosis soluerunt & eorum successores in eadem domo soluere tenentur anno quolibet in perpetuum priori prioratus prædicti pro tempore in festo B. Remigij in capite Octobris, in signum recognitionis dominij & iustitiæ, quod & quam nos Abbas & conuentus monasterij Arremarensis ad opus dicti prioratus retinuimus inibi, & quod dominium & quæ iustitia ad dictum prioratum perpetuo remanebunt, prout hæc omnia & singula in quibusdam alijs prædecessorum nostrorum literis super hoc confectis plenius continetur. Tamen nos Abbas & conuentus Arremarensis, nostro & eiusdem monasterij, & nos prior prioratus nostro & dicti prioratus nominibus, volentes dictam gratiam olim dictis religiosis S. Anthonij & eorum ordini factam ampliare, ipsis & suis successoribus concessimus & permisimus, concedimus & permittimus per præsentes, in quantum nostra interest, & prædictum prioratum huiusmodi tangit negotium & tangere poterit quomodolibet in futurum, vt ipsi in dicta domo sua Trecensi & eiusdem circonstantijs erigere

Antonio sacrã, necnon augustũ sodalium ord. S. Trinitatis domicilium Trecis sita esse, id eo sensu & mẽte capiendum, vt intelligatur ipsa domicilia intra antiquas vrbis Trecassinæ fossas constituta fuisse, quæ vulgò falsæ fossæ appellitãtur, ante annos plus minus centum ĩgesta terra repletę. vel quod tẽpore fundationis dictarum sacrarũ ædiũ, vrbis ea pars minime mœnib⁹ cĩcta esset, & vsq; ad dictas fossas porrigeretur, posteaq; coar-

ctata & angustata siue reducta fuerit vsq; ad portã Belfredi, verũ prior ratio potior videtur.

acquirere & de cætero habere & obtinere libere valeant, & oratorium seu capellam & coemeterium & hospitale pro se fratribusq́, sororibus, conuersis infirmis laborantibus morbo S. Anthonij nuncupato, & personis alijs ordinis sui, nunc & pro tempore degentibus & decedentibus ibidem, ita tamen quod de manentibus quouismodo in parrochia S. Martini in vineis Trecens. aliquem non valeant recipere, nisi morbo detineantur prædicto: & quod locus vbi capella vel oratorium, coemeterium & hospitale fieri contigerit ibidem vltra quantitatem vnius arpenti et quartam partem vnius quarterij non valeat continere, & quod construerent versus hospitale S. Abrahæ de pourpriso supradicto, & etiam tali conditione quod capella coemeterium & hospitale huiusmodi gaudeant perpetuò immunitate qua sacrosanctæ ecclesiæ solitæ sunt gaudere, retenta nobis & successoribus nostris iustitia in locis immunitatis prædictæ, seu capella coemeterio & hospitali in casibus in quibus eam tam de iure quam de consuetudine possumus retinere &c Datum & actum in capitulo nostro de consensu omnium nostrorum anno Dom. 1338. die veneris post festum decollationis B. Ioannis Baptistæ.

DIPLOMA FVNDATIONIS DOMUS SODALIUM ORDINIS S. TRINITATIS PROPE TRECAS.

THeobaldus Dei gratia Rex Nauarræ Campaniæ & Briæ Comes Palatinus, omnibus præsentes literas inspecturis, notum facimus, quod nos

propter Deum , & ob nostræ ac charissimæ vxoris nostræ Ysabellis, ac parentum & antecessorum nostrorum animarum remedium & salutem , damus & concedimus imperpetuum fratribus S. Trinitatis ordinis Captiuorum, domum sitam Trecis, quæ fuit quondam fratrum minorum cum proprijs ædificijs & pertinentijs omnibus domus eiusdem, vt inhabitent et Deo famulentur ibidem. Item damus imperpetuum & concedimus ipsis fratribus, qui pro tempore residentiam facient & deseruient ibidem , sex modios frumenti ad magnam mensuram Trecensem capiendos singulis annis ad festum S. Remigij in capite Octobris in granarijs nostris apud Pruuinum. Item 50. libras Pruuinenses capiēdas annuatim apud Trecas in portagio nostro Trecensi, scilicet 25. libras in nundinis S. Iohannis & 25. libras in nundinis S. Remigij infra earum rectum pagamentum. Concedimus etiam ipsis fratribus et volumus, quod à portagio teloneo & alijs consuetudinibus & exactionibus quibuscunque, liberi sint penitus & immunes , quantum ad ea quæ ad vsus suos ad villam siue per villam Trecensem afferri facient vel adduci , causa tamen negotiationis & ipsa negotiatione exclusis penitus & remotis. Et volumus , & ex nunc per præsentes literas mandamus illis, qui pro tempore dicta granaria nostra custodient & qui dictum portagium tenebunt, quod certo nuntio dictorum fratrum dicta frumentum & pecuniam absque expectatione alterius mandati nostri, integre & benigne persoluāt locis & terminis suprascriptis. Et si contingat quod ea ita nō soluerent dicto nuntio infra triduū postquam ad hoc dictis elapsis terminis veniret, vo-

lumus & statuimus quod ei pro singulis diebus quibus ultra illud triduum in solutione cessarent quinque solidos pruuinenses de suo in quolibet termino nomine proprio reddere teneantur. Tenebuntur autem pro præmissis fratres ibidem residentes, pro nobis & dicta uxore nostra in dicto loco suo, singulis diebus quandiu vixerimus unam missam celebrare una die de S. Spiritu & in crastino de beata uirgine Maria, et sic continue toto tempore uitæ nostræ. Et cum ab hoc sæculo nos & dictam uxorem nostram migrare contigerit, tenebuntur extunc in die obitus nostri & die obitus dictæ uxoris nostræ anniuersaria nostra facere semel in anno annuatim solemniter in futurum & unam missam pro animabus nostris singulis diebus imperpetuum celebrare, exceptis præcipuis solemnitatibus in quibus hoc facere non liceret, seu deceret. Et licet tertia pars bonorum dictorum fratrum secundum regulam seu consuetudinem sui ordinis conuerti debeat in redemptionem captiuorum, nolumus tamen quod de prædictis sibi à nobis ut superius dictum est collatis ratione dictæ redemptionis ullomodo aliquid deducatur. Nec uolumus quod de his ad hospitalitatem aliquatenus teneantur, sed ut ea omnia aliis usibus fratrum illorum qui pro tempore in prædicto loco residentiam facient integraliter applicentur. Et sub tali conditione nos eis præmissa contulisse pateat uniuersis. Nos uero in testimonium et perpetuam memoriam præmissorum literas has fecimus sigilli nostri appensione muniri. Datum Trecis per manum dilecti & fidelis Vicecancellarii nostri fratris Petri de roscida Valle. Scriptum per manus Richardi de monasterio Deruensi

Clerici nostri, anno ab Incarnatione Domini, 1260, mense Aprili.

CARTVLA DE PISCAtoria fossatorum.

Theobaldus Dei gratia Rex Nauarræ, Campaniæ & Briæ Comes Palatinus, vniuersis præsentes literas inspecturis, notum facimus, quod nos intuitu Dei & ob remedium animæ nostræ in puram & perpetuam eleemosinam fratribus de Trinitate Trecensi damus & concedimus in fossatis nostris quæ sunt prope domum suam Trecensem, piscariam, sicut ipsa fossata se comportant, á porta Trecensi quæ dicitur de Comporte contigua domui ipsorum, vsq; ad alueum aquæ Sequanæ. Volentes quod quotiescunque opus sibi fuerit, possint ipsi fratres in eisdem piscari. Et quia eosdem fratres fundauimus & dedimus eis locum in quo manent apud Trecas, quiquidem locus esset nimis infirmus & nociuus residentibus propter sordes, nisi aliquem aquæ cursum haberent. Nos etiam concedimus eis quod possint habere sufficienter de cursu aquæ Sequanæ sicut aqua descendit de fossatis nostris superioribus ad fossata nostra inferiora prædicta, quæ sunt prope domum dictorum fratrum, ita liberaliter quod nullus eis cursum aquæ sæpedictæ valeat impedire, saluo tamen iure alieno. Datum Anno 1260.

ALIA DONATIONIS
Chartula de 200. arpentis nemorum.

THeobaldus &c. Notum facimus quod nos in puram & perpetuam eleemosinam dedimus & concessimus propter salutem & remedium animæ nostræ, & animarum parentum, antecessorum et successorum nostrorum fratribus Ordinis S. & indiuiduæ Trinitatis & Captiuitatis Trecensis à nobis Trecis creatis & fundatis, ducenta arpenta nemorum cum terra & treffundo ipsorum arpentorum, & cum omni superficie possidenda ad essartanda et facienda suum commodum quotiescunque ipsi fratres voluerint & sibi viderint expedire, assignata & sita in communi vsagio Insularum super planas vias quæ sunt super Campos versus Bateilly & versus Courmont iuxta terras duarum aquarum, & prope terras Prioris Insularum, sicut itur versus pratum siluestre de Courmont super planum ex vna parte & planas vias ex altera vsque rez à rez de planis vijs absque intus ingrediendo. Quæ videlicet arpenta prelibata ab ipsis fratribus perpetuo tenenda et possidenda in manu mortua laudamus eisdem et approbamus in ipsis arpentis nihil omnino præter iustitiam & custodiam retinentes. Datum an. 1263.

ACTA S. MEMORII
Martyris & sociorum eius.

QVodam tempore irruentes Huni cum Attyla rege suo per quæque loca Galliæ siue Germaniæ : omnia ferro & igne populabātur. Ad vindictam enim scelerum quę Galli commiserant adeo permittente Domino eiusdem Attylæ sęuissimi Tyranni ira desæuir, vt multis hominum milibus interemptis, nec ciuitatibus munitissimis nec ipsis etiam ecclesijs parceret, sed omnia incendio absumeret. Hæc sæuissima barbaries dum celestis regis caulas destrueret nullique parceret, Attyla rex eius ad vrbem Trecassinam venit, Lupoque antistiti mandat, vt se cum populo suo seruituti eius subijciat, & vrbem voluntati eius tradat. At Lupus vt erat humilitatis præcipuæ, Attylæ mandar omnia se potestati eius concessurum. Recedentibus nuntijs: instat mœstus pōtifex precibus profusioribus, augent suspiria peruigiles questus, oraque eius assiduis madent lachrymis nec sopor ei vllus : semperque pet nox perseuerat in orationibus. Poscit diuinitus auxilium quo grex sibi commissus Tyranni posset effugere gladium. Post longos ergo gemitus à pectoris imo erutos nocte quadam dum eum somnus arriperet, accessit ad eum Angelus Domini

dicens. Ne trepides miles Christi:ne vt his tantis gemitibus macereris, quoniam exaudiuit Domin⁹ vocem fletus tui. Solue metum quia magni meriti es apud Deum: Ecce lachrymæ tuæ populi tui peccata diluerunt: & incendia commissę tibi ciuitatis extinxerũt, sed quosdam tuorum per martyrij coronam vocat Christus ad æthereos cœtus. Cum ergo ferox ille hostis sedibus tuis appropinquauerit:mitte obuiam ei Memorium Diaconum & septem puerulos bonæ indolis, ferentes signa dominicæ Crucis, cum Euangeliorum textibus aureis: albis vestitos, & sic se coram Tyranno humilient. Tunc B. Lupus iuxta Angeli verbum misit Memorium cum sociis suis. Adest itaq; Attyla rabidus sedens super equum rabidiorem getulis leonibus, stipatus truculentis militibus, Quem vt vidit Memorius cum sociis suis: supplex obuiam ei pergit cum summa honoris reuerentia. Itaque instat hora, qua & impius ille Tyrannus sentiat vim diuinæ animaduersionis, & dilecti Deo Martyres beatas cœlo animas reddant. Vehemens enim ventus diuinitus exortus, sparso campi puluere fœdat omnium aspectus: & penetrat hostium sinus, albedine quoque vestimentorum Memorii sociorumque eius repercussus equus Attylæ, hac & illac fugere cœpit per abrupta atque inuia, donec sessorem suum tergo detruderet. Tunc ille supinus cadens ab alto, iusto Dei iudicio mortem propriis actibus dignam ex-

petitur,& sic iustus Dominus & iustitiam diligens: impium in impietate sua captum interfecit. Videntes autem barbari sui regis exitium: sanctos Dei viros arte magica vsos proclamant,Itaque protinus in eos irruunt more bidentium cædunt:& eorum corpora discerpunt. Post hæc capti cupiditate auri librorum & vestium quæ sancti detulerant diuina tandem vltione operante mutuo se interfecerunt. Vnus autem ex septem qui cum B. Memorio erant euasit, & B. Lupo omnia vt facta erant nunciauit. Qui mox cum Clero & populo veniens ad locum vbi sancti martyrium compleuerant eorum corpora cum Dei laudibus sepeliuit:

NOTAE IN ACTA martyrij S. Memorij.

CONstitueram planèque proposueram, hisce meis collectaneis,acta martyrij S. Memorij consortiumque eius non intertexere, quod fabulæ quam historiæ propiora videâtur quę in ijs de Attilę interitu narrantur,verum cum perspicerem illustriss. Cardinalem Baronium in suis annalibus obseruasse, memorata acta nondum in publicum prodijsse,visum mihi éa diutius luce non esse prohibenda, tum vt his fieret satis quorum curiositas, nullis pené rerum terminis circumscribitur, tum vt non nihil de præfati Attilæ in Campaniam anno 451. irruptione

Baron. an. 451. nu. 43.

memorarem, quiquidem ob venerationem qua D. Lupi sanctimoniam prosequutus est, Tricassinam vrbem omni detrimento & clade intactam illæsamque præteriuit. Auctor editorq; *vitę eiusdem D. Lupi rem totam ad hunc modum enarrat. *Non longa post tempora Hunni erumpentes, & per totam Galliam diffusi, partim simulatæ pacis arte tenebant vrbes, partim vi expugnabant. Vbi ad Trecensem infesto agmine venêre ciuitatem patentibus campis sitam, nec armis munitam, nec muris: solicitus pius Antistes ad visitata se recipiens præsidia, solus ad Deum fusis precibus, supernæ opis auxilio eam defendit. At immanis ille & ferus Attyla fidem sancti viri altiori sensu suscipiens, pro sua exercitusque sui salute & incolumitate secum eum vult proficisci ad Rhenum vsq;, pollicens ei, vbi eo ventum sit, seipsum dimissurum. Mox copia offertur ab eo loco reuertendi non negatur reditus, iter quoque indicatur. Orat tyrannum obnixè sanctum virum, vt velut pro ipso Dominum deprecari, interprete vsus Hunigasio.*

* Extat apud Sur. tom. 4.

Reuersus autem vir Dei, vt vidit se desperatione suorum turbatum, ad montis perfugium Latisconem cæteris solertior festinauit, vt eo transferret plebem, quam orationum suarum suffragijs discrimini iacentem inter excidia publica & arma defenderat. Illud perfugium distat ab vrbe milliaribus quinque & quadraginta. Manens vero biennij spatio, offensus raritate suorum eo venientium, Matisconem sibi censuit expetendam.* Petrus autrem Equilinus hæc superaddit. *Cum S. Lupus Attilæ Fagello Dei Hunorum Principi occurrisset, & pro patria intercede-*

* *Monuit me vir eruditus, Latiscone mõte esse, qui Gallico vocabulo (Lãsuine) indigitatur, quinque 15.*

ret, & Princeps ferox delere omnino ciuitatem proponeret: diuina virtute tum ipse, tum exercitus, neminem videntes transierunt per ciuitatem à porta vsque ad portam, veluti cæcitate percussi, sicque patria saluata est. Nicolaus Olanus hæc adijcit. *Lupus habitu indutus Pontificali, cum multitudine Cleri, Attilæ aduenienti fit obuius. Is facta salutatione, interrogat Attilam, quisnam esset, qui tot regibus deuictis, nationibus, populisq́; prostratis, vrbibus euersis, cuncta sibi subderet? Cui Attila:* Ego *sum Rex Hunnorum Attila flagellum Dei. Ad hæc Lupus, & quis est mortalium qui Dei flagello resistet? Veni igitur Dei mei flagellum: illoque vtere vt Deus concedit. Ad hæc verba Barbarus emollitus,* Trecensem *vrbem illæsam transijt.*

Atque hæc sunt, quæ ab auctoribus, qui hanc historiam scriptis commendarunt expromere potui. Nec vero certo & liquidò cõstare potest, an Attila, ante Cathalaunicum conflictum an post eum, per dictam vrbem Tricassinam exercitum transmiserit: verisimilius tamen mihi videtur astruere, id post initum prælium contigisse: nam D. Lupum precatus est, vt sibi se comitem ad Rhenum vsq; adiungeret, quò eius ductu & velut auspiciis, in Pannoniam promptius expeditiusq; remearet, cum dictus Attila recenti exercitus clade quam in Mauriacis agris, signis cum hoste collatis acceperat, adhuc impotentius commoueretur. Distant autem ij agri, 17 ab vrbe Tricassina leucis, iuxta communiorem opinionem, quam exacté perpensam discus-

leucis à Tricass. ciuitate distat, tribus vero à cœnobio Molismensi, in cuius mõtis vertice olim munitissimũ castellũ extructũ erat, quod ante annos multos funditus dirutum & solo adæquatũ est. Illa autem distantia satis aptè & cogruè quadrat, si tria milliaria leucæ tribuantur, toto spatio interstitij ad 45 milliaria excrescente.

I. Sauaro in carm. 7. Sidon. Apol.

ſamq; adprobant, & firmiſſimis rationum momentis tuentur D. D Falchetius & Sauaro, viri, cum rei omnis literariæ tum potiſſimum antiquariæ peritiſſimi & ſcientiſſimi, aduerſus eorum ſententiam qui in Aruernicis agris, dictum prælium initum aſſeuerant. Verum grauior in eo hæret & difficilior nodus quod ipſa S. Memorij acta Attilam prope Tricaſſinam vrbem occubuiſſe cōmemorant, quod penitus aduerſatur ijs quæ ſupra dicta ſuut, de itinere à D. Lupo cum Attila ad Rhenum vſque confecto. Repugnat etiam omnibus priſcorum authorum monumentis & Marcellino Comiti apud quem ſic legimus ſub an. 454. *Attila (inquit) Aëtij hortatu, noctu, mulieris manu, cultro confoditur. Quidam vero ſanguinis reiectione, eum necatum perhibent.* Cuiquidem Marcellino aſtipulatur & Paulus Diaconus in hiſtoria rer. Rom. Antiqui etiam omnes quotquot ſunt authores, in commemoratione mortis Attilæ, & voce & calamo conſentiunt, quibus adhærere leges hiſtoriæ iubent, eamq; ob cauſam, nulla mihi ratione ea in parte probari poſſunt prolata S. Memorij acta ni quis hoc ſed debile nimis & infirmum ſubterfugium admittat, quod mihi ſuppeditauit libellus, manu & gallico idiomate ante annos centum de vita D. Lupi exaratus, cuius ſcriptor aſſerit, Attilam illum, cui obuiam proceſſit D. Memorius, non ipſum fuiſſe qui in memorata Cathalaunica pugna, ab Aëtio Valentiniani Cęſaris Legato & Vicario

& Vicario profligatus eſt,ſed alium eiu nepotem & cognominē: at hæc nulla authoritate fulta proferūtur. In eam tamen ſententiam libētiſſime deſcēderim,illum videlicet, qui Attilla nominatur in ſæpedictis actis ,ex Attilani exercitus præcipuis ducibus quempiam fuiſſe, qui eius mandato & imperio ad Tricaſſinam vrbem properabat,illam occupaturus, vt per eam reliquijs dicti exercitus pæne attriti, liber tranſitus pateret, quiquidem dux , equi lapſu , miranda ſtupendaque morte trucidatus eſt, cum ei D. Memorius occurriſſet: atque ita hunc fuſum euoluere ſed forſan fruſtra conatus ſum. Illud duntaxat ſuperioribus adnectam , complures rerum ſeriem,quæ diuerſis temporibus contigerunt,permiſcuiſſe & perturbaſſe:quales ij ſunt,qui ad Attilæ tempora referunt , quæ prius à Vuandalis geſta fuerunt,qui Galliam depopulati ſunt circiter an. 407, cuius rei teſtis D. Hieronymus epiſt. ſcripta ad Ageruchiam, quoquidem tempore ipſi Vuandali, Rhemenſem vrbem vaſtarunt,Sanctoque præſuli Nicaſio vitam eripuerunt:& nihilominus eius cędes Attilæ tribuitur à Sigeberto Floardum authorem paulo antiquiorem forte ſequuto,qui ſanctiſſimos præſules Seruatium Tungrēſem, Nicaſium & Lupum æquæuos & contemporaneos facit, cum tamen perſpicuè palam ſit , D. Lupum non niſi 20. annis poſt obitum ipſorum antiſtitum, ad epiſcopalem apicem euectum: ac vt

egomet,quod aiunt , meo cruri asciam illidam,ingenuè dicam , me in eumdem errorem impegisse, qui supra martyrium D. Balsemii Attilæ temporibus assignaui, qui capite plexus est à Vuandalis, quos veteres Galli vernacula lingua *Vandres* appellitabant. Verum enimuerò, vtvt sit de illa S. Memorii historia,verissimum est , eum cum sociis gladio truncatum fuisse , in eo Tricassinæ diœcesis loco qui antiquitus *Brolium* vocitabatur , ad ripam sequanæ , quinque tantum leucis à Tricass. vrbe subducto, vbi nunc vicus est, eiusdem D. Memorii nomine insignitus , cuius & sociorum corpora in crypta ibidem condita & sepulta , in qua etiamnum visuntur antiquissimi tumuli , vnde postea eorum sacræ erutæ reliquiæ & in capsam ligneam positæ quæ in ecclesia supra cryptam extructa custodiuntur. Illa autem capsa an. 1554. die 15. april. reserata est , vt publicum instrumentum in eam inclusum mihique an. 1608. exhibitum indicat, adstruitque id temporis vetustam scedulam in ea pariter repertam quæ hæc verba complectebatur. *Hic habentur ossa S. Memorij martyris , cum capite eiusdem , & cum capite S. Lebaudi* : cædem vero reliquiæ prædicto anno 1554. inuentæ sunt, vt acta autentica tunc scripta comprobant & confirmant.

DE S. PATROCLO MARtyre, & nonnullis alijs Sanctißimis viris qui in Tricaßina diœcesi floruerunt.

OPeræpretium esse censui, antequam his collectaneis finem imponerem, non nihil ad D Patrocli martyris memoriam omnibus seculis locisque colendam producere, omissis tamen martyrij ipsius actis, quandoquidem ea apud Surium leguntur: sed illa duntaxat proferre que Rotgerus monachus memoriæ prodidit, de eiusdem D. Patrocli reliquiarum translatione facta ab archiepiscopo Coloniensi Brunone qui eas, aut magnam certe earum partem quam ab Ansegiso Tricassino episcopo acceperat, in Coloniensem vrbem importari curauit. Hæc autem quomodo se habuerint, ita prædictus Rotgerus enarrat. *Sanctus Patroclus quomodo ad nos venerit, reticendum non est. Nam sicut per Salomonem dicitur, fama bona impingat ossa. Huiusmodi adipe & pinguedine repleatur anima mea. Anno ab exordio salutis nostræ, idest ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi 275. Aurelianus principatum Romani Imperij adeptus est, quinque tantum annis & sex mensibus regnaturus. Sub quo gloriosus & Sanctus Domini martyr Patroclus, victoriosi certaminis sui cursum feliciter consumma-*

uit, & in curru Dei, decem millibus multiplici, hoc est in millibus lætantium euectus in Vrbem cælestis reipublicæ triumphauit, statuens in Trecassina Vrbe tropheum gloriæ suæ; corpus posteris honorandum, exteris etiam gentibus prædicandum. Exinde

an. 960. *circiter Sexcentos octoginta quinque annos, Sanctus Bruno Reuerendissimus Coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopus, ab Othone Imperatore Augusto, fratre*

Rotgerus in Vita S. Brun. apud Sur. tom. 5. die 11. Oct.

suo, in Lugdunensem galliam missus est, nobis in tempore ipso, populo illius prouinciæ pene fero: Vbi diuersæ voluntates ciuium, distractaque fuerunt sententiæ, velle suum cuique: nec consilijs solum & studijs, sed armis etiam dissidebant & castris. Illic ergo duarum sororum eius filij summa rerum potiebantur. Hi propinqui inter se fœdere sanguinis discordes animis, ludibrium auaris suis militibus erant: qui lucris tantum diuitiarum intenti, neque in hac, neque in illa parte fidem habebant, Vbi enim regionis principes auaritiæ æstibus anhelant, pacis gaudia miseri quique frustra expectant. Sed gloriosus Archiepiscopus, pacis nuncius, citius quam credi posset, calidæ fecit silentia turbæ maiestati manus: deinde quid vtile omnibus esset, quid singulis expediret, edocuit: & reconciliatis inuicem ciuibus, bonitate in suos vsus, iustitia in omnes, pacem integerrimam reformauit. His ita gestis, cum iam redire disponeret, multis precibus obtinuit ab Ansegiso Tricassinæ Ecclesiæ Venerabili Episcopo, quem & paulo ante expulsum inter alia insignia legationis suæ, cum ingenti plausu populi restituit propriæ sedi: vt denarei fili secum pariter asportandum corpus Beati Patrocli martyris, cum


passionem legere, meritumq; perpendere qui quærit, in promptu habet. Episcopus autem qui plurima debuit, hac, vt ita dicam, occasione oppressus, coactus insuper infinitis precibus, postulanti tandem paruit, ne videretur ingratus: maxime quia exigentis animus huic muneri tantum intentus, alia penitus recusabat. Religionis enim amore captus, sicut exterius habuit per virtutem, quod superborum insolentiam nequitiamq; retunderet: sic per pietatem interius decorem domus Domini diligenter administrare curabat. Cumq; se hoc gratum munus ab episcopo consensu Cleri totiusq; populi promeruisse gauderet, ipse ne quid infectum relinqueret, adhuc in plurimis occupatus, misit acceptum reliquias virum omni laude dignum Euercharum Leodiensem Episcopum, & cum eo clericos ac monachos religiosos. Inter quos fidelis populi multitudo non minima, causa laudabilis spectaculi confluebat. Cumq; ad locum destinatum venissent, videntes ibi pauimentum marmoreum perstratum, nullum vero certum recognoscentes reconditi signum thesauri, alij quidem adorauerunt, quidam autem dubitauerunt. Tunc admonente episcopo & exhortante eos, qui conuenerant, præmissa tandem solemniter oratione, opus propter quod venerant, aggressi sunt cum fiducia. Confestim autem vt aperuerunt sarculis terram, mirabile dictu, repleti sunt omnes odore vehementissimo, quo nihil vmquam suauius sentiebant: & quo quis magis proximus fuit sepulchro, eo magis se odoris dulcedine affectum esse testatus est. Vnde factum est, vt omnes tūc religiosi, fossores esse cuperent,

quatenus diuinæ fragrantiæ vim mirificam abundantius caperent. Nullus tamen, qui intra parietes eiusdem Ecclesiæ fuisset, expers huius suauitatis inuentus est, nec erat quisquam qui vel tam dulce, vel huic simile aliquid se vnquam olfecisse fateretur. Augebatur itaque magis & magis aura delectabilis, donec veniretur ad corpus Sancti martyris. Tunc vero mirum in modum ita afflati sunt omnes, vt sibi ipsis eo, quod senserant, pleni omnimodis viderentur, & tamen adhuc velut sitibundi, haurire amplius niterentur, vere mirabilis vir iste fuit, qui Christi bonus odor deo in omni loco, secundum Apostolum mortuus æque vt viuus, apparuit. Eleuatæ sunt igitur à sarcophago lapideo Sancti Corporis reliquiæ, indeque prospero cursu cum frequentia exultantis populi Coloniam translatæ sunt. Vrbs ista metropolis & mater ecclesiarum fidelis populi, principatum authoritatis suæ hinc longe in gallias, inde vsque ad Oceanum extendebat. Dignus profecto locus, qui custodiret in gremio suo perlatum ad se S. martyris corpus: in quo non modo magnus Sanctorum Corporum & Reliquiarum numerus, verum etiam numerosa milia martyrum expectant venturum in die Iudicij Dominum suum. Hactenus Rogerus.

His miscellis collectionibus, tanquam mantissam & auctarium addam, complures viros illustres qui in Tricassina diœcesi floruere, celeberrimum nomen ad posteros transmisisse, memoriamque sanctitatis suæ reliquisse sempiternam, in quibus eminent D. Aper Tullensis antistes & Diua virgo A-

pronia eius germana, qui ambo in viculo quodam dictæ Tricassinę diœcesis, nouemq; leucis ab vrbe Tricass. subducto, cui nomen * Tranquillus, æditi fuere, qui etiam viculus famoso illi Normannorum duci Hastinguo ortum cunasque præbuit. Diuus etiam Flauitus multa sanctitate celebris enituit, qui à D. Lupo Senonensi archiepiscopo sacerdos consecratus est, vitamque solitariam & eremiticam degit in alio memoratæ diœcesis oppidulo quod Marcelliacum nominatur. huius autem sacræ corporis reliquiæ in in cœnobio D. Columbæ ad muros Senonenses conseruantur, ibidemque eius memoriæ dedicata solemnitas 15. Calend. Ianuarij celebratur. Verum adeo negligenter ipsorum Sanctorum historiæ conscriptæ sunt, vt eas huc adscribere & opusculo huic assuere non multum profuturum videatur: itaque satis mihi fecisse videor, quod eorum nomina in lucem dederim, ne quis me incuriæ iure postulèt, si ea sciens prudensque omittam, quæ dicenda & enarranda videbantur, tum etiam vt alius veteribus monumentis me aliquando instructior, diffusius & copiosius ea prosequatur, quæ per modum indicis duntaxat exibui, summopere expetens vt collectanéa ista, grato animo lector excipiat & æqui bonique consulat, hisque ad Dei gloriam vtatur.

* *Vernacule* Trancaust.



INDICVLVS RERVM ET VERBORVM QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

a. primam paginam b. ſecundam denotat.

I

L

S

T

V

Finis Tabulæ.

EXTRAICT DV PRIVI-
lege du Roy.

PAr grace & priuilege du Roy, il est permis à Noël Moreau dit le Coq, marchant Libraire & Imprimeur en la ville de Troyes, d'Imprimer ou faire Imprimer, vendre & debiter vn liure intitulé, *Promptuarium sacrarum antiquitatum Tricassinæ diœcesis, in quo præter seriem Historicam Tricassinorum præsulum, origines præcipuarum ecclesiarum, Vitæ etiam sanctorum qui in eadem diœcesi floruerunt promiscuè continentur. Auctore seu collectore* NICOLAO CAMVZAT *Tricassino.* Et deffences sont faictes à tous Libraires, Imprimeurs & autres de ce Royaume, de l'Imprimer, vendre ne debiter sans le consentement dudict Moreau sur les peines contenuës ez lettres dudict Priuilege, & ce iusques au terme de neuf ans, finiz & accompliz, à compter du iour & datte desdictes lettres ainsi que plus à plain est contenu en icelles, Données à Paris le 24. Nouembre 1609. seellées sur simple queüe du grand seel, en cire Iaulne.

Signé

Par le Conseil.

DE LA HAYE.

Errata quæ exciderunt, sic corrigantur.

Pag.	Linea.	Errata.	Emendationes.
3. b.	32.	*diuerforum*	*diuerforium*
4. a.	7.	*nonullis*	*nonnullis*
ibidem.	16.	*quod*	*quem*
5. a.	11.	*quantaq́*	*quamtamq́*
9. b.	11.	*quetißimum*	*quietißimum*
12. a.	9.	*sic*	*se*
ibidem. b.	7.	*affiduis*	*aß duis*
15. b.	6.	*alinentis*	*alimentis*
16. b.	51.	*valetudinis*	*valetudine*
20. b.	25.	*nonerint*	*nouerit*
23. b.	23.	*conceßit*	*conceßis*
37. a.	*Post Ogerum de Senonis Cellensem abbatem, addendus est Nicolaus de Logia decretorum doctor æque abb is an. 1428.*		
39. b.	3.	*quorum*	*quirum*
57. b.	29.	*menbris*	*membris*
74. a.	22.	*opimatibus*	*optimatibus*
85. a. *lapsus numeralis in margine.*		838	858
86. a.	7.	*meas meas*	*manus meas*
157. b.	20	*pro nepotem*	*pronepotem*
89. b.	21.	*altissonis*	*altisonis*
174. b.	26.	*Sextilis*	*Septembris*
177. a.	21.	1189	1180
206. b.	5.	*Ticaßini*	*Tricaßini*
238. a.	22.	*succeßor*	*deceßor*

252.	a.	22.	*nos*	*non*
286.	b.	14.	*angustissima*	*augustissima*
288.	b.	13.	*&*	*ei*
288.	b.	25.	*bucella*	*buccella*
290.	b.	31.	*garula*	*garrula*
291.	a.	6.	*recluderat*	*recluserat*
291.	a.	23	*adutterium*	*adiutorium*
299.	a.	27	*explodantur*	*exploduntur*
299	a.	27	*reyciantur*	*reyciuntur*
321.	b.	16.	*tumulu*	*tumulum*
335.	b.	18.	*gestari*	*gestare*
345.	a.	17.	*lencarum*	*leucarum*
349.	a.	5.	*Solito*	*Solitum.*

Alia menda candidus lector, vbi
deprehenderit, emendabit.

TRECIS

Ex Typographia
Natalis Moreau
qui dicitur
le Coq.
1610.